



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XLVII. De Judiciis, & Judicibus, & eorum Iurisdictione & Administris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

scit fratibus priusquam accrescit Titio. *las post Bart. in d. lre con-*
uall. n. 12. 4. ¶ At si maius dubium est inter interpretes, quando
 d. factus moritur, relicta ex vno parte coniuncto re tantum, &
 ex altera verbis tantum, quis præferatur in iure accrescendi, au
 vero utriusque æqualiter admittatur, ut ecce, sic scriptum est in
 testa. *n. Titio lego fundum Sempronianum. C. de lego eundem*
fundam Sempronianum æquis portionibus. Cuius repudiat vel mori
 tur ante aditam portionem, vel ante delatam, quæro cui accre
 scit: eius p. utro an Titio re coniuncto, an Seio verbis coniuncto.
 §. si quis vero non implens de her. & Falc. in aut. l. vni. §. in primo, &
 §. pro secundo, de cadu. toll. C. & colligitur ex ordine literæ, dum prius
 vocatur substitutus postea coniunctus. Idem in auten. hoc amplius,
 C. de fideicom. probatur, & l. 2. §. si duo, de bon. poss. sec. tab. P. Trifa
 nam in solutione contenditur. Mihi autem in otium non datur re
 felle di singula, verum adtipulor sententiæ, ut verbis tantum
 coniunctus præferatur re tantum coniuncto, propter rationes quas
 videto cum aduersariis rationibus in l. re coniuncti, apud Iasonem,
 a. cum. 125. vsque ad num. 133. & videtur id probare d. lre coniu
 cti. ¶ Affinis in dubio erit & quæritio, nam substitutus vulgaris
 præferatur coniuncto, vel contra coniunctus substituto. In qua re lo
 ueadū, substitutum præferri cuiuslibet coniuncto, in deficientis par
 te d. §. in primo, & §. pro secundo, l. vni. de cad. toll. Quod & in lega
 tis receptum est. d. l. vni. in princ. Quia cum substitutio veniat ex
 prouisione & voluntate expressa & permissa hominis, l. si in testa
 mento, de vulg. P. ius vero accrescendi ex prouisione legis, l. si in testa
 mento, de vulg. C. l. mariti, de procur. C. gl. in l. qui patri, de acq. here.
 P. recte cedit ei ius accrescendi: quia prouisio hominis tollit
 subsidiariam prouisionem legis. l. si Titio, §. Iulianus, de leg. 2. Item
 secundum ius accrescendi est veluti tacita substitutio in defectu
 domino portione. l. cum ex filio, §. filio, de vulg. P. Et proinde facta
 expressa substitutio, expressum iubet silere tacitum, l. si. §. i. in
 ver. partem, de her. insti. C. cum etiam accrescendi ius, vere non
 sit substitutio, nec expressa nec tacita, sed quasi substitutio: id est,
 accedens quodammodo ad vim substitutionis, vnde etiam tacita
 substitutio, præferatur iuri accrescendi. l. si. C. de necess. her. insti.
 Idem censendum est de coniunctis legali coniunctione, ut per sub
 stitutum excludantur, ut in l. quidam testamento, 30. de vulg. P. Ex
 cipitur tamen ut monui alias, si de contraria voluntate testatoris
 constat expressa vel præsumpta: nam ex ea tunc præferatur coniu
 cctus. l. non aliter, de lega. 3. l. si. de insti. resti. sub cond. fact. C. §.
 disponat de nup. in auten. Tenet enim clauum successiones vol
 untatis testatoris, ut quocumque voluerit eam inclinet, ut in l. pen.
 C. de impub. Huc referri potest resolutio, curia substitutione
 dicte copulatiue, vel pluribus collectiue facta, nempe per ver
 ba, sine, vel si uterq., substitutus excludatur a coniuncto. argu. l.
 si heredes plures, de cond. insti. P. Quia voluntas non fuit testatoris
 vocandi substitutum, nisi in eo casu & conditione, si uterque de
 cessisset vel repudiasset, l. si. §. filium, de lega. 2. l. Lucius, §. Casio ad
 Trebell. P. quamuis in fideicommissaria substitutione aliter respō
 sam sit. l. qui potest, de acq. hered. l. testamento, C. de impub. Accedit,
 quod quando idem est substitutus qui & coniunctus est, is ut con
 iunctus præferri potest, l. dominus, §. si. de vulg. P. l. cum virum, C.
 de fideicommiss. Erit igitur voluntas causæ expulsiōnis coniuncti,
 app. sito substituto, non secus quam cessare diximus ius accre
 scendi ex prohibitione expressa vel tacita testatoris. *auth. hoc am-*

plius, C. eod. l. 2. §. si duo, de bono poss. sec. tab. P. l. si quis her. es. & l. nec is
 §. 1. de acquir. hered.

¶ At si substitutus non possit succedere, vel si non fuerit, tunc
 vocantur coniuncti iure accrescendi. Sublato enim impedimen
 to, quod obstat iure accrescendi, remanet quod impediatur
 integrum. l. pignori, qui & a quibus manu lib. non fiat, l. a Titio, de rei
 vind. P. Imo & testatoris voluntas fuisse videtur coniungendo,
 ut si substitutio quam priorem fecit, non obtineret, ius accrescē
 di locum haberet. l. si iure, de leg. 2.

¶ Effectus ¶ & finis iuris accrescendi est, ut portio vacans, non
 dicatur vacans aut in contouersia, sed certis personis deferatur,
 eodem iure quo portio cui accrescit, vel eidem personæ cuius est,
 portio cui accrescit: lucrumque & damnum, volentes & iniuitos
 secundum distinctiones præcedentes, vel cum onere vel sine eo
 sequatur, postquam partem suam agnouerint. Is enim qui par
 tem suam sponte agnouit, videtur ab initio voluisse aliam partē,
 si vacaret. Qui enim scit, aut scire potuit, socio abstinente, fore
 se oneribus implicandum, ea cōditione adire videtur. l. si solus he
 res, & l. p. in l. si duo, 38. & l. pen. de acq. here. Nemo enim ab initio
 cogitur adire vel repudiare hereditate vel legatum, l. nec emere, C.
 de iure delib. & qui videt iam a socio repudiatam partem, potest li
 bere cum sua & aliam repudiare: & si ipse ante aditam vel repu
 diatam a socio, suam adierit, potest repudiare socio, & ipse suam
 & illius reicere. *Marcell. l. cum hereditas, 55. l. si minor 25. annis, de*
acq. here. P. l. 1. §. si quis adita, & l. 2. §. si honorū, ad Senat. Tertull. P.
 Alioquin si velit suam portionem retinere, iniuitus, & deficientis
 partem accrescere pati cogitur, vel non decrescere. l. qui ex dua
 bus, 53. §. si. de acq. her. P. Transitque hoc ius accrescendi ad here
 redem heredis, *Neratius in l. qui patri heres existit, 59. eod. l. hac scri*
ptura, §. si. de cond. & demon. P. veluti appendix præcedentis insti
tutionis, l. si quis heres, in 1. de acq. her. P. Et ita qui vult antecedens,
 vult & consequens, *l. illud, eod. l. 2. de iuris. om. iud. P.*

¶ Et inde etiam vna colligitur ratio iuris accrescendi a conse
 quentia institutionis, & a præcedente partis acceptatione.
 Cui addi potest alia, ex causâ successioneis testati: ne pro parte
 quis testatus, & pro parte ab initio iuris successioneis intestatus
 decedat, quod ius nostrum non patitur, l. ius nostrum, de regul.
 iur. l. si duob. de milit. testamen. quamuis ex post facto aliquo mo
 do possit. l. pater filium, de colla. dot. P. l. circa, & l. nam & si parenti
 bus, de inoffic. testam. P. l. cum duobus, C. eod. Item 3, quia absurdum
 videatur partem hereditatis ab aliquo acceptari, partem respui, &
 improbare iudicium defuncti. l. vni. §. si sita, de cad. toll. l. nam ab
 surdum, de bon. lib. P. §. non tantum, de here. & Falc. in Nouel. Id
 plium & de legatis dicendum, quæ coniunctim facta sunt. l. lega
 tarius, 38. de lega. 1. Individua aditio relicta, l. 1. & 2. de acq. here. P.
 ut & in diuidua debet esse voluntas defuncti, l. cum qui, §. si. de iis,
 quib. ut ind. P. cum qua debent concordare, qui eius utilitatem
 assequi desiderant. l. si duobus, 16. de l. 1. Adde 4. accrescendi prou
 isionem in defectu, ne pars defecta possessore, incidat in causam
 caduci vel quælibet, & ad impediendam legis Papie dispositionem, &
 ad fiteum repellendum, exemplo substitutionis. d. l. vni. in princ.
 & §. si. de caduc. toll. & l. si. de iis, que pro non scripti hab. l. 1. de v
 sus. ruit. accresc. P. Et hæc hæc tenus de testati & intestati tractatio
 nis quæstionibus & negotiis, dicta sufficiant: reliquum est, ut sin
 gularem iudicialium negotiorum perquisitionem aggrediamur.

DE IUDICIIS ET IUDICIBVS,

ET EORVM IURISDICTIONE, ET ADMINISTRIS.

LIBER XLVII.

De Iudiciorum comprobatione.

CAP. I.

- 1 Fines duo rerum omnium, proprius & communis.
- 2 Iudicium suum quis consequitur.
- 3 Iudiciorum ab aliquibus costita reprobationes, & solutiones qua
 stionum, & num. seq.
- 4 Iudicio certare Christianis, quando & quomodo liceat.
- 5 Litigare quomodo permittatur perfectis Christianis.
- 6 Litigiosus, non ordinandus: non litigiosus, laudandus.

- 8 Iudicia reddentes an dicantur contemibiles.
- 9 Magistratus, Dii, honorandiq. principes civitatis, &c.
- 10 Litæ in quibus excrabilia, & fugienda. num. 11. & 12.
- 13 Litigantes perpetuo tristes.
- 14 Iudicia medentur litium contouersis.
- 15 Iudicia inducta ad emendandam vitam hominum.
- 16 Iudicium iniustitæ praxis.
- 17 Iustitia æqualitas non potuit distribui melius, quam per iu
 dicia.
- 18 Index medijs sine affectione inter contendentes litigantes.

- 19 Legum sancta quare a iudice possint expendi, & ad qua.
- 20 Iudicis officium quiescat, dum de lite consensus controuertentis.
- 21 Iudicii & arbitrii differentia.

RERVM omnium, vt plerunque duo fines, vnus proprius: vt medicinae, sanitas, alius communis, ad quem dirigitur proprii fines, Aristot. i. Ethico. ad Nicomach. vt societatis humanae conferuatio & utilitas. Iustitiae vltimus finis, est id oneos vitae aeternae reddere populos, & Deus vltimus scopus, cuius regni ministri dicuntur principes. Sapient. 6. At finis proximus, legibus hominum conclusus, qui dirigit ad potestatem, est voluntas ius suum cuique tribuendi. §. i. de iustit. & iur. apud Iustin. l. iustitia. eod. in P. Potestatem quoque cetera complectatur praecipuum iuris, cui cuique tribuere, §. iuris praecipua eo. & d. l. iustitia. §. i. seu conferuare, in quo & potissima est diuinarum & humanarum legum ratio, sine qua parum aut nihil prodesset acquirere, & nulla daretur auctoritas in alium transferendi, castigandi, nec distinctio vlla bene aut male vitendi. In quibus ias quoque versatur, & iudicium fit. l. fin. de legib. P.

Nam & iudicium, dicitur reddere quod suum est cuique, & tertia summaque pars in eo consistit ad administrationis reipubl. Arist. 4. Politic. c. 14. Nemo enim sine iure in iudicium prouocat, nec sine iudicio suam consequitur ab iniuris. l. si procuratorem, §. mandati, sumo a contrario sensu, manda. P. De iudiciis igitur agamus. quae & catastrophae & finem huic etiam vniuerso seculo impositura sunt.

Ceterum, f. exemplo bonorum agricolarum, antequam disputationem de illis instituerimus, pessima quorundam semina aueruncabimus, vt fertilior tractationis sit ager. Et principio opinionem, vel melius errorem eorum, qui plus iusto sapere voluerunt, submouebimus, eo perniciosiorem, quo sacris literis abutens, persuadere quae vult nititur: adstruens ab homine Christiano, & iudicia & magistratum proinde potestatem, ablegari debere. Atque singulis rationibus seu probationibus propositis germanam & veram mentem subiciemus. Primum itaque, omnia forensia & iudicia impugnant & subtrahi videntur, ex Dei optimi forensia & iudicia nostri Iesu Christi praecipuo. Matth. cap. 5. Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, dentem pro dente: Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, praebe ei & sinistram. Et quis tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, &c. Quibus verbis constare videtur, potius iniuriam patendam esse, quam vindicandam in iudicio: & iustus esse amittere propria, quam pro illis litigare.

Ceterum & hic sententia nunquam prolata est a Deo ea mente, in quam transferretur, arg. l. si quando, ibi, neq. enim credendum est. &c. C. de iniur. testa. alioquin enim ab obliuione essent legitima ex Dei auctoritate potestates, vt infra docebimus, constituta. Et ideo referenda sunt verba ad axioma, Audistis quod dictum sit, oculum pro oculo, &c. quod perniciosi Iudei mandatum peruerterant, iudicium talionis ad vindictam singularum personarum traducentes, vim vi repellere propria auctoritate, hinc permissum esse male colligentes. Quae sensum reicit bonus legislator, & perfectionem vitae Christianae docendo, consulit, non autem iubet, potius se disponere ad maiores iniurias perpetiendas, quam iam acceptas propria auctoritate vindicare. Sic enim conformis fit Christianus suae orationi quam a Deo didicit, D. Matth. c. 5. D. Lucae c. 11. & petit sibi dimitti peccata a Deo, sicut ipse suis debitoribus remittit. Illud ipsum pertinet ad pallii dimissionem & togae, si quis qui petit, inde tibi contentionem grauem molatur: vt videlicet moneat, satius esse bona externa amittere, quam rapinae causa proximam odisse, & ita rem repetendo, crabrones irritare, aut pacem soluere caritatis fraternae. At litis remotis circumstantiis, quin quilibet possit ius suum repetere, non prohibetur, vt tamen hoc magis iudicis sit, & publicae auctoritatis, non priuati. In nullus, C. de Iudicis. Explicat D. Paulus, Roma. c. 12. Nolite, inquit, esse prouidentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes. prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed coram hominibus omnibus, si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pace habentes. non vosmetipsos defendentes carissimi. Scriptum enim, mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed & si esurierit inimicus tuus, cibus illum, si sitit, potus da illi. Hoc enim faciens carbones ignis coegeris super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malo. Haec D. Paul.

Et alibi idem, delictum constituit in contentione forensi, non ea ratione quidem, quod iusto iudicio quis repetat per iudicem quae sua sunt, sed quod in repetendo non legitima mente, sed appetitu auaritia, vel odio fratris id fiat, quod vna Christiana perfectione declinetur, & quod contententes pati a proximo no lint modicam iniuriam. Sic enim verba eius haec docent, D. Paul. 1. ad Corinth. 6. v. latum. in ca. 1. 2. 3. 9. 3. & c. sex differentiae, eo. & c. 1. 14. 9. 1. & lam & quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis. Quare non magis fraudem patimini: Declarat D. Augustinus illa verba, vt perfectis liceat sua repetere simpliciter, sine causa, sine lite, sine iudicio. Sed non conuenit eis iure mouere causam coram iudice. Siquidem, qui perfecti sunt, nihil habere dicuntur, aliudve nihil possidere, saltem vt his inferant, quam Deum, vt constat ex precepto diuino. D. Matth. 19. Mar. 10. Lucae 18. Act. 2. & 4. Si vis perfectus esse, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & sequere me. Item, Dominus pars hereditatis clericorum, vnde clerici dicitur c. de heros. 21. dist. Nec antiquis sacerdotibus Leuitici generis, pars data bonorum temporalium inter tribus alias Israelis, Dentero. 12. l. 10. sua 14. Quare qui perfecti: onis gradum subeunt, nec possunt, nec dicuntur vere sua repetere, quia propria non habent. priuatio praesupponit habitum. l. decem, de ver. obi. P. l. Julianus, de duor. P. Et si petant, professio & desiderium eorum repugnant. l. professio, de muner. patrii. lib. 10. C. reddatur, de profess. & mod. d. lib. 10. c. 114. q. 1. Si tamen ecclesiastica possideant, vt perfecti, & administrati, economi, tutores aut curatores eorum, c. auctorem, 12. q. 2. recedere petunt, defendunt, & iure vt eas conferunt ad iudicium prouocant, vt in concilio Carthaginensi deciditur. cap. episcopos, 14. q. 1. Proinde & verba illa: Si quis abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium, censentur exhortantis ad perfectionem, non praecipietis, vel prohibentis repetere iniuste rapta, aut concedentis impune aliena rapere, vel iniurias inferre. d. c. episcopos, §. fin. Et prohibetur quidem in iudicio stare, captando lucrum: sed non uitando damnum. d. c. episcopos, §. 1. & ibi vide Archid. Sed & omnibus etiam interdicitum est illis praecipit, ne temere moneant lites, vt plerique ex animo faciunt, aduersarij potius diuicandi causa, vel aliena inuadendi, quam iuris sui persequendi. Et sunt multi, potissimum qui superbia tument, qui neque ad horam sine contentione viuere queant. Sicq; peruersi, suscitant lites. Prouer. c. 16. Cum tamen non oporteat Christianum hoc modo esse litigiosum, c. olim, de a. cons. sed abstinere a lite, & ita minuere peccata. Eccles. c. 28. Huc pertinet quod D. Iacobus c. 4. admonet, vnde, inquit, bella & lites in vobis, nisi ex concupiscentiis vestris quae militant in cordibus vestris: Et proinde non tam iudicium, quam impia causa litigandi, & pronus ad iurgia & contentiones animus, reprobat.

Iudicio & merito a D. Paulo, ne huiusmodi litigiosum ordine. 7 tur inter ecclesiasticos, inhi: betur. tota, 66. & 90. dist. Et contra verecundia illius laudanda potius quam vituperanda, qui maluit re carere, quam sepius pro ea litigare. d. 4. §. fin. de alien. iudic. mut. cau. fac. P. Vt & refert Vlpianus, l. illud, §. quod tamen, de trib. act. P. praetorem existimasse inesse equitatem in cessione domini de peculio ferri, quo merces accipiendo obligatur, ne conturbaretur disputatione facta: vt se a molestia litis liberaret.

Secundo & loco, quidam magistratum & forensium hominum vitem rati sunt conditionem, quod D. Paulus iusserit, ad id munus exsequendum deligere contentibiles. 1. ad Corinth. 6. Cuius tamen verba alium sensum habent, quando recte perpenduntur, quam vulgo explicantur. vide Conradum Largum, 5. part. Metho. in praefat. Illa autem sic scripta in archetypo sunt. Ταυτα τις υμων προσχημα εχων ουδε θετερον, κενειδεσ επι τον αδελφον χηρωσ επι τον αδελφον η οιδουτε επι τι αρτοι η κοσμον κενειδεσ: η επι υμων κενειτε το κοσμοσ, ανητοι εσοκευηθειον ελαχιον: ηκ οιδουτε επι αρτους κενειτε, μη η γη βιωπα κη μην ουν κενειτε εαν εχητε, τος εθεουημενος ει τη εκκλησια. τος εθεουημενος, id est, Audistis aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniustos, id est, ethnicos, & non apud Sanctos, id est, apud Christianos. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt: Et si in vobis vel per vos iudicabitur mundus, cedo, indigni estis qui de minimis rebus iudicetis? Nescitis quoniam angeli iudicabimus? Quanto magis quae huius vitae sunt? Secularia igitur negotia si habueritis, contentibiles hos constituitis (sic explicio verbum κενειτε, per secundam personam pluralem indicatiui non per imperatiuum) ad iudicandum? Quibus verbis tantum abest, vt D. Paulus reiciat curam iudicandi ad contentibiles, quin contra persuadeat causas Christianorum a Christianis, non a gentilibus terminandas esse: nisiq; mellorib. qui de praestantioribus, nempe

tius corporis populari. Magistratus autem administri legi sunt, & ad effectum perducunt legem, l. 2. §. post originem, de orig. iur. in P. & iura cuique reddunt. Et aduersus iniustitiam, petulantiam, timiditatem, vt ait Plato, ex omni genere actuum maxime conueniens animaduersio, castigatio, iudicialis censura, Plato dialog. 15. in Sophista sua de ente. Prospicit magistratus & prohibet, ne tenuis vita homines a potentioribus opprimantur, l. illicitas, §. nec potentiores, de offi. praef. P. hos tuetur, neque illis illatas iniurias inultas abire sinit, l. 2. de iur. aduoc. lib. 12. C. consilium indigentibus, auxilium afflictois praeberet: vt pote pro patre & tutore subditis prepositus, §. illud videlicet, verf. ex diuerso, vt in. sine quoquo suffra. in authen. col. 2. tit. 2. §. quod si delinquentes, de mand. prin. in au. h. Et vt patres consilium capiunt pro liberis, l. nec in ea, §. si ad leg. iud. de adult. P. & in pietate potius quam in atrocitate potestas eorum consistit, l. diuus, ad leg. Pompe. de parricid. P. sic & magistratus & iudicia unus illud prospicere negotiis subditorum, & cum temperamento castigare eorum delicta, l. respiciendum, de poen. P. l. interpretatio, eod. Vltipantes aliena & contumaces ad restitutionem cogere, l. quidam existimauerunt, sic cert. pet. P. pœnas pessimis, pœna in banis reddere, l. de iust. §. in P. Quocirca D. Paulus, [Obedite inquit, propositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim persigilant, tanquam rationem reddaturi pro animabus vestris, ad Hebr. c. 13. c. v. refragabili, eorum simili, l. i. de offi. ord. ap. Grego.] Et Vlpianus ad vilitatem prouinciae pertinere tradit, esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent: & ideo pro consule debere officium suum persequitandum in prouincia, quouisque successerit et aduenierit, l. memini, §. de offi. pro con. P.

17 ¶ Quarta ratio iudiciorum, ab æquitate iustitiae est, quæ non potuit, hoc modo constitui quam iudicibus & magistratibus, qui neutram contententium partem nisi secundum æquum & bonum fouerent. Qui enim contendant, plerumque fere semper propriis affectibus mouentur, & impetu quodam obnubilata mente petunt vel denegant, vel leuant citius quæ sibi commoda videntur, quam rationem excutiant: diuersitas corporum diuersitatem nobis iudicatum, nec vnum velle omnibus, l. quia poterat, ad Senat. Trib. P. §. quia diuersitatem, de conc. pra. vt plures in vnam sententiam ægre conueniant, leg. 2. §. deinde quia diffiçile, de regul. iur. P. nec voto vno consentiunt, leg. 1. de liber. vniuersi, P. vt ad dissentendum naturalis facilitas, l. item si vnus, §. si de recept. a. but. P. Et proinde, mediis qui dam in componendis sine astutibus necessario esse debet, qui iustitiam exsequatur in ciuitate & regat, vt anima pathemata in corpore, Aristot. 4. Polit. cap. 4. Iudex enim ad æqualitatem & mediocritatem ducit, vt nec plus nec minus quam oporteat singulis concedat, Idem lib. 4. Ethic. cap. 4. Et saepe alibi, & l. ubi falsi, ad leg. Cor. de fal. lib. 9. C. tit. 22. §. Et æquus iudex iustitiam quod praestat ab iis qui admitti accipiunt, in authen. coll. 2. ad eam singulis iudicandi facultate in re sua si alterius interit, leg. 1. ne quis in sua causa, P. l. qui iurisdictioni, de iur. iudic. l. falanus, de iudic. P. l. nullus, C. de iudic. quia sibi nemo recte imperare dicitur, l. pen. de arb. P. Et re ad iudicatori ab omni suspitione abesse debent, l. aperitissimi, C. de iudic. cum simi.

18 ¶ Quinta ratio ex legum executione facilliori pendet, quia leges longissimi & futuri temporis considerata causa, eaque vt omnibus conueniente statuunt: & proinde iudicis auctoritas fuit necessaria, quæ praesentibus negotiis, & singularibus personis, eorum iusta & sancta accomodat, Aristot. 1. Rhet. ad Alex. and. Neque leges aut senatusconsulta ita scribi possunt, vt omnes casus qui quandoque incidunt, comprehendant, l. neque leges, 9. cum sequi de legi. P. Quamobrem, cum in aliquo articulo sententia manifesta est, is qui iurisdictioni praestit, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet, non possunt, l. i. eod. vel certa iurisdictione supplere. Inam vt ait, l. i. eod. e. g. osee. do enim dicentur negotia, & causarum merita partium assertionem panduntur, l. fin. C. si per vim vel alio modo, cap. ex literis, de in integr. rest. adhibita disquisitione, per quam iudici mandatur diligenter causas rimari, cap. iudicantem, 3. o. quæst. 5. l. iudices C. de iud.

20 ¶ Neque quis arbitretur in perisua publicorum personarum iudicia, quo sine iis possint aliquando ex conuentione lites transigi & sopiri, vt in transactione, l. non minorem, C. de transact. Et tot. in iuramento, l. si §. 1. de fidei commiss. C. leg. 1. de iur. iur. P. cum simi. vel compromissio, leg. 1. §. 10. tit. de rece. arb. §. de arb. P. & licet reque foro renuntiare, l. si quis in conscribendo, C. de part. l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cler. & dum partes conueniunt, vana sit de iudice quaestio, l. 1. §. inde queritur, de noui op. nun. P. Si-

quidem non improbamus, imo laudamus, quod iurgia & controuersiam compositantur. Non enim iudicis potestas exigenda tunc est, quæ tantum ad pacem cogit inuitos, et qui ipse quæ iusta sunt non faciat, nec tunc etiam ius est vere, vbi contestatio coram iudice facta non est, l. 1. C. de lit. contest. c. 1. eo. ap. Greg. quâuis catachreticos pro omni controuersia etiam non foret, vlturpetur appellatio interdum, l. ius nomen, de verb. sign. P. c. forum, eod. ap. Greg. ¶ Et si alud quoque est arbitrium, aliud iudicium, iudicium est pecuniae certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neq; nihil, neque tantum, quantum postulauimus, assequamur: vt scribit Cicero, aliaque plura addit, pro Q. Roso. Neque etiam iudicia solum pertinent ad controuersias pandas, quæ possunt inter se controuertentes tollere, sed & in aliis versantur, in quibus nihil auctoritas priuatorum potest. [iudicia, inquit idem Cicero, post pri. aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendarum malefactorum causa reperta sunt: quorum alterum leuius est, propterea quod minus laedit, & saepe domestico discretore diiudicatur: alterum est vehementissimum, quod ad grauiores res pertinet. Et non honorariam operam amicit, sed seruetur iudicis ac vim requirit.] Igitur vt finem huic controuersiam imponam, iis qui iudicia improbabant, dico, quod Demosthenes ait Atheniensibus, in oras suas sententias non vultis de ordine scilicet Respub. in rōis diuicis iuris iuris in oratione, dicitur in iudicis vobis iustitia est, & suffragio rempub. consenset oportet. Ego vero non ista iudicia priuatis inter vos diiudicandis & r'mendis esse comparata, vt ex æquo seruient omnibus: huius vero, vobis superant, sunt, in his consistit salus reipublica. ¶ Vt maximum merito beneficium se largiri ratus sit Ludouicus 12. Gallorum rex subditis, si lites circumcideret, in conf. Lud. XII. publi. an. 1512.

De Nominis Iudicii acceptione.

C A P. 2.

- 1 Iudicare quid est.
- 2 Fasti & nefasti dies.
- 3 Iudicii acceptiones.
- 4 Iudicium, actio & accusationes cur dicantur.
- 5 Iudicia & dicuntur, quæ ad ordinationem sententiae pertinent, quare.
- 6 Iudicium, sententia dicitur.

Iudicare, idem est quod ius dicere, vel dare, Paul. in l. 2. §. 17. in l. 3. quod quis iur. P. & ius dicentis ita officium latissimum est, Vlp. in l. 1. de iur. iudic. P. Vario iudicii nomen declinat, s. de ling. Lar. a verbo iudicari. Et hinc iudicare, quod tum ius dicitur, hinc & iudicem qui iudicat accepta potestate, id est, qui quibusdam verbis dicendo finit; & a dicendo iudicium, & d. care & dicere. Sic & aedes factas a magistratibus praecunte p. nificet, dicendo dedicari, iur. iudic. l. que sepe pro iudicare, sententiam dicere vltipat. Vlp. in l. iudex posteaquam de resud. lib. 4. 2. p. tit. 1. l. iud. in l. qualem autem, 2. 2. §. d. d. c. 2. de arbit. in P. lib. 4. tit. 8.

¶ Siquidem ¶ & munus iudicium tribus verbis cõpendiose consistere dicebatur, do. dico. addico, vel alius, ab dico, quæ facti aut proloqui certis non licebat diebus, quibus iustitiam erat, vel ferie Vnde & nefasti dies, vt iudiciales fasti, teste Ouidio, 1. Fast.

Ille nefastus erit, per quem tria verba sciuntur: Fastus erit, per quem lege iudicet agi.

¶ Proinde nomen hoc ius dicendi, ex generali translatione, iudicii latorem in aliis locis & causis quam forensibus fecit significacionem. De iure namq; dicere & ratiocinari, ex ratiocinatione forensis possumus. Atq; ita ad plura porrigitur iudicii acceptione, quæ referunt Accursius, 1. g. in §. praeterea quib. non est permiss. fac. test. Ioannes Andreas, in rub. de iud. in 6. & ad reg. in iudicis de reg. iur. in Mercor. Godofredus, H. stienlis, in sum. rub. de iud. Panormitanus, ad can. rub. apud Greg. Paul. Caitrensis, ad eand. C. & alii, 10. Mona. ad can. in 6. Lu. de Penn. ad l. de petri. bon. sub lib. 10. C. In quibus distinguendis, facilis erit ratio ex dicendi causis, iuxta vulgarem iuris in similibus regulam, c. intelligencia de ver. sig. l. si uno anno, loca P. consideratis rebus & personis, quibus iudicii nomen accommode datur: vt si dictum sit, furiosus aut minores iudicion non vti aut carere, l. cum prator, de iud. P. c. ex parte de corp. viti. ap. Greg. c. infamis §. tria, 3. q. 7. de mente & discretionem agi nemo dubitabit, nõ de sententia forensi, cum nec de lite meo fiat.

¶ Sed ¶ & in tractatione controuersiarum forensium, ex quibus iudicium

iudicium dicitur, vnum & idem cum aliqua differentia appellatur iudicium nomine, & pars pro toto. Proinde de qua iudicium incipit ab ea parte edicti, quae de ius vocando est, §. si de pen. rem. litig. actiones, quarum causa in ius quis vocatur, quandoque dicuntur iudicia, ut in l. in bonafidei, l. 3. de usur. lib. 4. C. de iur. 3. l. mora, §. in bonafidei, eod. tit. in P. sepe in ius familiaris, com. dicit. fin. reg. in P. & in omnibus de iudic. P. & in criminibus publica iudicia, accusationes, ut in l. de publ. iudi. Et Theophilus refert, in §. 1. de act. quas Athenienses dicit dicebant, eas a Romanis actiones vocari ab eo quod improbus & perfidos ad iudicia agamus. Et ut Budeus notat, in comment. ling. Graec. per sicuti generali nomine, dicebant item actionem, per nam, multam, & iudicium. Subinde quia & actionum & causarum fit discussio, licet contestatio, & alia media quibus peruenitur ad sententiam, iudicialis dicitur potestatis, l. propter an. dum, C. de iudic. Quod voluit Iudorus, dum ait, in c. foris. de verb. sig. sic intellige c. sicuti, sine, l. 2. q. 1. Iudicium esse, dum causa discutitur. Eius mentis & sunt quae de ordine iudiciorum traduntur, & tituli in principio, De iudicis, hac pertinet illa phrasae iuris, In iudicio comparere, c. 1. de iudic. in 6. in aliqua iudiciorum parte aliquid opponere, c. 1. de exce. in 6. l. 1. C. de iudic. & similes. In hac quoque significatione intelligenda gloria quae notat, in l. iudicium soluitur, in ver. iudicium, de iudic. P. iudicium non dicitur nisi fuerit contestata: & regula, Vbi conceptum est iudicium, ibi finem accipere debere, Mar. in l. vbi conceptum, 30. de iudic. P. Item secundum hanc mentem, res in iudicium non videtur deducta per solam citationem, ex Caelarum placitis, l. 1. de lit. cont. lib. 3. C. tit. 9. an. h. offeratur, eod. tit. §. sancimus, de exhib. in auth. coll. §. tit. 7. Sic intelligendus & Paulus Iurisc. consultus, dum restititioe a iudicis accepti tempore incipere respondit, l. restituere autem, 35. de verb. sign. P. hoc est, a lite contestata. Quando autem a vocatione in ius iudicium incipiat, & quando a litis contestatione videbis vberissime tractatum a Luca de Penna, in leg. hac lege desinimus, de proxim. factis, in l. 1. C. §. Postremo, l. iudicium dicitur res iudicata, seu sententia prolata per iudicem, qui fuerit praest. cognitioni, ut in l. de quare, 74. §. fin. de iudic. P. Inter stipulantes, 83. §. 1. de verb. oblig. Iudicium autem hoc aut sententiam, vocat iustitiam, in c. foris. de verb. sig. Hic vltimus actus Theatri forensis est, & vere perfectum iudicium, quod suis partibus constat, principio, medio, & fine, de quo nobis futura tractatio.

De Definitione Iudicii.

C A P. 3.

- 1 Iudicis finitio traditur.
- 2 Leges sequenda in iudiciis, non hominum voluntates.
- 3 Iudicium quomodo actus legitimus.
- 4 Iudex sine iurisdictione non est legitimus.
- 5 Iudicis munus vim habet cogentem, & auctoritatem publicam.

Quod fit iudicium, varie apud diuersos disputatur interpretibus, & maxime a Venulino in 2. parte Speculi, qui improbat aliorum finitionibus, definit, iudicium esse iustitiae administrationem, quae fit a iudice in causa proposita coram eo Raynaldus Corfius illa reiecit, & ait, lib. 3. indagatio iur. civil. c. 1. esse alieni iuris obsecuti per legitimos tramites explicationem. Aliam Vocantius a Vacuna adfert definitionem, lib. 1. noua. declarat. iur. civil. c. 2. nu. 4. & lib. 5. c. 67. vt sit iusti & iniusti diuicatio. Omitto harum finitionum censuram: notat enim qui sciunt finitionis legitimae loco est, & qui iudiciorum nouerint substantiam, genus & differentias desiderari, neue latius vel angustius concepiatur definitionis definitio, l. 1. §. dolum, de dolo, l. 1. Nostra haec erit: Iudicium est actus legitimus, coram eo, vel per eum qui iurisdictionem habet factus, vel ad eius iurisdictionis ordinem pertinens, vt eius officio controuersia finem accipiat. Actus legitimus generis loco est. Si quidem actus legitimus est, qui a lege aliqua probatur, & secundum leges fit, l. legitima, de pact. l. 1. de condit. ex leg. P. Et proinde plura, quam iudicium continet.

Hic tamen inter legitimus actus est, quia non potest dici iudicium, nisi secundum leges fiat, l. nemo, de sent. & interlo. omn. iud. C. de sent. ex breui. recit. C. cum simi. Et magistratus tunc recte administrant temp. publ. si leges sequantur. Qui enim vult legem dominari, vult praesse Deum & leges: qui autem ex hominis arbitrio vult regnare, facillimum bellum addit, vt scribit Aristoteles. Quamquam sciam ab eo que situm d. ligentissime, Aristot. 3. Politic. vtilissime fit virum optimam, quam legem optinam imperare. Verius & puto, leges potius optimis consulationibus stabilitas, sequendas: vt in ex. lib. 5. q. 1. am mutabiles

hominum voluntates. Vt Plato quoque recte putat, interitum Reipub. imminere, cum non leges magistratibus, sed magistratus legibus imperant.

Actus iudicii secundum leges erit, si personae saltem tres adfuerint actoris, iudicis, rei, quas leges desiderant, l. Iulianus, in 2. & l. inter litigantes, de iudi. in P. l. ne quis in sua cau. iudi. C. vel aliz, quae istis vt appendices accedunt, vt procuratores, aduocati, testes, amanuenses, & similes. Item si reliqua, quae leges mandant, iudices exsequantur, quae ex sequentibus quae sint cognoscantur.

Subinde finitio meminit de iurisdictione eius, coram quo fit iudicium. Nam qui neque iurisdictione praest, neque est a principe aliqua praeditus potestate, neque ab eo qui ius dandorum iudicium habet datus est, nec ex compromisso sumtus, vel si ex aliqua lege non est confirmatus, iudex esse non potest, l. qui neg, 87. de iudic. in P. l. 1. C. qui pro sua iurisd. iud. dare daret poss. potestas quippe publica exigitur vt a iis, quae per officium seu magistratu, vt per instrumentum operatur.

Quippe iudicare munus publicum est, l. quippe iudicare, de 5 iudi. P. l. filiusfam. de iis qui sunt sui vel alio iur. P. l. 1. §. huius studii, de insti. & iur. §. huius studii eod. apud. Inst. l. potestatis, de verb. sign. & vim habet cogentem, l. a quissimum, de usufru. P. l. qui restitueret, de rei vindic. P. l. huiusmodi, §. si de leg. 1. vt lege duo decim tabularum quoque docetur, Magistratus non obsiderentur & nocuum vicium, multa, vinculis, verbis, corrento, nisi par maior ve potestati prohibessit, Cic. 3. de leg. b. Vt ea interfit Reipub. sententias iudicium mandari executioni, propter auctoritatem rerum iudicatarum, ne illustria sint earum edicta, l. seruo iniuria, §. cum praetor, ad Treb. P. l. fin. ne quid in lo. pub. l. si praetor, 75. de iudi. P. Quintilia. 5. Insti. c. 1. Cic. pro Clue. Sic cum inter Aricinos & Ardeates populus Romanus iudicasset de agro ambiguo apud Senatum quarentibus Ardeatibus de iudicis iniquitate, is censuit, quod semela populo Romano factum iudicatumve fuisset, salua eius maiestate, rescindi non posse, Linius, lib. 3. §. 4. Decad. 1. Et Plato aetate Ciceroe, 3. de legib. e genere Titulum eos existimat, qui, vt illi celestibus, adueriantur magistratibus. Sed haec tenus de finitione iudicii, in qua continetur iudex, vt causa efficiens iudicii: iurisdictione tantquam ars per quam efficit: officium, veluti potestatis concessae instrumentum: finis, litis decisio. De diuisione autem pauca subiiciamus.

De Diuisione Iudicii.

C A P. 4.

- 1 Iudiciorum species sunt plures, vt diuinum & humanum.
- 2 Iudicia Dei vera, de occultis, & alia quam humana, eaq. publica & priuata, nu. 3.
- 3 Purgatio vngaris, an inter iudicia diuina annumeranda.
- 4 Sortium iudicium ad permittum.
- 5 Iudicium humanum quomodo diuinum quoque dici possit.
- 6 Iudicium humani diuisio in publicum & priuatum, & quid utrumque vno & alio modo, nu. 8. & 10.
- 7 Arbitros eligere vel accipere, qui in Gallia coguntur.
- 8 Iudiciorum 3. diuisio, in ecclesiastica, & secularia, & quae illa.
- 9 Iudices ordinarij de rebus sui fori ecclesiasticis, sunt episcopi, & alij ex privilegio, quorum iurisdictionem clericus non potest usurare.
- 10 Sacerdotes iudicasse, & habuisse iurisdictionem etiam inter gentes probatur.
- 11 Causae quaedam in vtroque foro spiritali & temporalis tractari possunt.

Itali seu inscriptiones de iudiciis plurali conceptae numero, 1 nos admonent formas seu species iudiciorum plures esse. Proinde eas recensere ea qua potero breuitate, vt facilius sit instituta tractatio. Prior & summa iudiciorum diuisio, in diuina & humana est iudicia, de vtroque meminit §. si miles rusticum, de pace ten. & eius violato in vrb. feud. Si omnia, inquit Anacletus, in hoc seculo vindicata essent, diuina iudicia locum non haberent, c. si omnia, 6. q. 1. Diuinum iudicium proprie est, quod Deus sine ministerio hominis constituit, in hoc vel in futuro post obitum seculo.

Haec iudicia vera, vt pote iudicis, quem nihil quod non sciat 2 effigere potest, iustificata per semetipsa, & de secretis quae hominibus non apparent, c. 2. de clandest. desp. quae ideo ad solum tribunal eius referuntur, & temere ab hominibus usurpantur, vt non possint ex suspitione humana cōdemnari examine, q. Dominus suo referuat iudicio, c. si quādoq. a sacerdotib. 15. q. 6. c. nomen presbyteri, 2. q. 1. Et ipse idiplum laeuit, nolite iudicare, videlicet de occultis:

§ Non iudicabimini, D. Math. 6. 7. Explicat D. Paulus, 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quouique veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit occulta cordium. Ita imperferatabilia eius iudicia, & ad Rom. 6. 11. & longediuersa sepe ab hominum opinionibus, quia non iuxta intuitum hominum iudicat, 1. Reg. 16. Et sepe Deo probantur, quæ nobis improba videntur: & contra, c. sacerdotibus, 1. q. 1. Neque Dominus damnat, quem iudicant homines improbi, Psal. 36. Decipiuntur & traduntur hominū iudicia, odio, amore, cupiditate, pretio, cap. quatuor modis, 1. q. 3. Dei autem, incorrupta & inflexibilia.

3 § Iudicium ¶ Dei & publicum, & priuatum est: nam & eius vindicta seu sententia, interdum palam omnibus apparet, & in plures: interdum priuatum & secreto punit. Publicum exercit in partitione Darani, Chore, & Abironis, Num. 6. 16. in superbia Nabalis, 1. Reg. 25. Olig regis Iudæ, 1. Paral. 26. Heliodori, 2. Mach. 4. Herodis, Act. 12. & contra sacerdotes Baal, 3. Reg. 18. & in alios. Exercit & generale iudiciū in diluuiio tempore Noachi, Genes. 8. & tale & maius erit potremum in consummatione seculi, D. Math. 25. Priuati me vni D. Paulus, Si nos ipsos iudicarem, non vni, iudicarem: dum iudicamur autem, corripimur a Domino, 1. ad Corinth. 11. c. in actione, § c. iudicat seipsum, de pœn. dist. 1. Sicut & iudicia cuiusque diuina, dum ab hoc corpore separantur animæ, vt explicat Dionysius Carchusiensis, lib. de quatuor nouissimis.

4 § Annuerant ¶ inter iudicia diuina leges quarundam nationum, §. si miles rusticum, de pace tenen. in auth. purgationem vulgarem, quæ fiebat per aquam bulientem, & frigidam, per ferum candens, per duellum, & similia, quæ in probata nunc sunt, c. 1. 2. 3. de purgat. vul. lib. 5. Decr. 16. 35. c. sententiam, ne cler. vel mona. Sc. c. ex tunc, de purg. can. De quibus in ordine iudiciorum, Deo fauente, in probationibus dicemus. Optime enim perpenis purgationis huius peristatibus, visa est ex dæmonis suggestione potius, quam ex Dei voluntate, vlturpata. c. Annam, c. confu. luiti, 2. q. 5. § Referunt ¶ & sortium iudicia in aliqui ad iudicia diuina, sed sortium apud Christianos nomen Dei impie adscribitur. Neque sacre pagine loci, qui de sortium iudicio meminerūt, Helter, 3. nu. 33. Iosua, 13. & 7. Jon. 4. 1. Reg. 14. Act. 1. in exemplum trahenda, aduentante perfectione Legis Euangelicæ, c. non exemplo, c. fors, c. si qui de paganis, 26. q. 2. c. 1. 2. q. 1. c. fin. § tot. tit. de sortileg. Quo modo autem sortium iudicia in iure ciuili permittantur in concursu repugnantiam & habeant certum factum & parios, quise in eo prius erit ne concursu impediatur, vt in l. si duobus, com. de lega. C. § optionis, de legat. 1. sed si ambo, de iudic. P. l. si que sint cautiones fami. l. erc. l. c. P. diximus in criminibus, quan-

6 do de magis & magis egimus, lib. 34. c. 5. § Iudicium ¶ quoque humanum ratione potestatis diuinum dicit potest, cum quod nō sit potestas nisi a Deo, ad Rom. 6. 13. tum etiam quod reges & magistratus ministri sint regni Dei, Sapient. 6. & iudicium, hoc est, auctoritatem Dei non hominum exercent, 2. Paral. 1. 9. Ceterū ratione ministerii concessi hominibus, Prouer. 8. ibi, Per me reges regnant, & principes iustia docerunt, dicimus iudicium quod per homines exercetur, esse humanum. Hoc rursus dicitur publicū & priuatum. Publicum porro & priuatum bifariam accipitur,

7 § Primo ¶ publicum dicitur, quod proficitur ab eo qui cum iurisdictione seu potestate publica ut dicit: munus quippe iudicandi, publicum est, l. quippe, de iud. P. & omnibus qui iurisdictioni subiciuntur sua natura commune, & aliis quam iurisdictionis per extensionem seu prorogationem ex cōsensu litigantium, dum consentiunt in non unum iudicem, qui tamen iudicandi habet potestatem, l. c. de iurisd. om. in d. l. 1. § 2. de iudic. in P. Alioquin enim, priuatorum consensu eum, qui nullam habet iurisdictionem seu potestatem publicam, iudicem non facit, l. priuatorum, de iurisd. om. iud. l. qui neg. de iud. in P. nisi delectus ab vniuersitate vel collegio iudex, confirmetur a principe, §. 1. de defensor. ciu. in auth. penes quem magistratus creādi potestas translata est, l. 1. ad leg. Iul. de ambi. in P. Quo casu & tenentur eius collegii, vel artificii, vel vniuersitatis diligenti homines, iudicium delecti iudicis subire: sine preiudicio tamen maioris magistratus, l. fin. C. de iurisd. om. iud.

8 § Priuatum ¶ contra dicitur iudicium, quod ab eo qui nullam habet iurisdictionem fertur, cuius generis est arbitrium: quod compromissa non dicantur iudicia, sed ad exemplum iudiciorum introducta, l. 1. de rece. arb. P. Estque arbitrium, res libera extra necessitatem iurisdictionis posita, vt nec iure ciuili quisquam c. ga-

tur compromittere, l. 3. §. c. eod. § Quamquam ¶ in Gallia, in con- trouersis proximorum, ad sopendas ab ipso limite lites, & ad necessitudines fouendas, edicto regio placuerit, proximis conuenire debere de arbitris, altero cōtendentium poscente: & nolentes, posse iudicis officio adigi, vel dari, si ei gerere eos noluerint, infra cle& onifaciendæ per iudicem constitutum tempus.

§ Secundo, ¶ publicum iudicium dicitur ratione actionis po- pulicæ, quæ cuiuslibet ex populo interdū datur, l. 1. §. consequens, de susp. tut. P. l. 1. de popul. act. inde iudicia publica criminum, quorum accusatio cuique permitta est, §. de pub. iud. tit. de publi. iudic. in P. Contra priuatum iudicium dicitur, quando delictum priuatum est, id est, cuius accusatio non cuiuslibet, sed tantum damnum pas- so, permittitur, toto ritu, de prima del. potissi. l. fin. de furti. P. Publicum est aliquando iudicium dicitur, quod fiebat a populo de questione ad illam delata, aut de facinore aliquo certo commis- so: vt si ageretur de lege Cornelia testamentaria, de numaria, & de similibus, vt scribit Cicero in pretura urbana. Quæ iudicia, pote- state populi, ad senatum primum delata, l. 2. §. deinde, cum dissi- de orig. iur. in P. subinde in principem translata, l. 1. ad leg. Iul. de ambitu, §. sed quod principi, de iur. natur. apud Iustina. l. 1. de confi. princ. P. l. 1. de offi. prefet. prator. P. de iudic. esse in viu. In summa igitur colligō ex prætoribus duas diuisiones iudiciorum, prior in diuina & humana: secunda, in publica & priuata.

§ Tertia ¶ autem sit in ecclesiastica & secularia. Ecclesiastica i- dico, quæ a personis ecclesiasticis, de rebus & personis suæ iurif- dictionis feruntur, Secularia, quæ a iudicibus laicis, de rebus quæque & personis sibi subditis feruntur, de vtriusque in ca. non ab homine, can. at si clerici, de iud. Duo sunt genera Christianorum, clericorum videlicet & laicorum, c. duo sunt, 1. 1. quæst. 1. qui dican- tur clerici, in c. clericos, 2. 1. dist. in ff. Duo gradus, duæ potestates, Lu- ca, cap. 22. Duo quibus regitur mundus, auctoritas sacra pontifi- cum, & potestas regum, can. duo sunt, 96. dist. in ff. hæc duo in vna & eadem ecclesia, sub vnus Dei imperio exercentur. c. vnam, au- th. de maio. §. obedi. in extranea. commu. Et proinde se mutuo iuuant & fouent, inconfafe tamen, nec Imperator iura pontifi- catus arripere debet: nec pontifex iura Imperatoris vlturpare. Cum idera mediator Dei & hominum, homo Dominus noster Iesus Christus, a rebus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque decernit: vt Christiani Imperatores pro æ- terna vita pontificibus indigerent: pontifices pro cursu tempo- raliū tantummodo, legibus imperialibus vterentur, c. cum ad verum, 56. dist. in ca. quoniam amicum mediator, §. c. imperium ves- strum, 10. dist. in c. per venerabilem, qui sil. sint legiti. Sic quando incorigibilem suæ iurisdictionis hominem ecclesia emendare suo iudicio non potest, brachio & gladio temporalium committit, vel relinquit castigandam, vel tollendam, c. at si clerici, §. c. cum non ab homine, de iudic. exauctoratione, seu degradatione facta, can. nouimus, de verb. signif. apud Gregor. c. 2. de pœnis, in 6. Et ca- nones non erubescunt in temporalibus leges ciuiles sequi, c. 1. de oper. no. nunt. c. si in adiutorium, 10. dist. in ff. nec contra. leges ci- uiles canones in spiritualibus, c. si vero, vt cleri. apud prop. episc. in auth. c. si clerici, de iudic. Imo ciuiles cedunt canonibus & iudicis ecclesiasticis, quando illæ aduersantur iuri diuino, quod tenent iura pontificia, c. Euphemium, 2. quæst. 3. tota 10. dist. Quæ diuina sunt, imperatoris potestati subiecta non sunt, c. conuener, 23. q. 8. Sed contra, in his quæ ad animarum salutem pertinent, ipsi Im- peratores & principes pontificibus subiciuntur, & iudicari de- bent ab illis, non autem illos iudicare possunt: vt ingenue fassus est Constantinus Magnus, in Synodo Nicæna, Rufinus lib. 10. hist. Eccles. 1. & Valentinianus, in Valentinianus, 63. dist. Theodore, lib. 4. hist. c. 7. CC. Et maior pontificalis imperiali potestate, quanto maioris est dignitatis anima, cui illa præest: corpore, cui princeps imperat, c. solua, de maso. §. obedi. c. si sospitio, 10. dist. c. precipimus, 12. q. 1. l. sanctimus, de sacros. eccl. l.

§ Hoc ¶ tequitur, quia forum habent prælati ecclesiastici & iurisdictionem, esse eos quoque iudices ordinarios rerum & per- sonarum suæ iurisdictionis, l. 1. de iudic. C. vel aliorum ex gratia pontificali, c. cum ab ecclesiasticum, de offi. c. por. iud. ord. neque iu- dicem laicum de his posse cognoscere, c. 1. §. 2. c. si clericus laicum, de for. compe. c. quanto, ca. at si clerici, c. cum non ab homine, de iud. cum similib. etiam contentiente clerico, qui seus quam iure Co- dicis Iustianei statutam est, l. si quis in conscribendo, C. de episc. & cler. §. C. de pact. non potest iure pontificio hinc foro renouare, c. si diligenti, de foro comp. Et si iudex laicus velit in pedire iudicia ecclesiastica, excōmunicari poterit, c. 2. de iud. §. c. 2. de foro comp.

¶ Deci-

13 ¶ Docuimus tibi, lib. de Arte iuris, c. 8. num. 4. & 5. iudicandi potestatem ab omni tempore & apud omnes gentes fuisse quocumque apud sacerdotes, & eos qui curam sacrorum gerebant. Sic iudicasse Aegyptiorum sacerdotes constat, & Alian. l. 14. c. 3. 4. Druidas apud Gallos, Inl. Caslib. 6. commentar. belli. Gall. apud Romanos pontifices, non solum de rebus iacris, sed etiam de rebus ad rempub. pertinentibus. Hali. lib. 2. Cic. pro domo sua. & de Harusp. resp. l. 2. §. deinde ex his legib. de origi. iur. Iudicantur & apud Hebræos in populo Dei sacerdotes, cap. vi. Heli. 1. Reg. 2. Samue. 1. Reg. 7. & Salu. 2. Paralipo. 19. Ezech. 4. 4. cum similib. Et in nouo Testamento haberi dignos qui iudicent de secularibus cum de Angelis etiam & de mudo iudicaturi sint, ex D. Pauli Epistola priorie ad Corinth. ca. 6. liquet. Nec repugnant Cæsares, qui sacerdotale iudicium teneant & defendunt, & priuilegia eius legibus stabiliant, Lomni innotatione, Lomni. l. priuilegia, de sacro eccles. C. S. de eccles. sit. in auth. neque usurpari a iudicibus seu magistratibus, qui loco eorum præstant, potestatem ecclesiasticam suant.

14 ¶ Sunt tamen negotia & causae, quæ in vtroque foro agitari & iudicari possunt: vt si de usuris agatur, c. cum tu, de vsur. de raptoribus, seu spoliatorib. ecclesiarum, c. cum sit generale, de foro compe. & de similibus. In his dubitatur scio, num qui in vtroque foro possunt diiudicari, si in vtroque pœna uersa dampnentur, vtraque pœna plecti possit: an per eorum ius impediatur, & altera præiudicium faciat alteri. Et certe non le muruo impedire in aliquibus delictis, sed vtramque pœnam exsequendam placuit: vt in hypotheca. Statuimus, de maledic. apud Gregorium. Quo d. & in aliis locum habere dixerunt plerique. Sed Panormitanus rutijs, in ea. Statuimus, de maledic. distinguendum suadet, cum notatis ad cap. felicitis, de pœn. in 6.

De Diuisione iudiciorum, ratione Causarum, quæ deducuntur in iudicium. Cap. 5.

- 1 Iudiciorum quarta diuiso ex causis, quæ in iudicium deducuntur.
- 2 Iudicia distincta per tribunalia apud Athenienses.
- 3 Iudicia diuisa, in Civile & Criminale. Et quid vtrumque.
- 4 Accusatio civiliter criminis fieri potest.
- 5 Iudiciorum 5. diuisio, in iudicia vniuersalia, Generalia, & Singularia: & quæ sint illa, & seq. nu. 6. & 7.

¶ Varta t. iudiciorum diuisio, ex natura generalium negotiorum, quæ in iudicium deferuntur, colligitur. Qua ratione 8. species iudiciorum facit Aristot. 4. Politic. Vnam, quæ rationem respicit: alteram, de iniurijs, 3. politicæ, quæ ad statum ciuitatis pertinet. 4. est quæ magistratibus & priuatis hominibus constituebatur, quæ versatur circa crimina & pœnas. 5. de priuatis contractibus, habentibus magnitudinem. 6. & 7. de homicidijs sponte & fortuito factis. 8. de iudicijs peregrinorum. ¶ Demosthenes autem, iudicia & causas per tribunalium nomina certis negotijs designata, distribuit, Demosth. ora. con. Aristocratem. Itaque dicit iudicium Areopagiticum, Areopagi videlicet, vbi de capitalibus ageretur. 2. iudicium ad Palladium, vbi de cædibus fortuitis. 3. iudicium ad Delphicum, vbi ageretur de nece, quam quis dicebat lege permittente perpetrasse. 4. ad Pytanæum, quo si lapis, vel lignum, vel ferrum, vel quippiam lapsum dampnum dedisset, de eo iudicium fiebat. 5. Ad Phreatæum, vbi iudicabatur qui ad necem fortuitam ab exilio rediens, nondum composito negotio cum cognatis cæsi, accusabatur de cæde.

¶ Omitto t. propemodum infinitas similes, quæ a negotijs & causis, & locis iudiciorum traduntur, & consingii possunt: diuisiones, vna tantum generali, quæ hæc omnia complectatur, contentus ergo vt dicam horum ratione, iudicia vel civilia, vel criminalia dici. Civile iudicium dicitur, vbi non agitur de criminibus, sed de negotijs pecuniarijs, & de cõtrouersijs quæ de rebus sunt. Sic in rubr. Quando civil. alio. crimin. præiudi. C. opponitur criminalis civili. Item civile iudicium in criminibus priuatis dicitur, si de illis quis experiatur civiliter, id est, si pro illis æstimationem tantum dampni dati reddi petat, neque ad vindictam reum deponat publicam. Vt contra criminale dicitur, si pro vindicta publica criminis publici vel priuati, instituat accusatio, l. fin. de priu. del. P. l. fin. de furt. P. l. fin. C. de iniur. c. tua, & ibi gl. de procura. Proinde, si pro crimine priuato vel alio agatur: vt pœna, seu multa a iudicetur alicui ex litigantibus, erit iudicium civile: si autem vt a iudicetur fisco, criminale. glo. in l. 3. ad ver. centum aureorum, de sepul. viola. P. & ibi Bar. lo. de Plat. in l. 2. in vit. verb. de iis qui ex

publ. ratio. civil. lib. 10. C. siue agatur civiliter de crimine, siue criminaliter. In quo reprehendunt interpretes glossarium l. si qua per calumniam, in verbo, auri, de episc. & cler. quod sentit pœna fisco applicatam ita demum criminalem esse, si etiam sit criminaliter, non si actum civiliter: quod tamen aliter se habet, Bald. & las. in rubr. de iudi. C. vide lulum Cla. lib. 5. sent. iur. q. 1.

¶ Ceterum, t. qui petit reuicere testem vel accusatorem per exceptionem criminis oppositi, civiliter & non criminaliter videtur iudicium exsequi: quia ideo testes non puniuntur, sed reuicuntur, c. 2. §. si de ord. cog. ap. Greg. c. super his, & c. qualiter & quando, de accus. c. licet Heli. de simon. Quod & in accusatoribus recipiendum, proxim. c. iurib. Inter criminalia iudicia & civilia differentia plures constituntur, de quibus nos alibi tractauimus, sup. lib. 32. c. 2. 4. 2. 5. 2. 6. Et ideo eas consulto prætermittimus, ne repetitione membranas occupemus. ¶ Quinta t. iudiciorum diuisio quoque a natura petitionis instituitur, in iudicia vniuersalia, generalia, & singularia. Ad petitiones namque iudiciorum substantia, & eorum sententia referri debet, vt iudicium sit conforme libello, l. vt fundus, com. diuis. P. Vniuersalia itaque iudicium erit, quando vnius iuris petitione plures res peti censentur simul, et si nominatim singulæ non exprimantur. Vocat Vlpianus actiones de vniuersitate, P. l. in l. de rei vind. P. huiusmodi est petitio hereditatis, litem videndum, §. fin. & l. seq. de petitio. hered. P. quæ in iure consistit, l. 1. §. incorporales, de ver. diuis. in P. §. incorporales, de reb. corp. & incorp. & proinde plures res vnica petitione, quæ hereditatis sunt, vel ad hereditatem seu heredem pertinent, veniunt, l. si hereditatem petam, 4. & l. si quo tempore, 4. 4. de petit. hered. P. Eius quoque generis p. si hereditatis petitio, quia per eam tantum bonorum possessio consequitur, quantum superiori actione heres consequi potest, Cal. l. 2. de poss. hære. petit. P. Idiplum obtinet in fideicommissoria hereditatis petitione, quæ ei competit, qui suscipit ex Senatusconsulto Trebell. restitutam hereditatem, l. 1. de fideicom. hære. petit. ¶ Generale t. iudicium est, de petitione generis, quod est aliquorum quodammodo se habentium ad vnum aliquid, & ad se inuicem, collectio, Porph. lib. de quinq. voci. Huiusmodi est iudicium, negotiorum gestorum, tutelæ, pro socio, l. pro socio, pro soc. in P. cum similib. & similia. Sententia tamen lata super petitione generali, restringitur ope replicationis ad prosecuta tantum, vt non obstat ei, qui ex ea tantum petit singulæ, quominus quod non petit, quod de ea cõtinetur actione, petere possit: vt recte explicant in iudicio tutelæ Severus & Antoni. CC. l. licet, 2. de iudi. ¶ Singulare t. iudicium, de re singulati vel ex singulari contractu petit, sit: veluti in exemplo mandati, commodati, depositi apparet, d. l. pro socio, & in actione in rem, l. 1. de rei vindic. P.

De Distinctione alia iudicii Ordinarii, & Extraordinarii. Cap. 6.

- 1 Iudiciorum 6. diuisio, in ordinarium & extraordinarium.
- 2 Iurisdictionis ordinaria, & delegata quæ.
- 3 Extraordinarius & ordinarius Roma magistratus, & qui nulli num. 4.
- 5 Iudicia ordinaria & extraordinaria alio modo secundum rationem agendi nominata, quæ, & quæ sita.
- 6 Civilia iudicia, & ordinaria & extraordinaria cur dici possunt.
- 7 Ordo iudiciorum in summa quomodo considerandus.
- 8 Ordo in quibus accurate non seruetur.
- 9 Criminalia iudicia, quæ ordinaria, quæue extraordinaria dicantur: & quare.

¶ Extra diuisio iudiciorum, t. in ordinaria & extraordinaria est. Verum tamen hic obseruandum, varie ordinaria vel extraordinaria dici. Nam si habeamus rationem potestatis iudicantis, ordinarium iudicium est, quod a iudice ordinario fit. Extraordinarium, quod a delegato, c. quoniam contra, & ibi glo. de proba. Ordinarius iudex dicitur, vel ecclesiasticus, qui a summo pontifice, vel a principe si sit secularis, legitimum potestatem accipit, vt traditur in concilio Mileuitano, ca. a iudicibus, 2. q. 6. faciunt. sit. de offi. iudic. ordina. & de offi. & pot. iud. delegat. Vlpianus, in l. more maiorum, de iuris d. om. iud. P. ordinarium innuit esse, qui suo iure, nõ alieno beneficio habet iurisdictionem. Et Paulus, l. Paulus, l. quid, eod. qui principaliter, id est, non ratione alterius, a lege vel principe habet.

¶ Iurisdictionis ordinaria & iudicia, quæ sūt a iudice ordinario per principem, vt in suo territorio subditis sibi commissis ius d. ca.

Delegata contra, quæ & mandata iurisdictioni, quando non a principaliter iurisdictioni commissi, sed ex eius mandato ab alio, non proprio nomine, sed mandantis exercetur, & in certa parte negotii, vel negotiorum totius iurisdictionis. Quia si in locum iudicis aliquis subrogetur, qui vices iudicandi habeat absolute, & sine mandato iudicis speciali, certe hic vicarius, & ordinarius dici meretur index, & non delegatus, l. 2. de eo qui vice alterius gerit, C. si cõcedatur a lege vel a principe huiusmodi vicarios habere. Nam passim iudicibus iure ciuili non est concessum, imo prohibitum, nisi principi videatur adiutorio officium egere, toto titu. ut nulli iud. loco. hab. loci senat. nisi certis ex cau. diuina concessio iussio, auth. qua est constit. nouel. 134. Quo casu & princeps consulendus. Ut quando in Gallia Senarchis videmus locum tenentes iudicum, particularium causarum, & generaliter ad causas a principe suffici. Alioquin certe æquum non est, ubi ordinatæ sunt iurisdictiones, & in quibus iudicum persona & industria electa est, quemq; ex arbitrio sibi vicarium eligere. Quia inter artifices loga est differentia ingenii & eruditionis, l. mior artifices, de solutio. Delegatio tamen certarum causarum, non ideo improbat: si modo eius generis index sit, qui possit delegare, & res quoq; ex illis, quæ delegari non prohibentur, non aliter, l. 1. & l. placet, de pedit. iudi. C. l. 2. si a non comp. iud. C. l. i. qui pro iurisd. iudi. da. dari uoe possint, C. Sed aliud est delegare, aliud vicarium seu locum tenentem constituit.

3 Possent quoque dici iudicia ordinaria, quæ a magistratibus ordinariis, id est, consuetis: & extraordinaria, quæ ab extraordinariis, id est, præter consuetum ordinem constitutis, fiebant. Nã & extra ordinariis magistratus urbanos, & provinciales: urbanos, quibus etiam in urbe imperium esset, multos ad diuersi generis fuisse inuenimus, prout negotia occurrerant: quæ extraordinariam curationem exigerent, meminisse de vtrisque, l. si in aliquam, 7. § fin. de off. procons. P. In hoc genere erant præfecti annonæ, Tribanis præter ordinem a plebe, non centuriatis aliquando creati comitiis: qualem legimus L. Minutium, apud Liliam, lib. 4. deca. 1. & Pompeium, quo anno Cicero ab exilio reuocatus est, Cice. pro domo sua. Erant & extraordinarii magistratus, designati ad ædes sacras dedicandas, idem cod. Liu. lib. 3. deca. 3. locandas, lib. 2. deca. 3. triumuiros ad reficiendas, quinque uiri ad muros reficiendos, pro sacris conquirendis, idem lib. 5. deca. 3. Duumuiros classis ornandæ reficiendæque causa, nauales dicti, idem lib. 10. dec. 1. Provinciales extraordinarii plures fuere magistratus, in prouinciis necessitate urgente missi, vel occupatis bellis, vel aliis reipublici negotiis ordinariis prouincialibus vel non creatis, vt continuari oporteret ex necessitate finita imperia, tempore administrationis elapso. Hinc fuerunt proconsules, prætoresque, & decem uiri, viginti uiri aut plures, alique plures id genus magistratus, qui & creati poterant a Consulibus, Prætoribus, & Tribunis plebis tantum habitis comitiis: sine comitiis autem, a solis interregibus & Dictatoribus.

4 Quibus cognitis apparet reliquos ordinarios magistratus dici, qui singulis annis ad tuum manum obeundam in urbe eligebantur: inter quos ædiles curules, Tribuni plebis, ædiles plebis, Triumuiros capitales, Triumuiros nocturni, Triumuiros auro ære, argento stando, feruendo, Præfecti: Quæstores, Tribuni militum. Videtur antiquus quoque interpretes Nouellæ Iustiniani 69. uoluisse in epigraphæ ordinarias præfecturas esse, quæ administrationem cum dignitate habent, non eas quæ honoris causa codicillis principis sine administratione conceduntur. Sic enim concipit rubric. Illius constitutionis, *Præfectura præfectura urbana & prætoriana dua, & præfectura, quæ in cingulo & in actu sunt sole, non etiam honoraria, liberent a curiali fortuna.* De quo tamen nec uerbum quidem ordinarii in Græca epigraphæ eius Nouellæ, quæ sic se habet: *σπει βουλευσιν, ος εσται τῶτε πρῶτος πρῶτος οὐλοσας ἐπι- λαβομενος, ελευθεριος βουλης, ος εσται πρῶτος τῶν τῶν λαβων,* id est, *De Decurionibus, ut accepta dignitate præfectoria, tum demum curia libereantur, cum in actu positam acceperint.* Alio modo & ratione diuersa, dicuntur ex formula agendi vel iudicandi, iudicia ordinaria & extraordinaria. In quo capite distinctio ex relatione fit vel ciuilium ad criminalia, vel ciuilium inter se, inter causas diuersæ speciei constituta diuersa temporum variorum separatione, & distincta natura negotiorum. Quod & in criminalibus obseruabimus. Primum itaque, quia ciuilium negotiorum longior est distinctio, plures dilaciones, & formula quædam certa, & alia plura in illis sunt præscripta, quam in criminalibus, ideo dicimus iudicia

ciuilia, ordinaria: criminalia autem extraordinaria: & si de crimine agatur, extra ordinem procedi, locatio, § quod illicite, de publica. & uelut. P. l. si de furt. in P. Sic ad ordinarium ius remitti questionem, dixit Ulpianus, pro iudicio ciuilium causarum, l. si de prima del. P. ubi gl. ad uer. ordinarium tanquam a uero aberrans est repudianda. in quo actor non teneatur se subscribere: quemadmodum si extra ordinem agatur. Et hoc modo ordo exercendorum iudiciorum, qui antiquitus seruabatur, in usu esse hodie desit, l. ordo, 8. de pub. iud. P.

In ciuilibus rursum negotiis, quædam ordinaria & extraordinaria simul dici possunt, sed habita ratione diuersorum temporum. Olim quippe erant formulæ agendi præscriptæ & ordinatæ, a quibus discedi non licebat, l. 2. deinde ex his legibus, de orig. iur. & qui a syllaba conceptionis aberrabat, cadebat a causa, Quinti. 3. & 7. l. in si. orat. & Cic. de Orato. & orat. pro Murena. At iure alio quo uimur, sublatæ sunt omnes illæ uerborum aucupationes & agendi præscriptæ formulæ, l. 1. & 2. de formu. & impet. subl. C. ca. dilecti, de iudic. apud Grego. Et proinde sic omnia nunc iudicia extraordinaria, id est, præter illum antiquum ordinem, § si de interd. §. 1. de succo. sublat. que sibi. per bono. vind. apud Iustina. non autem extraordinaria habita ratione alterius præstituti ordinis circa alia, quam præter modum agendi veterem: nam huius ratione, ciuilia iudicia ordinaria sunt quædam, quæ exigunt aliquem consuetum & præscriptum ordinem, uel a lege, uel a consuetudine cuiusque curiæ, quem uocant stylum: ut sententia prolata contra solitum iuris ordinem, nullam auctoritatem reuocata habeat, l. prolata, de sentent. & interloc. omn. iud. C. o. cum d. lecta, de rescript. Ordo iure præscriptus quis sit, suo loco docebimus. Deo fauente. Sed illam interim considera, uel ratione qua procedendum sit: ueluti offeratur libellus, lis contestetur, iuret de calumnia, &c. a. u. offeratur, de lit. contest. C. uel ratione distinctionis concurrentium causarum, ut prius de uia, posterior de alia cognoscatur uel agatur. Quo pertinet tit. de ordine iudicior. C. lib. 3. tit. 8. & titu. de ordin. cognitio. lib. 7. C. tit. 19. & lib. 2. Decret. tit. 10. dum prius de possessione, quam de proprietate agi uideatur, l. ordinariis, 13. de rei uindicat. C. l. si quis. fin. regund. C. cum dilectus, de cau. possess. l. leximus, de acq. poss. P. prius de ui, quam de possessione, l. si de ui, de iud. P. &c.

Contra, præter ordinaria iudicia erunt, quando hic ordo seu modus agendi non consideratur, propter negotiorum, de quibus tractatur, faciem uel exiguum cognitionem, au. hen. nisi breuiora, de sent. ex breui. recit. C. Quemadmodum proditum est in postulationibus, electionibus, prouisionibus beneficiorum, & decimarum petitionibus, & aliis quibusdam iudicialium ordinem non exigunt, sed summarie & de plano sine strepitu iudicii de illis cognoscendum, elem. distendosana, de in. in Clem. nec quicquam, §. de plano, de officio procons. Videlicet ut non exigatur litis contestatio, feriarum introductorum ob necessitatem hominum, obsequatio, dilatorum termini, aduocatorum iurgia, exceptionum admissio: hoc enim est de plano cognoscere, Clem. sepe, de uerb. sig. apud Clem. glo. Bartoli, in §. 1. ad uer. summarie & de plano, si. quom. in crim. l. s. maie. proced. sit. in amb. uiciorum, extrauag. facit. l. miles, 10. l. sexaginta, ad leg. Jul. de adul. P. Sunt & negotia sua natura, si nemo contradicat, quæ expediri possunt summarie & de plano: & tamen si quis obstitat, exigunt ordinariu iudicium: ueluti si de missione in possessionem agatur, Bald. in l. si. de edic. D. Adria. toll. 6. g. Manifesta quoque, iudicialia subtili inquisitione non indigent, & ordine indagandæ ueritatis causa instituto, ca. ad nostram in 3. de iur. iur. apud Grego. Et hæc eadem, quæ diximus in ciuilibus negotiis, de iudiciis criminalibus dicta censentur: ut relatione inter se facta quædam ordinaria sunt, uidelicet quæ exigunt ordinem, l. libellorum, de accusatione in P. Quæ uero habent per hanc certam iure impostam. Quædam extraordinaria, quæ circa solemnitatem libellorum, expe ditur summarie & de plano: ut si agatur de crimine læsæ maiestatis, in quo, seruato tamen ordine qui ad ueritatis criminis cognitionem pertinet, de reliquo summarie & de plano & celeri calculo tractatur, ne pena eludatur, §. 1. quomo in crim. l. s. maie. proced. sit. in extrauag. a. u. hen. Ut docuit Agefilus insigni exemplo, in deprehensis in cõiuratione Lacedæmonioru, Val. Max. l. 7. c. 2. Omittitur in plebisq; in scriptio, l. 1. C. de ab. geis, accusatoris necessitas si per uiam inquisitionis uel denunciationis iudex cognoscatur, inquisitionis, c. superius, c. qualiter & quando, c. olim, de accus. Neq; manifesta egerit tanto iudicioru ambitu, e. manifesta, & c. de manifesta, 1. g. 1. ca. si omnia, 6. q. 1. l. 1. si de act. em. in P. Crimina quoq; q. definita in iure non

non habent naturam, aut quæ ex locorum vel temporum peristatibus recipiant penam grauiorem vel leniorem, extraordinariū iudicium recipere dicuntur, l. i. §. tot. tit. de extraordi. crim. in P. l. aut facta. §. pen. §. fin. de pen. in P. l. de abige. in P. l. de cri. expil. hered. in P. l. 2. de crim. falsis. P. cum similib. Item leuia crimina & domesticia, sum marie & de plano deciduntur, l. leuia. de accus. P. l. nec quicquam, §. de plano, de offic. procons. P.

De Rebus quæ deducuntur in iudicium, & de Præcautione circa consultationem.

CAP. 7.

- 1 Iudiciorum materia, causæ seu negotia.
- 2 Litis a causâ quomodo differat.
- 3 Causidici quare dicti aduocati.
- 4 Causarum iudicialium species.
- 5 Litigantur quomodo sibi prospicere debeant.
- 6 Consultatio bona in quibus consistit.
- 7 Litigio male capto plura damna imminet.
- 8 Consultor quando tenetur de consilio dato, Et num. 12.
- 9 Consultationes litigantium in iudex non tenetur sequi iudicando.
- 10 Iuris prudentibus respondendi quando abrogata auctoritas.
- 11 Doctorum existente varia lectura & consilii sententia, quid potius sequendum.
- 12 Consultores qui consulendi.
- 13 Litis cessione in potentiores prohibita.
- 14 Patrocinia & clientele magnatum prohibita.
- 15 Clientela antiquorum ius, & quale. Et 17.
- 16 Clientela & hominum in feudis quid.
- 17 Actor antequam litiget, debet conuenire & monere reum.

Iudiciorum materia, circa quam versantur, negotia & controuersie sunt, dicimus causas. Nomen porro causæ hic non pertinet ad adiuantem, efficientem, aut efficiendi locum causam, de quibus Cicero in partitionibus oratoriis: sed ad definitum genus questionis, quod vocat Græci πρόβλημα, differentem agere infinito, quod illi vocant δίκην. Dicunt & nostri casum, facti speciem. Et causam a casu, quod ita de ea contingat tractari, eorum, de verb. sig. Acceditque propius diuisi causarum Rhetorum in genus demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Quorum postremum ad nostram tractationem pertinet: quodque habet in se petitionem & defensionem, Cic. 1. de inuent. §. 1. Rhetor. Aristot. in Rhetor. ad Alexan. Quare omnis res posita in disceptatione & controuersia, causa est, Cic. 2. de Orato. rei generaliter appellatione, iuxta l. rei appellatio, de verb. sig. P. Nomen ita causæ in iure sæpius usurpamus, ea quia in causis, de procurat. vt planum faciunt tituli, Si in commun. cad. causa in integ. restit. fuer. postul. C. lib. 2. C. tit. 26. In quibus caus. milit. fori præscript. vii non poss. C. lib. 3. C. tit. 25. Vbi causis cal. vel dui. domus. homi. eius agatur, eod. lib. 3. tit. 1. 6. Vbi causa. sta. agi. debeat. C. eod. lib. tit. 2. 2.

¶ Sunt quidam, qui subtili indagatione putant, litem a causa abire, quod existimant litem de ciuilibus negotiis seu iudiciis dici, causam vero tantum de criminalibus: quod aliquando Iurifconsulti his adiectionibus vsi sunt, vt in l. 1. §. adhiberi, de testibus, P. l. causas vel lites, de transact. C. Vt & causam dicere in criminum reis tradunt, in l. 1. C. de calumniato. l. 2. de custo. reo. Alii putant litem nomen pro genere esse, causam vero speciem litem, gl. ff. §. Alberici. in d. l. causas vel lites, de transact. C. Ego tamen, si distinctione opus esset, arbitrarer potius genus esse causam, & litem causæ speciem: quia causa omnis, quæ in iudicium deducitur, litem non habet, quæ consistit in petitione & contestatione, tit. de lit. contest. C. Et ita recte criminalis quæstio, causa diceretur: contestatio ciuiliū quæstionum, causa contestata & lites. Et litem nomen extendetur ad actionem siue in rem siue in personam sit, litem nomen, de verborum significat. non autem ad accusationem. Sed verius est confundi sæpius hæc, & causas dici quæstiones ciuiles & criminales, l. quoniam liberis, C. de test. c. tua, de procurato. cum similib. paulo ante citatis. ¶ Inde t̄ & causidici, a causis, quia in foro lites agitant, aduocati, l. qui quis, C. de postulan. Et Martialis vocat, lib. 5. Epig. 34.

Carpere causidici fertur mea carmina, quis sit Nescio: scio, vati tibi causidice.

Et rursum, idem lib. 14. Epig. 219.

Pauper causidicus nulos referentia nummos Carmina cum scribas, accipe cor quod habes.

¶ Ex quibus efficitur tot causarum species esse, quot sunt re-

rum in iudicium deducarum: vt publicæ, fiscales, priuatæ, i. i. o. bi. causæ fiscales, C. Don. r. malæ, l. petitor. de liber. legat. lib. 34. P. tit. 3. criminales, ciuiles, meri, mixti imperii, iudiciorum, &c. Bart. in l. 1. de offi. eius cui mand. est iuris d. in P. §. in l. imperium, de iur. omn. iudic. in P.

¶ In omnibus autem, partes sunt litigantium, prospicere num recte proponantur, agantur, vel defendantur. In omnibus quippe, vt ait Cicero, i. officio. negatis, priusquam aggrediare, adhibenda est preparatio diligens: & ad eligenda ea quæ dubitationem adferunt, adhibere homines doctos debemus, vel etiam vsuperuos: & quid iis de vnoquoque officii genere placeat, exquirere. Et Aristoteles rerum humanarum omnium augustissimum dicit, consultationem vti, Aristot. in princ. Rhetor. ad Alex. Vt etiam Cæsares noluerint edictum a se editum promulgari, quin prius peritorum Senatorum calculis probaretur, l. humanum, C. de leg. b. Proinde cõsultanda erit causa, antequam deferatur in iudicium cum peritis in iure, num ius agendi vel defendendi sit: tum maxime quo magis dubia erit resolutio, & litigator imperitor, l. si aniam, C. de ingen. manum. lib. 7. C. tit. 14. l. Licinius, quib. ad lib. procla. non lic. P. c. ponderet, 50 d. ff. in. Et plane, inquit Caius, qui agit certus esse debet, cum sit in potestate eius quando velit experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. Neque ii iustam prætere de possunt ignorantiam, etiam si in ius alterius succedant, l. qui in alterius, 43. §. fin. de regu. iur. Et Labeo, iuris ignorantiam non prodesse ita intelligendum putat, si ignorans Iurifconsulti copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit, l. regula, §. sed facti, de ius. §. fac.igno. P. Velox iniquitas ad nocendum occasiones suggerit: imo autem virtus ante iudicat quæ incipiat, quid honestum, quid decorum sit, c. inter hæc hircum, in l. de peni. dist. 3. Dantur & iudiciæ post vocationem in ius, vocato, vt consulat peritos & amicos, num contendere debeat, & vt componat responsiones, c. de iudic. 3. q. 3. l. 1. de ede. P. Neq; morare reprehenditur eius, qui distulit, vt adhiberet amicos negotio, l. sciendum, 21. de iur. P.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est Videre, sed etiam illa quæ futura sunt, Prospicere, Terent. in Adelphi. act. 3. Sc. 3.

¶ Eucælia, t̄ id est, bona consultatio, est in consiliis prudentia. ¶ Consilium quomodo in presentibus rebus non recte habeamus, Clem. Alex. lib. 2. Stromata. & de futuris quoque deliberatio, vt tradunt Demosthenes, 11. exordio protemio. & Polybius, lib. 1. nempe de his quæ in nostra sunt potestate ita, ne vel aliter faciamus. Nemo enim consuevit deliberare de necessario vel fortuito, & aliunde contingentibus, Aristot. 5. Ethico. c. 3. §. 5. & Rhetor. ad Alexand.

Quares in se neg. consilium neg. modum Habet vllum, consilio regere non potes, Terent. in Eunuch. act. 1. Sc. 1.

¶ In potestate litigantium est, litem quidem exordiri vel suscipere, re, vel nolle litigare, l. vni. vt nemo in iur. age. vel accu. cog. a. lib. 3. C. tit. 7. l. si. de iur. pupil. C. At inquit Iustinianus, amib. quis semel. quo. & quan. iud. senten. prof. deb. C. §. omnem. de litig. in aui. ben. Qui semel actionem proposuit, siue cõuentione iudiciali, siue precibus principii oblati iudicij in infirmatus, & per eum aduersario cognitus, necesse habet vsque ad finem litem exercere: vel si desistat, in nimpune fecit in ciuilibus. Et multo magis in criminalibus, in quibus qui desistit, regulariter vel tanquam colludens aduersario, c. 1. §. 2. de collus. de reg. vel vt prauaricator, l. 1. §. 3. de prauari. in P. l. at. h. l. t. a. §. prauaricator, de iis qui not. inf. P. l. ad Sen. Turpill. P. l. prauaricator, de ver. sig. P. ple. dicitur: aut si vsque ad finem litem iniquam foueat, vt temerarius litigator sumtuū rationem aduersario refarcit, & sæpe cum multa victis, in cõsultæ actionis & perpetram initiatæ litem, & sui facti potnitet, l. properandum §. fin. autem. de iud. C. l. eum quem remere, eod. P. l. vni. de peti. & desist. lib. 10. C. Theo. tit. 13. Quibus obuiam itur a prudentibus, consultatione mature habita. Satiūque est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedio querere, l. si in quib. cau. in me. resti. non est necesse. ¶ Ceterum t̄ prouide deliger. di sunt consultores, qui periti sint, in ea re de qua deliberatur, Plato in Lache vel de fortitudine. Quia consilium in caput tantum consuler. tis, non eius qui consilium dat, vertitur. Et consilii non fraudulentis, nulla est obligatio, l. consilii, de regu. iur. c. nullus, ex consilio, eod. in 6. Quia cõsiliū non imponit necessitatem, c. quod precipitur, 1. q. 1. c. cum olim. de arbitr. vide titu. l. 2. §. de ser. corrup. P. & quilibet explorare debet, an consilium sibi expediat, l. 2. §. fina. mand. P.

Qui consilium dat, quod melius sibi videretur dicit, si mala fide non consulat: ideo non tenetur ad bonam fidem. Si autem ea abstitit, tenetur: ut pote, si quid quod prauum sit agere consilio suo persuadentur: ut furari, scortari, ludere, & alia id genus: solius enim tunc est criminis, ut opem consilio dans, *lin ferri, §. re de, de furt. in P. l. 1. de ser. corrup. P.* Quo fit etiam, ut quando necessarium est, aliquem se qui consilium alterius, consilium obliget dantem, *l. 2. quod quis iur. P. iuncta l. 1. & l. consiliarius, l. non minus, de off. assess. C.* ut cum assessor iudici consilium dat, illud erit nociuum ipsi consulenti: quia is tenetur sequi consilium assessoris, *§. 1. ut null. lic. hab. loc. serua. in 9 aub. ¶* Cum tamen iudex non teneatur hodie sequi sententiam patronorum, qui consultoribus respondent: si iniqua sibi videatur, *Ludo. Rom. conf. 228.* Sunt enim sententiae & opiniones doctorum probabiles, non necessariae, *gl. ad rub. C. de legib.* In quare, longe dissident nostrorum doctorum, qui tamen se iurisconsultos profitentur, sententiae ab antiqua iurisconsultorum auctoritate, a quorum responsis non licebat iudicibus discedere, *§. fin. de iure natur. l. 2. §. post originem vers. iuris civilis scientiam, de orig. iur.* Quo tempore stabatur, ut ait Cicero, *3. de orato. ad iurisconsultos, ut non solum de iure civili, verum etiam de omni officio & negotio referretur: & in conficiendis testamentis, & contra actibus adhiberentur, & eorum sententias iudices sequerentur.* Atque oratores, ut idem a libi tradit, senectute graues, deposito causarum forensium onere, domi, quo suam dignitatem etiam tuerentur tum, ius respondere solebant, *idem 2. de legi. facit & A. militus Lamprydus, in Alex. vnde & auditorium habere dicuntur, l. lecta, si certum pota. P.*

10 ¶ Et post mortem quoque illorum responsa vt iuris decreta habita. Donec primi Theod. & Valentin. CC. fancierunt, in *l. 1. de respon. pruden. lib. 1. C. Theod. tit. 1.* Papinianus, Pauli, Cui, Modestini, omnia scripta firma tantum & ratam eorum esse sententiam: eorum quoque qui horum sententias operibus suis miscuerunt, vt Scruolae, Sabini, Iuliani, Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt. In contrariis sententiam Papiniani teneri. Infirmat autem aliorum scripta, & notas in Papinianis, Pauli, Vlpiani corpus factas, vt antea quoque dudum factam fuisse referunt. Subinde Iustinianus iussit omnibus iurisconsultorum libris ad iudici lineam, & meliorem responsorum delectum haberi: ceteris quae non fuissent in corpus Pandectarum transcripta abrogatis, *l. 1. de vet. iure enucle. C.* Potuit autem hoc Iustinianus facere, qui legem contendi & antiquandi ius vt Imperator solus tunc habebat, *l. 1. §. fin. C. de legib.* Remanet nostris iuris professoribus interpretandi iura auctoritas sola, quae si aequa videatur, sequenda: non aliter.

11 ¶ Et certe in dubiis doctorum peritorum rata vt plerumque est sententia, & quo magis deliberata: vnde si diuersim sentiant doctores iidem in eodem facto, in consiliis seu responsis ab ea sententia quam tradiderunt in lecturis seu praedicationibus, putant plerique, *Alexan. 1. volum. conf. 187. Boer dec. 155. num. 24.* magis inherendum consiliis, quam lecturis, ut pote maturius responsis prolatis. A quibus tamen lubens dissentio, quod saepe expertus fuerim, consilia potius ad gratiam aliquorum, vel ad quaestum dari, & consulentes magis ad communem sententiam, quam ad veritatem conuere oracula. Lecturas autem sciam nitide a doctoribus & incorrupte, sine affectibus & conscientia fieri.

12 ¶ Existimo tamen nihilominus aduocatos, & qui consilium petentibus dant, debere consilia maturius quam soleant perpendere, si Deum habeant praeculis, cum oporteat eos recordari ante tribunal diuini iudicii se non impune laturos, si perperam vel perignorantiam suo pessimo consilio, in discrimen vitae vel fortunae consulatorem coniecerint. Et hoc modo in foro conscientiae, si ad consilium eorum sententia damnosa in clientem data est, teneri damnare facere, re & mihi respondere videtur Abbas, *in c. tua nos, de homici. in princip.* Non enim culpa caret imperitus, qui officium usurpauit, in quo sciebat vel scire debebat, suam operam vel imperitiam alteri damno futuram, *l. idem iuris, §. fin. ad leg. Aquil. in P. §. iniuria, eod. apud Iustinian.* Et condonatur interdum clientibus quod fecerint consilium aduocati, si ille datus a iudice pro consilio eis sit, vt puta, si eius consilio furtim e carceribus elabatur, & ita iudicatur, *Boer. q. 215. Io. Papius, Rhapso. aref. lib. 23. tit. 2. ar. 3. de pris des prisons.*

13 ¶ Quando itaque litigatum bene sibi consultum iri dicerentur, deligant patronos peritos: quibus tuto sua & se committere possint, ne ducis caeci ignorantia litibus & impensis se inuoluant, & iacturam rei controuersae subeant.

14 ¶ Vetatur tamen, ne quisquam suo diffidens iuri, in poten-

torem causam vel litem transferat: quod si fecerit, iactura causae multatur, *l. no lic. potens. litig. patron. praef. vel alio. in ser. an. C. l. 1. de iis qui potens. nomi. iur. praed. affi. C. l. 1. 2. 3. 4. ne sise. vel resp. p. procur. ali. lit. cau. in lit. praef. C.* Et ex constitutione regia Ludouici 12. cessiones debitorum in potentiores factae ratae non sunt, sed improbat, *constit. Ludouici. 12. artic. 159.* vt antea quoque sanxerat Carolus 5. *constit. arti. 4.* Aperte namque videtur esse voracitas cedentium, qui alios actionum suarum redimunt exactores, *l. fina. de tir. melic. potensio. C. & potentioribus pares esse non possumus, l. 3. de alien. iudi. mut. cau. facta.* nec inferiores cogere possunt superiores, *l. nam magistratus, de recep. ar. bi. P. l. alle a quo, §. rempestinum. ad Senatus. T. rebell. P.* Et contra, qui maiores sunt ratione potestatis, possunt metum inferioribus incutere, *l. si per impressionem, quod met. cau. in P. l. C. si quacum. praed. pot. & C. l. 1. §. rector provinciae vel ad eum per spons. ded. ar. has, C. lib. 5. titu. 2.* In potentiorum autem prohibitam esse cessionem secundum Odofredum, quem sequitur Speculator, *in 2. par. Spec. rub. de cessione actionis,* intellige, respectu cedentis, non respectu eius contra quem ceditur: videlicet vt is cui cesso fit, non sit potentior cedente, etiam qualis sit potentia cum aduersario cedentis. Quamquam contrariam teneantur cum Alexandro alii, *in rub. ne lic. potensio.*

¶ Simili tamen fere ratione sublata sunt patrocinia vicorum, rusti-
corum & ciuitatum, quae se in tutelam magnatum & patronorum conferebant, vt clientela illorum tuti, aduersariis se audacius opponerent: neue alius princeps, quam Imperator constitueretur tantum, ex sanctione Arcadii & Honorii Caesarum, *in l. 3. 4. 5. de patroc. vic. lib. 11. C. Theod. tit. 24. & Leonis, l. 1. vt nemo ad suum patroc. suscip. resti. vel vic. eor. lib. 11. C. Iustinia.*

¶ Antiquitas tamen moribus praecorum, quibus ex lege & permissio-
ne Romuli, ius clientelae ditioribus & probis frequens & concessum erat, *Dion. Halic. lib. 2. Antiq.* Tantaque erat inter patronos & clientes fides, vt patronus contra cognatos proprios etiam clientem defensionem subire teneretur, *Gell. lib. 20. cap. 1.* nec contra clientem furantem experti possent pro re sua patronus, *l. si liberis, de fur. P. Clarissimi,* inquit Cicero, *in diuinatio. viri nostrae ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis & exteris nationibus, qui in amicitia populi Romani ditioneque essent, iniurias propulsare. formam illorum defendere.* Tractat de hac lege clientelae Plutar. in vita Romuli, vbi eos *adatus* clientes diticos autumat, a verbo *adatus*, vel *adatus*, aut *adatus* appropinquo, accedo alicui voluntarie, quia in fidem alterius venientes eum in patronum adoptabant. Significat id Cicero, *vexant*, inquit, *Puteolano, & Cato Cassium, quod Brutus sibi adoptasset.* Erat antiquis haec clientela, & publica, & priuata, oppidorum, ciuitatum, & singulorum.

¶ Tullius tamen Caesar factiones videtur vocasse, *lib. 6. commentar. 17 belli Gallici,* has clientelas quae in suo tempore erant, patronos, principes factionum, non tantum in ciuitatibus & oppidis, sed etiam in priuatis domibus, ad quorum arbitrium summa omnium rerum rediret eorum, quorum tutela committeretur. Ambalios autem clientes.

¶ In iure autem militari, *segetias*, seu feudorum existimant
aliqui *per ar. au.* seu clientelam esse in vasallis hominum, seu Gallis *droit d'homage,* & clientes esse vasallos: patronos vero, quibus fidelitas seu fides iurata promittitur. Quia in illo iure & vasalli dicuntur fideles & clientes, *§. 1. de conuent. int. domi. & fide. lib. 1. feud. tit. 10. §. 1. de alien. feud. eod. lib. tit. 13.* Sed nec de his, nec de aliis, quos dici clientes aliquibus placuit censuales, hic prosequor sermonem: sufficiat nos mouisse pauca de clientibus & patronis forensibus, quae in causa praeparatione exiguntur. Adde etiam libet ad ciuitatem, & ad Christianam maxime dilectionem pertinere, litigatum optime de suo iure instructum, aduersarium conuenire extra iudicium debere prius & interpellare, dum sine lite velit negotium transigere, *l. debitor, 10. de pig. act. lib. 8. C. tit. 14. l. quidam liberus, de seruit. urb. praed. P. c. si quis, 3. quast. 7. ca. omnes decime, 16. quastio. 1. potissimum si de criminibus experientum sit, de iniuriis, aut similibus. D. e. Martibus, ca. 17. ca. si peccauerit, 2. quastio. 1. ca. nouit, de iudic. ca. 2. c. super his, ca. qualiter, de accusat.* Ita Plato hunc ordinem iudiciorum rectum fecit. *Primum igitur*, inquit, *Plato, dial. 11. de legibus,* arbitri iudices quos ipsi elegerunt locum habeant: ii commodius consultatores quam iudices appellari possunt. Deinde vicini & tribulos: secundum partem duodecimam distributi: apud quos, si reconciliati a primis non fuerint, maiori cum damno litigent. Sed his expeditis de personis iudicio-

iudiciorum agamus, a quibus expediantur causae seu negotia iure.

De Personis quae iudicia exigunt, & de ordine dicendorum sequentibus libris.

CAP. 8.

- 1 *Iudicia habent personas principales & accessorias.*
- 2 *Persona accessorie iudiciorum.*
- 3 *Ordo librorum 47. 48. 49. & 50. istius Systematis.*

Iudicis personae interesse debent quaedam necessario ut principales: quaedam, ut accessoriae. Principales, iudex, actor, reus, cauforum, §. in omni, de verb. sig. l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iudi. P. Adicit Fabianus S. Pont. testes idoneos, d. c. 1. §. 9. Verius tamen inter accessorias personas, quae vel actoris, vel rei, vel iudicis, intentione firmant, annumeramus. §. Accessoriae itaque testes, ut & amanuenses, apparitores, allestotes, & alii cohortales iudicibus accedunt: & aduocati, procuratores, sollicitatores seu pragmatici litigantibus, ca. quoniam contra, de probatio. In his personis, ut in reliquis negotiis obeundis, l. et gradum, de mune. & honor. P. l. si quarimus de testam. P. considerabimus num idoneae sint, & quae iudicis accedant.

Initium autem a iudicibus faciemus, qui clauum tenent in moderandis controuersis, & potestatem accipiunt cum inquisitione habita de naturalibus, moribus, facultatibus: & num sufficere iuramentum muneris possint coniuncta legis consideratione secundam quam munere fungi quaeque debet placuit, l. honor municipalis, §. 1. de mune. & honor. P. Praeposimus autem iudicum & personarum quae illis accedunt tractationem, ut vna cum illis intelligamus eorum potestatem & iurisdictionem, quam singulis hoc libro distribuemus Deo fauente. Explicaturi in 48. ordinem secundum quem huiusmodi iudicia debentur perfici, & ea quae ordinis sunt. Ut in 49. exhibeamus inquisitionem personarum litigantium, & eorum qui illis inferunt, quae sibi possint & causae controuerse conueniens tribunal deligere. Donec perueniatur ad 50. ubi de fine iudiciorum, sententiis, & effectibus, appellationibus, executione & auctoritate eorum agitur. Conuenientia exegit de iuramento, quod fere omnibus partibus iudiciorum & negotiorum humanorum fidem, robur, & decorem addit. Et ita quatuor libris integra tractatio habebitur iudiciorum: nam in hoc 47. explicuimus, vtrum iudicia admittenda, quid sit iudicium, & diuisiones eius, de quibus fiat: & nunc proponimus disputare, a quibus iudicium fiat cum magistratibus potestatem cuique propriam coniungendo.

De Iudicum consideratione ex eorum Persona. Et primum de prohibitione iudicandi per naturam. Cap. 9.

- 1 *Iudex idoneus, vel non idoneus ex quoduplici capite censetur.*
- 2 *Iudicare prohibentur, natura, lege, moribus, & qui natura, in num. seq.*
- 3 *Surdus quando ad tempus: & quando in perpetuum iudicare prohibetur.*
- 4 *De Surditate superueniente & naturali, curabili & incurabili.*
- 5 *Auditus leuariae species.*
- 6 *Surdus natura quare & muti simul sint. Et si non iudicant, ne testantur: retinent tamen dignitatem, morbo superueniente. Et nu. 7. 10. & 11.*
- 8 *Famulus agrotis, perinde ac seruientibus, merces debetur.*
- 9 *Officia iudicum adimi sine delicto nequeunt iudici.*
- 10 *Euriosus iudicare non potest, & quare. Alia autem negotia num gerere possit. eod. & nu. 13. & 15.*
- 14 *Magistratus periculosi in rebus, qui vel favore vel iniquitate ducuntur.*
- 16 *Impubes iudicare vel arbitrari, aut munera reipub. obire nequeunt.*
- 17 *Retumpubl. subuersiones ex administratione inuenum & inexpertum virorum.*
- 18 *Senum consilium praestantius quam inuenum.*
- 19 *Aetas magistratibus quando lege definita. Et de aetate iudicum, num. 20. & 21.*
- 21 *Consilium capiendum a senibus. Et nu. 23.*
- 24 *Senatum filii cum patribus aliquando cur ingredi.*

25 *Minoribus quare permittatur interdum rerum suarum, & rei publicae administratio.*

26 *Iuridictio transit in Gallia in heredes.*

Vices ad munus iudicandi idoneae censentur, vel incapaces muneris, aut ex propria persona, seu statu proprio: vel ratione assumtae vel tractandae dignitatis officii, & iurisdictionis: vel habita ratione litigantium, de quibus ordine dicendum. Et in summa ex propria persona idoneus censetur omnis, qui expresse non prohibetur, l. cum praetor, de iudic. P. Exemplo aliorum edictorum, quae cum prohibeant aliquibus, aliis permittere videntur, l. munus, de procurat. 3. de colleg. silic. P. ca. consulisti, 2. q. 4. ca. cum apud, de sponsal. Vt quod non mutetur, stare minime prohibetur, l. sancimus, C. de testam. §. Prohibentur autem iudicare ex propria conditione quidam natura, quidam lege, quidam moribus, l. cum praetor, 12. de legi. P. §. Natura primum surdus iudicare non potest, d. l. cum praetor. saltem quandiu eo morbo laborat: & in perpetuum, si surditas perpetua sit. Debet quippe iudex audiri, voce contententium vel patronorum instrui, & litis contestationem iudicii partem ordinare, quod fieri non posset sine auditu: vnde & audientia causae dicitur, l. nulli, 10. C. de iudic. & saepe litigantes expedit interrogare, l. iudices, eod. c. iudicantem, 3. q. 9. sit. de interro. alio. Plurimumque, ut ait Arcadius Iurisc. l. de minore, 10. §. tormenta, de questio. P. in excutienda veritate, etiam vox ipsa, & cognitio subtile diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius aestimationis quisque in sua ciuitate est, quaedam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. Et reia magistratibus, de criminibus, quibus accusantur, audiendi sunt, l. diuus Adrianus, 6. de custo. & exhibu. reor. P. Sunt plura quae summarie & de plano & extemporario iudicio, iudex sedendo pro tribunali expedit, vt breuiores lites, aucten. vsi breuiore, de sent. ex breui. recitan. C. lib. 7. siu. 44. & modici ponderis, quas sedendo continue, pedarii iudices in regia basilica vel domunculis indicat, matutino tempore, meridie, & vespere, §. sedebunt, & §. audient, de iudicib. in auct. Surdus in hac causa dicitur, qui nihil profertus, vel valde difficulter exaudit, ex morbo vel natura, l. 3. §. surdus, ad Senat. Syllan.

Surditas namque vel superueniens, vel naturalis est. Superueniens interdum temporalis imperfecta & curabilis, interdum & perpetua & perfecta. Surdaster is, qui non clare audit, sed tarde, §. si tem surdus, quib. non est per. fac. testa. ap. Iust. Et secundum Galenum, lib. 4. in aphor. Hippoc. apho. 28. surditas ex habita difficulter soluitur: sed ea quae fit repente in febribus, vel aliter accidit ex recurrente ad cerebrum bile, aut ex cholesta cum meatus auditorios occupauerit, soluitur cum hac ipsa bile natura expellente ad excretionem peruenit. Atque idem alibi, Galen. lib. 4. in apho. apho. 60. tradit, aluum turbam, & fluentem ex naribus sanguinem, morbum hunc surditatis soluere, quando in febribus aures obscuruerunt, & quando biliosa excrementa retinerentur, & ad caput recurrerent, sine tamen propria atque praecipua instrumenti auditus passione. Et mederi posse deperdito auditui, docet Quintus Serenus in medicina, dum agit de vitis aurium succurrendis, his verbis,

Si vero abstrusa sensus morietur in auro:

Lumbricos terra sanumq. ex anseris raucio

Excoque sic veterem poteris expellere morbum.

Et Aurelius Cornelius Cellus, lib. 6. medic. ad compressa aurium per saniam seu per sordes (quas dicit Almanfor ceram) foramina, ad tinnitum, & ad grauedinem remedia adfert: & Almanfor, lib. 9. eiusque interpretes. §. Atque §. ex distinctione causarum impediendum aliquantulum auditum, sine omnimoda auditus amissione & qui minus exaudiunt, non surdos, neque etiam morbum eorum surditatem dicunt, Arculanus, in 9. lib. Almanfo c. 39. sed vel grauedinem, aut defectum, vel Tharsem, vel gnarem. Grauedinem putat diminutionem, quae vel ex generatione contrahitur, vel ex tempore. Defectum dicunt habere abolitionem auditus & surditatem de defectu foraminis auditus, siue sit a natura soliditas foraminis, siue ex tempore contigerit. In Tharse, est diminutio fit ex defectu nerui auditui. Contingit & debilitas audiendi ex ieiunio & vigiliis, quam curari tradit medici ampliori cibo, & balneis, Joan. Mathaeus gradib. in 1. parte Almanfo c. 34. Almanfo lib. 9. c. 39. §. Natura §. surdi, arte humana curati vix aut nunquam possunt, & minus idonei iudicandi muneri sunt. Nam tales fere simul & muti, & vocem quidem emitere possunt, locuti, nec autem nullam, vt ad monet Aristoteles, lib. 4. de hist.

M m m m

animal. c. 9. Plinius, lib. 10. ca. 69 & Iustinianus, l. discretus, qui res fac. poss. Quare furdi magis ex naribus loqui consueverunt, & resonant initar tintinabuli, ob claustrum inferioris angustiam: quia pulmo eorum vitiosus est, *Arist. lib. Proble. sectio. 3. q. 14. & sect. 11. q. 2.* Consentiant & omnes, curam furditatis non esse, quae prouenit ex priuatione, seu (vt loquuntur) ex carentia saraminis, vel ex carētia nerui auditui, aut dum ipse neruus creatus fuit solidus: quia ex defectu virtutis informatur, *Arculan. in d. lib. 9. Alm. c. 39.*

7 ¶ Proinde recte concludunt nostri Iuriconsulti, mutum & furdum perpetua infirmitate detentum, aut furdum incurabilem, non posse iudicis officio publice defungi, *d. l. cum prator, de iudic. l. 1. §. propter casum, de posth. P. ubi ratio.* neque testari, *l. qui in potestate, §. si de testam. P. l. si mutus, eod.* Verum tamen si post adeptam iudicā si dignitatem, furditas superuenerit, donec de medela speratur inuito possessore dignitas vel officium ad alium non transferatur, sed retinebit qui casualis furdus factus est: subrogato interim alio, qui eius loco iudicialia sui tribunalis negotia exerceat, iuxta ea quae de cæco notat glo. in l. cæcus, de iudic. P. vtque de clericis in agnitudine incidentibus, responsum est, toto tit. de clerico ægrot. ¶ Quocirca, ¶ & interim dignitatis stipendia, & prouentus, si qui sint, accipiet: non secus, quam ægrotis famulis, non seruientibus, mercedes debentur, *l. sed addos, 2. §. fin. & l. qui operas, 4. l. loca. P. Cum & ægroti in seruitio facti, seruite nobis intelligantur, l. 4. §. Stichus, de sta. lib. P. l. in rebus commodatis, §. possunt, commod.*

9 ¶ Neque ¶ debet vel potest quispiam inuitus compelli ad cessionem officii, vel beneficii: ex capite vel prætertextu agnitudinis etiam perpetuæ superuenientis, *c. fin. de cler. ægrot. ca. scriptis qualiter, & ca. quamuis vriste, 7. q. 1.* Et maxime si regiam sit officium, honor enim delatus a principe, nunquam finem habet. *l. Iuris peritos, de excusatio. iuro.* quoad alia officia dominorum iurisdictionalium, quae non sunt in Gallia sine delicto vel morte amabilia.

10 ¶ Et ¶ hæc de furdo. Secundo natura iudicare prohibetur mutus, *d. l. cum prator.* vel arberiter esse, *l. sed & si in seruum, 9. de recep. arb. P.* Expedit enim in iudiciis, vt diximus, sæpe interrogaciones fieri, *l. iudicos, C. de iud. tutu. de interrog. actio. P.* pluraque sunt quae summariè & de plano in sede oporteat definire, & interloqui, *§. 1. de iudic. in authen. vnde sententia interlocutorie, & interlocutiones, tit. de sent. & interloc. omn. iudic.* Debent & iudices propria voce sententias qualdam profertre, *l. 1. & lina. de sent. ex breui. recit. lib. 7. C. titu. 44. vt & iudictionis nomen, a dictione iuris, l. 1. de iur. om. iud. non mutum, sed loquentem, satis requirere videatur. ¶ Mutum ¶ tamen non dicemus eum, qui dicitur, seu obscure loquitur: sed eum qui dicitur, id est, sine figuratione, *l. mutuum, 9. de edil. edit. P. §. nam & mutus, quib. non est per. fac. se. l. apud Iustina. & sine articulatione, l. Labeo, de supell. leg. a. P.**

12 ¶ Tertio, ¶ perpetuo furiosus natura prohibetur iudex esse, nec arberiter: qui in mente & iudicio in iudicibus requisito, careat, *l. cum prator, de iudic. l. sed & si in seruum, l. 9. de recep. arb. P.* Et furiosus commotionis tempore, iustum esse putat quodcunque fecerit, *ca. illa, 11. quaest. 3.* Cicero tradit, 3. *Tusculana.* furorem esse, mentis ad omnia cœcitatē: & ita differre ab insania, quae est nō sanitas mentis, inconstantia sanitate vacans: ita tamen vt officium tueri possit, & communem vitæ cultum. Sed furiosus nullum negotium legitime gerere potest, *l. in negotiis, de reg. iur. §. furiosus, de iust. l. stipul.* Similemque eum Iuriconsulti faciunt ignorantem, *l. Iulianus, de dinor. P. dormientem, l. 1. §. sed si furiosus, de ac. poss. & vitioso, l. 1. §. interdum, & l. 4. de edil. edit. P.* Furiosum autem dicunt, qui in continua mentis alienatione est, & intellectu caret: vnde factus & mortis, differunt a furioso, *l. diuus, de offic. praesid. P. l. penult. de cura. fur. C.* Illi enim sine motu mentis fere tunc, & lumine mentis carere videntur, vnde amentes: furiosus vero concitatos habet Imperus, *l. 1. §. fi. & l. 2. de postul. P.*

13 ¶ Plura ¶ nos alibi, *lib. 1. c. 5. in curatore furiosi, de furiosis,* deque speciebus demētiae & furoris locuti sumus: ideo in his nunc non immorabor, sed dicam tantum, furiosum qui habet dilucida interualla, actus, qui intellectu perficiuntur & ab hominibus sanæ mentis, posse in illis interuallis facere, & ita iudicare, *l. cum furiosus, 39. de iudic. P. l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. P. ca. si qui, 32. quaestio. 7. l. furiosus, C. qui testam. fac. poss.*

14 ¶ Tutum ¶ tamen non esse censeo, huiusmodi hominibus, qui furere aliquando solent, committere magistratus: etsi habeant dilucida interualla. Solent enim interdum negotia, quae esse

runtur iudicanda, pluribus præter expectationem monete bilem, & concitare quecentem in phrenesim & furorem: cum & ita quæ facile in sauis exardescit, furor breuis sit. Periculosum certe vt rumque in republ. habere malos & improbos, & inanos magistratus: *πονηρὰ θύρας.* inquit Alcibines, *μεγάλης ἐξουσίας λαβόντων, μεγάλης ἀπεργάζεται συμφορῆς, mala natura magnam potestatem adepti, magnas inuehit calamitates.* Et rursus Iamblicus, *εὐνοίας ἐπισηγάδης μαρτυροῦντο θόνην μάχης, & μαρτυροῦντο θόνην, id est, perinde periculosum est, insipientem gladiū, ac improbo viro magistratum committere.*

¶ Ceterum ¶ si magistratum vel dignitatem habenti superueniat furor, æquum est illum retinere, vt alia sua, *l. qui furere, de sta. hmi. P. l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. P. l. 1. §. quamuis, de postul. P. §. item furiosus, quib. non est perm. fac. testa.* Postremo, natura prohiberi videatur impubes a iudicandi munere, *d. l. cum prator, de iudic. vel ab arbitrio dicendo, d. l. sed & si in seruum, l. 9. de arbit. P. ¶ Et ¶ lege Julia cautum, ne minor viginti annis dicere sententiam cogatur, l. cum lego, 4. 6. de recep. arb. P. Nec impubes, id est, minores quatuordecim annis munera publicae subire possunt, quamuis penuria sit hominum, *l. 2. §. fin. de iure immunit. P. l. Lucius §. fin. ad municip. P. Legitima & perfecta naturaliter tantum ætas intelligitur viginti quinque annorum, l. fin. C. de iis qui ven. aia. impe. quam statuerunt saltē adesse debere administrare volentibus temp. leges, l. non tantum, §. 1. de decurio. P. l. ad rempublicam. de mune. & hon. P. ¶ Et ¶ certe rerum publicarum inde præcipites vidimus & legitimis subnecesse, quod in pupillari ætate constituti. imberbes iuuenes cultode vix remoto, clauum id idiorum, officiorum, sacerdotiorum, & consiliorum publicarum habuerunt, quicquid videbant ignorantes. Non enim eorum ætas potuit exuere naturam nomine dignitatis. Impubes natura incipi, *l. 1. §. impubes, de sal. mone. C. l. fin. rem. sup. sal. fo. l. in eo quod plus, §. pupillus, de reg. iur. l. cum prator, §. fin. de iudic. c. ex parte, de corp. vniu. leues, prouid ad animi affectus, inconsideratū in experti rerum. Vnde & iudiciorum, regiorum, sacerdotiorum, iurepsit, quamuis male, contentum. Sic enim natura comparatum est, vt cum fundamenta ruant, collabantur ædificia. Exemploque perniciosum videatur, vt qui seipsum regere nequeat, aliis imperent: eum adhuc regi debeat, *c. indecorum, de eta. & qua. §. fin. de Atil. tuto. ap. Iustina.* Tempus iuuentutis sua sponte infirmitum aliorum libidine infectum est, *Cicero M. Cælio. C. siliu iuuenem perderunt Roboam, Reg. 12. & 2. Paral. ca. 10. E. funde Domine, inquit Hieremias, c. 6. super paruulum suorem, & super consilium iuuenem simul.****

¶ Et ¶ Plato, 3. dia. de republ. Verum enim uero, inquit, non iuuenem sed senem, esse oportet bonum iudicem, qui scro quale quid iniustitia sit, didicerit, tanquam qui non proprio eam in animo suo senserit, sed alienam in alienis animis loigotempore noverit, atque ideo cuiusmodi sit malum discernat, scientia potius quam propria experientia iudicans. Adfert & boni medici similitudinem, vt melior dicatur, qui diutius inter ægrotos conuersatus fuerit, vel qui ipse diutius æger fuerit. Non te prætereat, vt monet Ecclesiasticus, c. 8. narratio seniorum, si enim didicerunt a patribus suis, quoniam ab ipis discos intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. In autem quis est sapientia, & in multo tempore est prudentia. Non erubescat Iuriconsultus citare rusticorum, sed antiquorum, prouerbium, *l. si horus, §. 1. de leg. 3.* iabetque antiquioribus munera reipublicæ & honores deferri, *l. vt gradatim, de muner. & honor. P. l. semper, de iure immunit. P. l. de albo scrib. P.* neque eum damno reipublicæ vult iuuenibus committi, *l. ad rem publicam, de mune. & hono. aut impubentibus dati vocem in capitulo, ca. cum ex eo. de elec. in Sex.*

¶ Atque ¶ ne cura reipublicæ remere iuuenibus committeretur, Q. Fuluius Flacco, & L. Manio Alcidino Consulibus rogatio primū lata est a L. Iunio Tribuno pleb. q. tot annos nati, quemque magistratum petere caperent, *l. iunius, lib. 10. de ea. 4.* Suadebat Mecenas Octauiano, *Dio Cass. lib. 52.* ne adquestem dignitatem minores octodecim annorum deligeret: quod diceret hac ætate corporum firmam affectonem, & ingenium conspici. In Senatorum ordinem non nisi 25. annorum aligeret: cum enim, inquit, huiusmodi administratio suorum bonorum non concedatur, concedetur reipublicæ? Item non fieri Prætorem ante annum 30. qui quæsturam & tribunatum gessisset.

¶ Hæc ¶ quidem probe, sed sapientius sibi prospexit Romulus, qui curiam suam primam & consilium delegit & composuit ex leniori-

- 19 Cæcus an iudicare possit.
- 20 Vt si plura in iudicio expediuntur, nec aliter.
- 21 Magistratus duos gerere simul non licet.
- 22 P^rætor iurisconsultus, lege iudicare prohiberi refert, Senatu motum, *l. cum prætor, 12. §. pen. de iudic. P.* eoque exemplo cõtentus fuit: videlicet si propter turpitudinẽ Senatu moueatur, ex lege Iulia repetundarum, vt notat Marcellus, *l. 2. de Sena. P.* nisi restitutus sit, vel tempus condemnationis elapsum sit, *l. 3. §. Imperator, de decurion. lib. 50. P. tit. 2. l. 1. §. 2. de iis qui in exsil. dati vel ab ordi. mo. sanz. lib. 10. C. tit. 59. obseruatamen. l. ordine, §. ad municipa. P.* Idem ¶ Marcellus, & cum eo Venuleius explicare videntur, illam turpitudinem versari, in pecunia accepta ob dicendum testimonium, vel ad denuntiandum: vel ob iudicandum, vel non iudicandum, ne aliquem vinciat, vel vt quendam in publica vincula coniciat, *Venulei. in l. eadem lege, 6. & Marcell. in l. lex Iulia. 7. ad leg. Iul. repet. P.*
- 23 ¶ Est ita lex apud Ciceronem, pro Cluentia hominibus turpi iudicio damnatis in perpetuum neque vllum ad honorem, neque in curiam aditus esto. Et lex alia statuit infamibus, vel eis quõs scelus vel vitæ turpitudinẽ inquinat portæ dignitatis ne pateant, *l. 2. de dign. lib. 12. C. tit. 1. l. de infami. lib. 10. C. tit. 57. l. iustit. 3. de emilit. lib. 12. C. tit. 36.* Et insuper, eos ad prouincias regendas accedere tantum, qui ad honores insignia, non ambitione, non pretio, sed qui probatæ vitæ habeant testimonium, *Theodo. & Valentin. in l. sancimus, 6. ad leg. Iul. repet. lib. 9. C. tit. 27.* Quare nec reus criminis postulat, nisi se purgauerit, nouos honores adipisci potest, *l. de reus postulat. lib. 10. C. tit. 18.* intra annum aculationis: post quem potest, *l. reus, de muno. P.* Retinet tamen qui postulat est & intra annum, quos habet honoris, *libertus, §. in quo ad municip. P.* ne veluti inauditus damnetur iniuste. Adleimus autem, motos esse Senatu cum ignominia debere, qui iudicare postea prohibentur: eo quod & Senatu moueri possent interdum sine ignominia. Vt si quando numerus minuendus esset Senatorum, qui excreuissent nimia indulgentia præcedendum Principum, vt factum fuisse tempore Octauii refert Sueton. Tranquillus, in *Octa. c. 35.* Adde & alios qui iudicare legibus aliis prohibentur, & secundo loco, mercatores.
- 24 ¶ Præter hunc enim lex viles negotiatores, artiumque vilissimarum ministris vacantes ad villam dignitatem confendere, *l. 3. de commer. & mercato. C. l. milites. C. de loca. l. nequis ex vltimis negotiatoribus, 6. de dignitati. lib. 12. C. tit. 1. l. negotiato. ne mil. lib. 12. §. fin. de cohorta. & princ. cornicul. eod. lib. C. tit. 58.* Apud Thebanos lex est, vt nemo habilis esset ad honores reipub. suscipiendos, nisi per decem annos a mercatura desisteret, *Aristot. lib. 3. Polit. c. 3.* Et non sine causa admittitur fortuna in Tarquinio Prisci Valerius Maximus, & fastidiendum dixit quod mercator fuisset, & quod etiam Demaratho consule natus, *Valer. Maxim. lib. 3. c. 4.* Aristoteles, *lib. 7. Polit. c. 9.* Manifestum est, inquit, quod in ciuitate que optime gubernetur, & que iustos habeat ciues, simpliciter & non ad suppositum neque artifices neque mercatores esse oportere. Viles est enim huiusmodi vita, & virtuti aduersa. Reddit autem rationem alibi, *idem Prob. scilicet. 18. questio. 4.* quod mercator eo melior est, quo sibi plus acquirit. Non ideo tamen improbamus mercaturam, sed negotiatores, regendæ reipublicæ dicimus non idoneos.
- 25 ¶ Nouimus ¶ autem, quod Plato voluit, *lib. 2. de Rep.* necessarios esse & viles in repub. mercatores qui necessaria aliunde importent, & commutent cum his quæ nobis superfluant, & ii meliores propolis, qui quia per fora vagantur ementes vt cæius vendant, fiunt viles. Mercatura enim si tenuis est, vt ait Cicero, sordida est putanda: si magna & copiosa, multa vndique apportans, multique sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda: atque etiam, si satia quaestu, vel contenta potius, vt sæpe ex alto in portum: ex ipso portu se in agros possessiones que contulerit, videtur iure optimo posse laudari, vt sordidos haberi dicit eos, qui mercantur a mercatoribus, vt statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Et ita mercatura & turpis & honesta esse potest, *c. qualitas, de po. dist. 5. d. difficilis tamen actio, quia vix sine peccato exercetur, d. c. qualitas, & c. enicians, & c. seq. 88. dist.*
- 26 ¶ Exercuerunt ¶ quidam mercaturam, non lucris studio, sed vel iuauendi suos animo, vel vt inde honeste sibi lucrum compararent, quod nullo modo iniuria proximum afficerent: ideo non sunt vituperandi.
- 27 ¶ Et ¶ Plutarchus meminit, in *vita Solon.* Solonem admodum

iuuenem ad mercaturam se contulisse, periclitandi atque videndi magis, quam lucris cupiditate impulsum, vt sapientia studiosum. Et ita quoque Thaletem & Mathematicum Hippocratem negotiatos. Et Platonem etiam, olei in Ægyptum exportationem, viaticum peregrinationis suppeditasse. Sed hodie hæc exempla nostri temporis mercatoribus parum conueniunt: cum finis eorum sit longe alius. ¶ Et ¶ valde legendum est, eos qui pecunias vniuersis, fallacis, circumventionibusque congregauerint, rerum publicarum & dignitatem mercari officia, ex quibus iterum, lucro assueti, misera cum subditorum iactura negotientur. Quod si prisci Romani admisisset, non mirarentur tautopere, quod Varro ex macellaria patris taberna ad consulatum conscenderit, & largitione sordidissima duo decim fasses & Dictaturam consecutus fuerit, *Valer. Max. lib. 3. c. 4.* Quod Titius Aufidius, patris exiguae Asiæ antea publicanus, postea praefectus aere cum imperio dignitatem Asiæ obtinisset, *idem lib. 6. c. 10.* & Pub. Rucilius, qui antea publicanis operam dederat in Sicilia: Siculis vniuersis leges dederit consul effectus, *idem eod.* quibus iterum, iudicandi munere arce legum imperitos, quive experientia rerum carent, *§. 1. de iudic. in Nouell. conf. 8. 2. ca. in princ. 20. dist. ca. statimus, 61. dist. §. nos autem sancimus, conf. Nouel. 161.*

¶ Exstat ¶ regia constitutio Gallica, per quam non nisi aliquo gradu iuris insignitis licet iudicandi officium usurpare, iuxta *l. c. mini, 11. de aduoca. diuerso. iudicio. C.* debet enim iudex per se, non per vicarium iudicare, *rub. v. nulli. iudic. lice. hab. loci ser. 10. & c. in amb. & secundum leges & iura, non suo sensu, l. nemo, de sent. & interloc. omn. iud. C. §. quia vero, vers. omnis iudex, de iudic. in amb. §. iustitiam dandum de defensor. cui. in amb. §. 1. de offic. iudic. ap. Iustit. c. 1. & c. ne iniuriaris, de consi. ca. iudicet, 3. q. 7. ca. de libellis, 20. dist. Coluthus Thebaus Lycopolita, in principio *Evangelii*, id est, de raptu *Helena*, scribitur versu 10. iudicium pastoris, nempe Parisi, turbasse mare & terram, videlicet iudicium ignari hominis.*

— *ἐπιπλήθει δὲ τῶν ἐπὶ τῷ νόμῳ ἀποφθίοντες, ὅπερ ἐστὶν ἀδυνατῶν ἐπιπλήθει τῶν νομίμων, ἰδ. εἰ.*

In expectatam quodnam fuit contentio in iudicium, Vt etiam immortalibus suis dicerent pastores?

¶ Prohibit ¶ ius pontificum, ne alibi quam in urbibus, in quibus copia peritorum haberi possit, causæ a summo Pontifice delegate tractentur, *c. statim, de refer. in Sex.* Et vt indignus prælatura ab ea deiciatur, cui scientia sufficiens non est, *c. fin. de ca. & qual. c. nisi, §. pro defecit, de renuntiat.* Ignarus literarum facile negat ea, quæ pro veritate statuta sunt, & super eo inconuincibilis est, *§. nos autem, in amb. de tabello.* Et ita ignorantia iudicis, pleurumque est calamitas innocenti, *D. August. lib. 19. de ciuit. Dei, c. 6.* Et proinde intolerabilis ignorantia in iis qui præfunt, *ca. si in laicis, 38. dist. in vt potest mater errorum, c. 1. 38. dist. in. & c. iniustitiae.* Quia, vt ait Terentius, in *Adolph. act. 1. Scæ. 2.*

Homine imperito, nunquam quicquam inuisus, Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

¶ Cautius ¶ igitur ageat, si iudicium literarum imperitis non permittatur, nisi saltem causarum sibi commissarum peritiam habuerint, *ca. certis, de iudic.* Sic enim permillum est militibus, de re militari iudicare, *l. magister, 6. de iurisd. omn. iudic. C. l. pen. C. de iudic. l. fin. de re milit. lib. 12. C. artificibus quoque, de rebus sui artificii, l. fin. C. de iurisd. omn. iudic.* Docetque exemplis Valerius Maximus, *lib. 8. cap. 1. §. suæ artis vnum quemque, & auctorem & disputatorem optimum esse.* Ex *Q. Scæuola*, qui quotiescunque de iure prætorio consultebatur, ad *Farium & Cæcilium*, qui huic scientiæ de diti erant, consultores reiciebat. Et ex Platone philosopho, qui conductores sacræ aræ, modum & formam eius secum sermone conferre conatos, ad *Euclidem Geometram* ire iussit, scientiæ eius & professioni cedens.

¶ Quare ¶ administratores ciuitatum, qui causæ negotiorum vulgarium præponunt, vt administrationis capaces, sibi assessores tamen coniungunt, dirimendi iuris gratia, *d. §. 1. de iudicib. in amb.*

¶ Quarto ¶ prohibebat lex iuris ciuili Romano rum, ne quis officia quædam aut magistratus gereret in ea prouincia ex qua oriundus esset, vel larem antea elegisset, quem admodum de apparitoribus & officiis Palatinis statuit *Constantinus Cæsar, l. 3. de diuers. offic. & appar. iudic. lib. 12. C. tit. 60.* & alii Cælares in aliis administrationibus publicis, nisi gratia fieret, *l. fin. de crim. fa. orileg. C. l. fin. de offic. recit. prouinc.* Illudque & aliquando in Galia obit-

14 Ita obtinuit, ex constitutione Philippi Pulcri regis, & Caroli 5. *Guguius lib. 9.* Et in regno Castellae in Hispania, hodie seruatur & ita quibusdam Italiae populis, qui alienigenas suis ciuibus praeficiunt magistratus, ne si ciues ciuibus praesint, vel nimia indulgentia illis parcant, aut odio vetere praeter modum in illos saeviant, *Comes, in regu. cancella. de idiomate. quest. 1.* Nunc tamen in Gallia non habetur ratio originis, & originarii etiam praeficiuntur magistratus, antiquis priorum Regum constitutionibus, *Bene. in repet. c. Raynuius, ad verb. duas habens filias, num. 47. Et ad ver. Et uxorem nomine, circa fin. ubi agit de successione, num. 488. cum seq.* Quo loco refert constitutiones regum, quae locum tam vel maxime habuerunt, cum magistratus in Gallia essent temporales, quales fuerunt ante Ludouicum II. qui perpetua fecit officia, vt constat ex eius constitutione, & ex *Guguius in Ludouico I.* historia. lib. 12. Verum antea & Carolus 7. admisit originarios in parlamentum Tholosanum, dum illud institueret anno Domini 1444. § Quinto, ¶ lege prohibentur a muneribus publicis, & a iudicandi munere, pauperes, qui vix de suo victum sustinere possint, *Vipia in l. scripto, 6. de mun. Et honor. P.*

Magnum pauperis opprobrium, iubeo

Quidus Et facere Et pati.

Virtutis, viam deserit ardua, Horat. lib. 3. Carm. Ode 24.

Et Diogenes Laertius in Thalete refert, celebratum apud Spartias fuisse procerbum, neminem pauperem bonum esse. Verentur hic leges, ne inopes iudices praedandi occasionem ex officio accipiant: a qua nec diuites semper abstinere, & male audiunt, vt dorophagi. Ex quo aliquando factum fuit, ne apud Romanos vilius ex plebe magistratus crearetur, nec ante quam populus secessit in montem sacrum, & Tribuni plebei magistratus, & aediles creati sunt ex plebe, *l. 2. §. si idem temporibus, de orig. iur. Dionys. Halic. in 9. §. plebis curiam, de iure natur. apud Iustinianum.* quamuis vniuerso populo ius esset confirmandi & eligendi per suffragia magistratus: insue decernendi de maioribus causis, legesque faciendi, *Dio Halic. in 4.* Nam & Romulus plebicia commisit, magistratus creare, leges sancire, de bello referente rege decernere: ita tamen, vt Senatus in his quoque accederet auctoritas, *idem lib. 1. Linius, in 1. Varro 4. de ling. Lat. vt non liceret etiam creatis Consulibus, iniussa populi de capite ciuis cognoscere, dicta l. 2. §. exactis, de orig. iur.* Illud autem permittum, quod plurimum suffragii factum, palam bonam fidem habebat: magistratus singulis ex plebe, non nisi summa cum pugna permittus: qui enim ex fece populi sunt, vel inopes, aut malefidi vt plebanque sunt. § Quare ¶ Solon, cum locupletibus magistratus relinquere cogitaret, reliquam rem publicam temperate cepit, ad quam plebs non accederet, ciues descripsit ex censu, & ex iis qui tam in aruis quam in conlatis agris iugera quingenta possiderent primam classem descripsit, vocauitque quingentomedimnos. Secundam ex iis qui equum alere possent, vt trecentum iugerum censum haberent, eosque equites vocauit. Tertiae classis autem *§. iuris, id est, colonos, nominauit & socios, quibus duobus census erat trecentum iugerum.* Reliquos vero, quibus nullum ius esset adipiscendi magistratus, mercenarios dixit, *Plutar. in Solo. Aristo. 2. Politico.* Idipsum & apud Romanos obseruatum fuisse refert Gellius, *l. 16. c. 10.* ¶ Et ex ratione etiã census quondam eligebantur iudices ex equestri ordine, cuius census erant quadringenta sestertia, ex Senatorio consulto lato anno ab vrbe condita 785. C. Aferio Pollione, & C. Aferio Verere Coll. *Phn. lib. 33. c. 2.* Sestertium aut nummus valebat 10. denarios Tutorenses nostrae monetæ. Illud & innuit Martialis, *lib. 5. Epig. 39.*

Calliodorus habet censum quis nescit equestrem,

Sexte, sed Et fratrem Calliodorus habet,

Quadragesima fecat qui dicit vixit ius,

Vno credis equo posse sedere duos.

15 Censui Senatorio duplex quam equestri erat, & sub Augusto etiam triplex, vt ait Tranquillus in Octauio. Erat censu delecti erant magistratus, vt obiter de eo etiam conqueritur Ouidius, *1. Falfor.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores,

Census amicitias pauper vbiq. iacet.

17 ¶ Laudo ¶ quidem eam etatem, quæ fardidos ex plebe ab imperio & magistratu praetextu paupertatis deturbaret. Vt Romani maxime Proletarios, qui non plus quam mille quingentum aris in censu referbant: & capite census, quorum extremus census fuit aris trecentum septuaginta quinque, quoniam res pecuniasque familiaris, vt ait Gellius, *lib. 16. c. 10. obfatis vice pignorisque*

esse apud rem publicam videbatur, amorisque in patriam fides in ea, firmamentumque erat. Verum tamen probos viros, qui alioquin digni sunt, non ideo depellendos a reipublica administratione arbitror: si probatae alioquin, & spectatae sint eruditionis & fidei. Laudabiliores enim sunt, qui cum possint ditari communibus artibus, exiguo & sufficiente patrimonio & victu contenti sunt: qui ita oderint auaritiam, neque cupiditate habendi ducuntur. Qualis fuit apud Romanos L. Valerius Publicola, qui in consulatu defunctus, collatione nummorum publica. sua non inuenta pecunia, sepultus est, *D. August. lib. 5. de ciuit. Dor. ca. 18. Ammianus Marcelli, lib. 14. Enfeb. de temp.* Vt apud Thebanos, Epaminondas, *Plutar. in vita Fabii.* Omittit paupertatem aliorum clarissimorum virorum de reipublica bene meritorum, vt Aristidis, *de quo Emil. Prob. in eius vita.* Lylandri, *idem in Lylandro.* Lemnachi, *idem Prob. in vita Nicia.* & similibus, quibus si reipublica commissa non fuisset in summis incidisset calamitates & clades. Et certe qui propter censum praefertuntur, saepe nundationibus sordidis ad dignitates prouehuntur, perniciem conseruati status optimi secum adferentes. Vt non immerito Plinius in principio sui libri 14. conqueratur, quod census faciat magistratus, & equites. Sanctus enim & vilius inquirere, non quale habeat patrimonium magistratus, sed cuius existimationis sit, quomodo ve ante actam vitam transegerit, *vt in l. non omnes de re milita. P. significasti, in ver. si se. Et de homicid. l. nemi licere, l. 11. de aduoca. diuerso iudicio. C.* Nam male agitur, dum id quod virtute effici debet, pecunia tentatur.

¶ Sexto, ¶ lege Sacerdotibus, nec magistratum capere, nec potestatem permittebatur, cum tamen vterentur sella curuli, & hactore, honoris causa, & ne ægre ferrent quod a magistratibus arcerentur: tum etiam quod apud Graecos nonnullos, sacerdotii dignitas par esset regiae maiestati, nec vulgaris vel ignobilis ad illud negotium eligeretur. Dehinc secundo, quod stata sunt sacrificia Deo, & saepe contingeret, vt pariter occurrerent illis & necessario determinandis negotiis reipublicæ, non possent vtriusque interesse. Item tertio, quod nefas esse putauerunt, Deo rem diuinam facere & primitias, & inter ciuium cruciatibus quotidie versari, quæ omnia latius tradit in Problematibus Platarchus, *Proble. 108.* Huc pertinet quod ait Paulus Iurisconsultus Sacerdotio adueniente, non cogi arbitrum sententiam dicere: quod non tantum honori personarum, sed maiestati Dei indulgetur: nisi post sacerdotium quis arbitrium suscepisset, *l. non distinguemus, 17. §. sacerdotio, de recep. arb. P.* Praetor quoque pollicetur se excusaturum eos, qui operam ad iudicandum dare non possunt: vt si qui sacerdotium nacti sunt, vt discedere ab eo sine religione non possint, & hos in perpetuum excusari, *l. praetor, 13. de uocat. mine. P. iunge homines, C. de episc. Et cler. Quæ intelligenda maxime sunt de iudiciis rerum temporalium, quibus ratio aut nunquam se immiscere debent Dei sacerdotes, multo magis Christiani, qui vero Deo inferuire debent iugiter. Et nemo Deo militans implicat se negotiis secularibus, 2. ad Timoth. 2. ca. 1. Et tototiu. ne clerici vel mona. nego. secul. se immisc. lib. 3. Decretal. tit. 50. Gregorius, 16. 50. cum similib. ibi not. Et, Absurdum est, vt ait Iustinus Caesar, in l. consulta dualia, 23. de testamen. C. si promissis actibus rerum iurbenur officia, Et alii creditum, alium iurabat, Et principum clericis, quibus opprobrium est, si peritos se vclini disceptationum forensium ostendere. Quod autem pertinet ad causas ecclesiasticas & officia iurisdictionis earum sine dubio paulo ante doctimus, supra hoc l. c. Et lib. de arte iur. eos haberet iurisdictionem, qui ecclesiis & populo in diuinis praesunt, quem admodum probat Cice. pro domo sua, Et lib. de Harusp. respon. Lini. in l. l. 8. de relig. Et sumi. funer. P. l. hereditas, 5. de petit. hered. P. l. nulli, §. quod si vno. Et aut. licet, C. de episc. Et cle.*

¶ Septimo, ¶ mouetur dubium, num caeco lege minus iudicandi prohibeatur. Et quidem absolute videtur respondisse Vlpianus, eum posse iudicare, *l. caecus, 6. de iudic. P.* dum ait: Caecus iudicandi officio fungitur. Et id Appii Claudii Centemani exemplum firmaret, qui sententiam in Senatu de non reddendis captiuis Pyrrho dixit, qua pacem Pyrrhi diremit, *Cic. lib. 2. offic. Et pro Calio, l. 1. §. quamuis, de postu. P. Valer. Max. lib. 8. c. 15.* Sed & Timoleon Corinthius, cum ætate prouectus esset, & sine vlllo morbo lumina oculorum amississet, calamitatem ita moderare tulit, vt neque eum querentem quisquam audierit, neque eo mirus, priuatis publicisque rebus interfuerit, *Emil. Prob. in Timal.* Ceterum, quem admodum id sit intelligendum, explicat idem Vlpianus, in dicta l. 1. §. quamuis de postu. vt possit quidem caecus

antiquam dignitatem, superueniente cœcitate, retinere: ad ipsi-
 20 o autem uouam non possit. ¶ Ego tamen in ea sum sententia, et si
 aduerterentur interpretes, nunquam cœcum iudicem per se iudi-
 care posse aucto, eo quod multa sint quæ oculis iudicum subici
 debeant, antequam iudicentur: ut si agatur de finibus regundis,
 l. si inruptione, fin. regunda. P. de tormentis seu de questione rei ha-
 benda, l. de minore, §. tormenta, de quest. P. de co latione scriptu-
 rarum, l. ubi falsi, 2. ad leg. Cor. de fals. de qualis, quæ non nisi
 visu percipiuntur. Et,

Sequius irritant animos demissa per aures,

*Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus, glo. in §. fin. de gradu af-
 fins. uncto textu.*

21 ¶ Oportet prohibebat lex, ne qui haberet magistratum, alium
 peteret: de qua disputatum fuit in Cui Decimi Prætoris mor-
 tem, Liu. lib. 9. deca. 3. Et Aristoteles tradit, non nisi unum magi-
 stratum a singulis gerendum, & singulas curas singulis concessas
 melius expediri, Aristot. 4. Politic. c. 15. facit ea cum singula, de pre-
 ben. in 6. ca. quia in tantum, & c. de multa, eod. apud Gregor. ca. 1. 89.
 dist. in l. 2. de excepto. lib. 12. C. l. nemo, 13. de assessor. C. Difficile cum
 sit, unum hominem duorum vicem sustinere, l. si plures, 10. de pac.
 P. Sed hæc hæcenus de prohibitione iudicandi ex lege, quibus
 facile addi poterunt, quæ ex aliis iuris capitibus occurrunt. Sequit-
 ur ut dispiciamus de prohibitis ne iudicent moribus.

Qui Moribus iudicare prohibeantur.

C A P. II.

- 1 Mulieribus prohibitum iudicare vel arbitrium suscipere Roma-
 nis moribus, & quare.
- 2 Mulieres ubi dominantur & imperant. §. nu. 3. 4. 8.
- 3 Senaculum mulierum Romanarum inducitur, & postea subla-
 tum.
- 4 Mulieres quæ dicuntur ex consuetudine posse iudicare.
- 5 Mulieres quædam eruditæ.
- 6 Vidua imperans, signum iudicii vltimi seculi.
- 7 Sibyllinorum oraculorum fides, & quæ fuit illa quæ ea edi-
 dit.
- 8 Mulierum dominatio, rebus & respública quare perni-
 ciosa.
- 9 Magistratum & iudicium publicum munus.
- 10 Mulieres consortis hominum sine lesione pudicitia esse neque-
 unt.
- 11 Iudices esse debent oculatissimi & constantes, non auari, nu-
 me. 16.
- 12 Mulieres facile decipiuntur, & consilio infirmæ, & eas sexus a pu-
 blicis negotiis excusat. nu. 17.
- 13 Serui moribus iudicare vel arbitrium dicere prohibentur, qua-
 re.
- 14 Artes viles tanquam serui a iudicando remouentur.
- 15 L. Barbarius Philippus de offic. prætor. P. sententia.

16 **M**ORIBUS ¶ Romanis prohibitum erat, primum mulieribus
 iudicare, l. cum prætor. de iudic. P. l. 2. de reg. iur. c. mulierum,
 33. 9. 5. vel arbitrium iudicare, l. fin. C. de arbit. quia compromis-
 sum ad similitudinem iudiciorum redactum est, l. 1. de recep. arbit.
 P. l. pen. §. fin. eod. Erat Romanis, mulierum consortium in publi-
 cis negotiis infustum: ut iustum sit etiam legibus rusticis apud
 Varronem, lib. de re rusti. cap. 83. Mulier cum probus uotus sit,
 ad eam rem diuinam ne adit, ne ue videat quomodo fiat. Et mulieres
 in multis deterioris conditionis habentur, l. in multis, de test. a. homi-
 2. nator. P. Aristot. lib. 1. Politic. ¶ Dissentiant ¶ cum Romanis, alia-
 rum quarundam gentium mores & leges. Ut apud Spartiatis,
 mulieres priuatum in domibus dominabantur, & in publicis sen-
 tentiam dicebant de maximis rebus, & auctoritatem habebant
 etiam tempore Platarchi, in compar. Numæ & Lycurgi. Germani,
 consilia mulierum & iudicia non aspernabantur aut negligebant,
 Cor. Ta. ii. de morib. German. Iustinianus Cæsar consilium
 capiebat a Theodora uxore, ut ipse præfiteatur, §. hæc autem omnia,
 ut iud sine quoquo suffra. & alib. nescio an honeste: nam ex eo ma-
 le audiuit & Theodora ut superba & amara, & Iustinianus ut sto-
 lidus & malerosus flexus a mulieris arbitrio in quam uoluit im-
 petum: ut sæpe Flanius Blondus, & Io. Magnus Gothus, lib. 13. hist.
 Gotho. cap. 25. Apud Ægyptios mulieres munera obibaat virilia,
 Polyd. Vergil. lib. 8. de inuentor. er. ca. 7.

3 ¶ Iudicauit ¶ Debora populum Israeliticum, Iud. 4. Ioseph. lib.

5. antiqui. ca. 6. Et Plato in ea fuit sententia, mulieres instrui de-
 doceri eadem, quæ bene instruiti viri sciunt, posse: & idcirco ne-
 gotia in reipública curare posse, atque omnia cum priuata, tum
 publica pacis & bellitudia communicat mulieribus cum viris,
 ne mancum inquit sit genus humanum: eo tamē pacto, ut in sin-
 gulis grauiora viris, leuiora mulieribus committantur, l. lato dia-
 log. 5. de rep. Quæ tamen refellit merito Lactantius, lib. 3. de fal.
 Sapient. c. 22.

¶ Iustinus ¶ ex Trego etiam recenfer, lib. 1. Semiramidem Ni-
 ni maioris uxorem, & Nini alterius matrem, per se mortem mari-
 ti primum sexum mentitum magas res gestille: quarum magni-
 tudine, ubi inuidiam superatam credidit, quæ esset falsam fuisse,
 quemue simulasser: nec hæc illi dignitate ademisse regni, sed
 admirationem auxisse. Quod & verum est, sed temeritatis per-
 peade eius exitum, & infamiam legum.

¶ Quædam modum ¶ & licet exemplum proponere senaculi
 mulierum Romanarum, quod ab Hellogabalo Imperatore per-
 missum matronis habere in colle Quirinali, ubi cum Senatu con-
 sulta facta fuissent digna mulieribus, ridicula dico, de legibus ma-
 tronaribus, qua veste, modo, ornate deberent incedere, me-
 rito sublatam fuit, Lamprius in Hellog. Flauii. Uopis. in Aureliano.
 Memini & Plutar. in comp. Numa & Lycur. Cautum quæ post
 occisum Hellogabalum cum matre, ne unquam mulier Senatu
 ingrederetur: ut que in feris eius caput dicaretur, de qua uer-
 tur que per quem id esset factum, idem Lamprius in Helloga.

¶ Ferunt ¶ & contrariis moribus fieri posse, ut mulieres ho-
 die iudicent, per legem de quibus, de legib. quia consuetudo dat iu-
 risdictionem, l. i. C. de emanc. libero. ieruatandæque loci consue-
 tudinem. Ut in Gallia quædam mulieres dicuntur habere iurisdic-
 tionem ordinariam, ut Regina, c. dilecti, de arbit. & alibi Com-
 missa Mauldæ & Campaniæ, Accursus in l. fin. de arbit. C. Paul.
 Castren. in l. cum prætor, §. penult. num. fin. de iudic. Quod quidem
 factum est attribueri iurisdictioni, ut illarum iurisdictioni sit, exer-
 citium autem illarum nomine per viros fiat, quædam modum
 quando feudi nomine iurisdictioni competere pueris & minoribus,
 quorum nomine constituerunt iudices. Scio tamen & dictum fuisse
 ab aliquibus, & hanc dignitatem iudicandi posse personæ mu-
 lierum concedi ex priuilegio principis, glo. in l. Imperialis, §. simi-
 les, ad ver. dignitatem, de nupt. C. glo. in l. 1. de mulier. & in quo lo. C.
 qui & certis delegare potest scienter, ut ea. Mem. nam. 2. q. 5. &
 c. cum deuotissimi am. 1. 2. quest. 2. Permittitur & Abbatissæ iudicare
 inter suas uirgines, de his quæ ad regulam pertinent, & inter eos
 qui suæ sunt iurisdictionis, c. dilecti, de maio. & obed. Sicuti & Vir-
 gilius refert, lib. 1. Æneid. reginam Didonem munere regis fan-
 ctam, quæ

*Tum foribus diuæ mediæ studium templi,
 Septa armis solioq. alie subnixæ, resedit:
 Iura dabat legesq. uiris, operumq. laborem
 Partibus aquabat iustis, aut foris trebebat.*

¶ Non ¶ deest pluribus mulieribus ingenium, cognitioque
 bonarum artium fuit Theano Metapontina vel Thuria Pytha-
 gorea philosophi Theophrasti filia, & ipsa philosopha: alia
 Theano Locrensis, quæ Lyrica scripsit, Suidas in Theano. Alia
 Corinna Thebaria aut Theagena, discipula Myrtidis cogno-
 miento Musa Lyrica, quæ quinquies fertur vicisse carmine Pin-
 darum, quæ quinque libros scripsit Epigrammarum, & leges Ly-
 ricas, idem in Corinna. Fuerunt & aliæ perite in aliis rebus, quas
 prætermitto: quæ possent certe quam plurimos nostri temporis,
 potissimum iuuenes indices sperare de cetera. Et ego etiam nec
 hoc fieri posse nego, qui sciam mulieres quædam inueniri plus
 æquo curiosas, & iudicandi auidas. Sed probabilis iustiusque
 mihi uisum est, quod moribus præudentium Romanorum rece-
 ptum & factum quodq. habitum est, quodq. non tatum reipub-
 licæ, sed ipsi etiam mulieribus uile sit, & honestum.

¶ Quod ¶ enit Debora iudicauerit populum, singulare & di-
 uinum exemplum, & Prop. hestisæ opus est & mysterium. Et una
 hirundo non facit uer. Ut & maximum spectaculum fuisse Dio
 Cass. ait, li. 60. hist. quod Agrippina uxor secunda Claudii Cæsa-
 ris, Claudio publice quoque de reipública respondenti, aut lega-
 tos audienti, adfuerit. ¶ Notat ¶ & Sibylla ruinæ postremæ se-
 culi, & Antichristi proxime venturi signum, uisus uisæ impe-
 rium & dominationem: dum ait fere in principio 3. lib. Oracu-
 lor. dum dixit ex Sebasta, id est, ex Samaria, (Samariam uam quo
 Herodes nominauit Sebastam) in Iudæa uenturum Antichri-
 stum, Strabo lib. 16. Plin. lib. 5. c. 13.



καὶ τὴν ἀσπίδα... ἰδ est,

Et tunc certe mundus sub manibus mulieris. Ery gubernatus. Et creditus omnino. Quando videlicet vidua totum dominabitur.

10 Hec f. Sibylla cecinit, quae Erythrae vocata, & quae se dicit in suis oraculis iussim a Deo oracula edere & vxorem vnus ex filiis Noe, & c. vna cum illis aeternam vndis in arca diluuii tempore...

11 Cum f. communis sit omnium sententia, male se habere res cum a natura degenerant. Est ordo autem naturalis, mulieres viris subici, & non dominari...

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Et clamor licet, & mare caelo confundas, homo sum & nihil inquam donabis coniuge vendes.

12 Sed f. propius ad rem, nemo ignorat iudicandi munus esse publicum, quippe iudicare de iudic. P. & magistratum publicas esse personas, leg. 1. s. fin. de iust. & iure P. iudicemque publicam

personam dici, §. penult. de iust. iusto, quia & palam publice que copiam sui, egentibus, a mane vsque ad vesperam in tribunali facere debet, §. sed abunt, de iudic. in athen. Exodi. cap. 17. Ut olim & in portis ciuitatum iura redderentur, Deuteron. 16. Amos, 5. Et Senatores aliquando sub dio publice apud Romanos, & apud Athenienses, quibus ideo dicitur iudices Hellestae, ἀπὸ τῆς ἡλίου, a sole, quod soli expositi iudicarent, Demost. contra Timocratem.

13 Ceterum, f. contra mulierum pudicitiam vltimū est viris optimis, eas interesse consortii hominum, L. maritus, C. de procur. leg. 2. de iis qui ve. etat. impet. C. cap. definitus, 18. quast. 2. cap. mulieres, de iudic. in 6. Emil. Prob. in prin. h. s. f. Melius idcirco fiet, si iudicando abstineant.

14 Secundo, f. iudicem oportet esse oculatissimum, in negotiis expertissimum, & in officio constantissimum & inflexibilem, obseruandum, 19. de offi. praef. P. l. respiciendum, de pen. P. Deuteron. 16. & cap. 1. Scriptum enim est, Ecclesiast. ca. 7. Noli querere esse iudex, nisi virtute valeas dirimere iniquitates & extimescas facie potentis, & peras simul in cognitione tua. f. Mulieres vero, facile deceptioni expositae sunt, propter sexus & consilii infirmitatem, leg. 2. §. pen. ad Senat. Velle. P. l. si mulier. C. ad cap. ex parte, de prui. leg. 3. quastum, de aequalit. dot. in athen. nimumq; misericordiae, Aristot. 9. de Animal. & credula.

15 Vi corpus teneris, sic mens infirma puellae: Fortius ingenium suspicor esse viris, Ouidi. in epistol. ad Leand.

Debilis & minus valida in omnibus rebus, & a perfectione speciei decidua, dicuntur forvinae. Dixit & Euripides in Antiope.

ἰδὼν δὲ τὴν γυναῖκα κενὸν ἰγὼς ἀνδρῶς λαλεῖν.

id est, Voluptas quadam est mulieribus, nihil sani inuicem loquit.

16 Omitto f. quod Iurisperiti dicant, eas esse procliuēs ad auaritiā, sed f. ego, 4. ad Senat. Velleia. P. quam vt pestem iudiciorum & reipublicae a iudice abesse procul debere responsum est, Ex. 18. Ecclesiast. 20. l. solet, & l. plebiscito, de offi. praesid. P.

17 Et f. ne plura adiciam, concludo, non quidem mulieres a iudicio dicendo deturbari, quod mente careant, vtrai Paulus, L. cum Praetor, de iudic. P. sed quia moribus ita constitutum sit. Et vt cum Arnobio loquar, lib. 7. con. genr. est in mulieribus sexus fragilitas, quae eas a iudicibus exceptit. Vnde & recte in fragmentis Meanderi dictum est.

Μήποτε λάβης γυναικῶν εἰς συμβουλίας. Nūquam in consilium mulierem admittis.

18 Moribus f. etiam in iure ciuili prohiberi dicuntur iudicare, vel arbitrari ferui, d. l. cum praetor, l. non distinguemus, §. si feruus, de recep. arbi. P. Moribus quippe & lege ferui sunt, & natura moribus, vt captiuitate, venditione, &c. l. hoc iure, de iusti. & iuri. P. cum siml. Aristot. 1. Polit. cap. 4. Natura, vitio, idem d. c. 4. Cic. in Parad. Et quod attinet ad ciuile, ferui pro nullis, l. quod attinet, de reg. iur. habentur & tanquam mortui, intercedis, de cond. & demort. P. Quin & lege Atheniensium cauebatur, ne de libero homine ex solo iudicio ferui, & nisi euidentissimis probationibus iudicium fumeretur, Theophrast. in 1. Emil. Prob. in Themisto. & Pausania.

19 Ad f. feruus pertinent artifices viles, qui determinatam quandam habent seruitutem, vt ait Aristoteles, lib. 1. Polit. cap. sui, & ideo gubernacula reipublicae ex probis moribus illis non deferuntur.

20 Verumtamen l. Barbarius Philippus, de offic. praeto. P. monet, si feruus in magistratum irreperit pro libero habitus, & postquam delectus fuerit, rata esse quae in magistratu, qui datus a populo vel ab imperatore, qui potestatem habent dandi libertatem, gesta fuerint. Sic communis opinio, quod liber fuerit, tanquam a libero gestum, firmat facta per eum, leg. 1. C. de testam. leg. 3. in fin. de supel. leg.

De iudicium & Magistratum distinctione, propter diuersam Dignitatem & potestatem. CAP. 12.

- 1 Corporis partes alia aliis nobiliores, idipsum in reipubl. partibus & curatoribus.
2 Iudicium diuisio, in priuatos & publicos: & horum in eos qui sine & qui cum magistratu sunt.
3 Publica & priuata iudicia qua.
4 Iudicia priuatarum rerum qui olim.

- 5 Arbitri accepti & dati a iudice, qui & a quibus dabantur arbitri seu iudices.
- 6 Magistratus maiores & minores qui: & medii, minimi, & pares & num. 7. 8. & 9.
- 10 Pares iudices qui, & quomodo concursus faciant.
- 11 Tituli dignitatum magistratuum & iudicum, & num. seq. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.

Diversa membra ¶ in vno corpore humano sunt, & alia aliis nobiliora. Sic in corpore Reipublice, alie partes aliis inferiores sunt, alie aliis nobiliores: & ita quibus cura partium corporis eius demandatur, alii aliis præstant, & diuersi gradus dignitates & potestates nanciscuntur.

Iudicum ¶ itaque alii priuati, alii publici: & horum publicorum alii sine magistratu sunt, alii cum magistratu, §. si qui vero, cōstit. Nouell. 53. l. properandum, C. de iud. l. quidam consulebant, de re iudic. P. Magistratus autem in primis illi appellandi sunt, secundū Aristotelem, quibus de quibusdam rebus dicendæ sententiæ, & iudicandi & Imperandi permittitur potestas, Aristote. 4. Polit. Et ut ait Cic. 3. de legib. Videtur magistratus vim esse, ut præsit, præscribat, & vitia & consuetudinem legibus. Magistratum dicit Paulus Iuriconsultus, eum qui maiorem curam & sollicitudinem reipublice præest, impendit, l. quibus 57. de verb. sig. P. Vnde & Fenestella dictū putat Magistrū populi Dictatorem Fenest. lib. de magistratib. ca. 8. Sed proprie apud Romanos magistratus dicebatur, qui a populo potestatem seu imperium accepisset. Et ita non omnes Quæstores, vel Proquæstores erant magistratus, qui ad prouincias regendas mittebantur, sed tantum qui eligebantur a Senatu vel magistratibus pro ordinandis consiliū prouinciis, quo magistratum delecti comites dabantur ut pecaniam attributam acciperent: & nisi Quæstores a populo creati, prouincias deinceps obtinissent, Carol. Sigo. lib. 2. de com. Roman. ca. 2. Ut alii præter eos qui Reipub. gerebant auctoritate populi olim, & nunc auctoritate Regis qui populi potestatem personæ, ex parte videlicet officii, & ex parte eius qui officium concessit. Sic sacra pagina vocat iudices Israelis magistros. Constitutus iudices & magistros in omnibus portis tuis, quas Dominus daturus est tibi, ut iudicent populum in iudicio, Deuter. 16. ca. Ita priuati exercent personæ tunc publicæ nomen, & exuto magistratu priuati iterum dicuntur, Vip. in l. eum qui iudicare, 13. de iurisd. omn. ind. P. Generaliter autem est dicitur, verb. significat magistrari, est moderari, temperare: ut inde, non tantum magistri doctores artium, sed etiam pagorū, societatum, viarum, collegiorum, & equitum, dicuntur: quia omnes illi, magis ceteris possunt. Vnde & magistratus qui ex imperio potentiores sunt, quam priuati. Que vox, inquit duabus significationibus notatur. Nam aut personā ipsam demonstrat, ut cum dicimus, Magistratus iussit: aut honorem, ut cum dicimus, Tertio magistratus datus est.

Omnes ¶ quidem iudices, qui de priuatorum negotiis vel reipublice cognoscunt cum publica auctoritate, reipub. operam dant, l. 1. ut magistratus, 6. iuncta l. 5. preced. ex quib. cau. maso. P. nā & omnes promittunt reipub. saluam fore, l. 1. de magi. conuen. P. Et cunctis dictum, Salus populi suprema lex esto, Cic. de legib. Ceterum harum personarum publicarum rerum alia potestas, alia circa priuatorum causas: vnde priuata iudicia a subiecto, vel a re controerfa dicuntur, in quibus iniuria priuatis illata vindicabatur. Et alia publica, in quibus quæ reipub. illata terminatur, cumque plurius inter est ut vniuersorum. Scribit Dionys. Halicarnass. in 4. antiq. Roman. Tullium regem Romanorum, de regia potestate detraxisse diuinitatem, & quod cum omnes reges priores ad se reuocarent iudicia omnium litium, & cognitionem criminum, tam ad priuatas iniurias, quam ad reipub. pertinentium, ipse separant hęc reipub. se faciens iudicem, priuatorum personarum querelas ad alios relegendo iudices, quibus leges & regulas præscripsit, quas sequerentur in iudiciis.

Ec ¶ fuerunt priuatorum rerum iudices, nec illi tamen priuati, arbitri, centumviri, decemviri, litibus iudicandis præpositi & recuperatores. Publicarum vero, duumviri perduellionis, populi, decuriae iudicum, si credamus Carolo Sigonio, lib. 2. de iure antiquo Romano. ca. 8. In actione priuata, si de iure controerfa erant, dabantur vel arbitri, vel centumviri, vel decemviri: si de factis, recuperatores: si de neutro eorum, edictum interponebatur. Arbitri poterant esse & priuati, accepti & dati potestatem habentibus.

Priuati ¶ sunt, qui sine vlla publica iurisdictione sententiam

ferunt inter volentes, & in contentientes, ut tot. tit. de recept. arbi. in P. & C. de quibus Deo fauente post personas iudicum & administratorum eorum, agitur, non prius: quod arbitria ad similitudinem iudiciorum redacta sunt, l. 1. de recep. arbi. P. & ita necessarium sit iudices, qui formam dant, præscire. Dati arbitri & alii delegati, a iudicibus auctoritatem & iurisdictionem habentibus, constituebantur iudicio. Nam ius dicentis officium, latissimum est, quia & potest bonorum possessionem dare, in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutorem constituere, iudices litigantibus dare in causis delegabilibus, l. 1. de iurisd. omni. ind. P. Et ita iurisdictione quoque, est iudicis dandi licentia, l. 3. §. si. eo. tit. Et qui iudicare iubet, magistratum esse oportet, non priuatum, l. eum qui, eod. nemo enim dat quod non habet, l. si vniuersi, C. de lega. Et priuatorum consensus, qui arbitrum constituere potest, iudicem non facit eum qui nulli præest iudicio, nec quod is statuit, rei iudicæ obtinet auctoritatem, l. priuatorum, 3. C. de iurisd. omni. ind. iudicis quamuis possint prorogare iurisdictionem consentientes, l. 1. C. eod. l. 2. de iudic. in P. Nec ipse procurator Celsus, dare iudices potest, l. 1. C. de pedano. iudic. Et si dederit, sententia ab istiusmodi arbitris prolata, nullo iure subicit, l. 2. si non comp. iudic. C. Magistratus itaque dat iudices in negotiis suis iurisdictione, placet, de ped. iudicib. C. quando per occupationes publicas, vel per negotiorum multitudinem, non potest de omnibus cognoscere, paucis exceptis, leg. 1. qui pro sua iurisd. iudic. dare d. rive poss. C.

Magistratum alii maiores, alii minores, itque vel medii, vel & minimi, §. illud etiam, 1. & §. illo videlicet, de appellat. Et infra quos tempor. app. sit, in auth. §. pen. de non alien. reb. eccl. in auth. & pares: quemadmodum legitur dici maiorem & minorem administrationem magistratum, l. properandum, de iud. C. & Aulus Gellius, lib. 13. cap. 14. ex lib. M. Messalæ de auspiciis patritiorum, au. p. in duas potestates diuisa fuisse dicit, & inde maiores, & minores magistratus. Maiores & maximos dicit, Consules, Prætores, Censores: & minoribus magistratibus, tribus comitiis dari magistratus, sed iustius curiata lege maiores vero, centuriatis comitiis. Maiores etiam dicere possumus magistratus, qui plenissimam habent iurisdictionem: qualis inest Proconsul, ad quem omnium partes, qui Romæ vel quasi magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, perinent. Et ideo maius imperium habet omnibus magistratibus in ea prouincia quæ et assignata est. Vip. in l. si aliquid, 7. §. si. l. 1. de iud. & l. sequen. de offic. proconsul. P. Item & maiores comparatione facta aliorum, quorum non est tam angusta plenaue potestas: qui alii imperant, nec alii superioribus cedunt, ut apud Vip. in l. 3. §. fin. & Paul. l. 4. de recep. arbi. P. Et in l. illo a quo, §. intempertissimum, ad Senat. si. Treb. P. Vocatur & maiores iudices & magistratus, a Bartolo, qui de maioribus rebus & arduis indicant, Bart. in l. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd. P. Et in l. imperium, de iur. omni. iudic. P. & qui maiores infligere possunt pœnas, idem Bart. in l. si qua pœna, num. 4. de pœn. Dicit & posse maiores iudices arbitror eos, qui aliorum & ita minorum rescindere sententias vel confirmare possunt: ad quos prouocatio est, ca. ut debitus honor, de appell. l. posterioribus, de offic. recto. prouin. C. Ita secundum relationis speciem, & aliqui maiores & minores esse possunt aliis, & secundum quid, ut dicunt philosophi.

Vt ¶ iudices prædiales in iis, in quibus non prouocatur ab illis ad curiam supremam, maiores eius causæ sunt: ratione vero criminalium causarum, nisi cum latrunculator cognoscant, & in aliis, in quibus appellatur, minores. Sed & comparatione facta causarum criminalium, & ciuilibus: iudices criminalium maiores erunt, quam qui de ciuilibus cognoscunt: quia criminales maiores sunt ciuilibus, §. si iur. sit. ut omnes, obed. iudic. prouin. in auth. Et maiores quoque ad quos prouocatur, respectu eorum a quibus appellatur: quia semper ad maius tribunal dirigitur prouocatio, l. 1. §. si quis in appellatione, de appell. P. §. illo videlicet, eod. in auth. Et in summa iudex qui præest melioribus & honoratioribus, eo honoratior habetur, §. nos autem, de defens. ciuili. in auth. col. 3.

Minores ¶ itaque intelligemus iudices esse, qui causas minores dirimunt, id est, ciuiles, vsque ad quinquaginta solidos, secundum ius antiquum, in l. 1. eo. C. iure Nouellarum vsque ad trecentos solidos, §. & iudicare, eod. in authen. quorum causas Iustinianus vocat breues, & vilium personarum, §. si tibi, de mand. princip. in authen. & authen. nisi breuiores, de sentent. ex breui. recos. C.

Minimi ¶ porro iudices erunt, qui humiliora & viliora iudicant, paruique momenti & qualitatis, quales pedatii, qui iure appellan-

pellantur pedanei iudices, l. f. c. de pedaneis iudicibus, quia Græcis dicuntur habere cognitionem, *κατά τὸν μῦθον* prope vel fere parum, in consuetudine. Nouell. 52. in princ. Pedani dicitur per metaphoram a pedibus, quod quemadmodum pedes inferiores sunt corporis partes, ita isti inter iudices minimi, & vltimi. Existimant autem Gellius, lib. 3. c. 18. pedaneum iudicem dici barbaram pro pedario. Et pedarios Senatores olim dictos, nondum maioribus honoribus sanctos: qui nondum Magistratum ciuilem gesserant, quia & ii pedibus itarent in curiam. ¶ Pares vero magistratus & iudices dicuntur, qui eiusdem ordinis sunt, vel eiusdem potestatis: de quibus axioma, Parem in parem non habere imperium. d. Lille a quo, §. tempus iurium, ad Senat. I. rebell. In nam magistratus, de recep. arb. P. Nam faciunt concursum in iurisdictione, nisi alter illorum potior sit tempore, l. si pluribus, cum ibi notatis per doct. de leg. 1. c. 1. de offi. lega. notat B. vid. ad l. nullum, ad fin. C. de testibus, Specul. tit. de ref. sup. §. 9. v. si item quod sublatum, Boer. in §. 3. de iuris. omn. iudic. in consuet. Burgund. Et ita pares maiores inter te, & minores & minimi.

¶ Distincti sunt rursus isti ordines iudicum, secundum diuersos titulos quibus honorabantur a Cæsaribus vel a populo. Variatum tamen in illis, & diuersa est sententia: verum autem ne ignorantia historie nostros vulgares interpretes fefellerit, vel certe temporum confusio. Referam tamē eorum sententiam, & quod in probatoribus monumentis melius explicatum patet. Glossa itaque in §. 1. titulo, vt ab illustribus, & qui super eam dignita. sunt, & c. in auth. ad verba, post magnificentissimos, facit 6. gradus vel titulos dignitatis, super illustres, magnificentissimos, illustres, spectabiles, clarissimos, minimos.

¶ Speculator ¶ porro, in 1. par. lib. 1. Part. 1. titu. de iurisd. omn. 12. inds. §. in ducum igitur, censet iudices alios esse maximos, eosque dicit super illustres, spirituales & temporales: vt Summum Pontificem, Imperatorem, Patriarchas, quod super omnes sit. Quod tamen Cyno displicet, in l. 3. vbi Senar. vel cla. P. quod ii supra gradum non in gradu sint. ¶ Alios ¶ deinde de magnos & illustres constituit, & super spectabiles: quales dicit præfectos Prætorio, Orientis & Illyrici, Africae, Vrbis, & Quæstors: & in spiritualibus, Primates, & Metropolitanos.

¶ Alios ¶ medios seu spectabiles, vt Magistrum militum, Proconsulem, Præfectum vigilum, Præfectum Augustalem, Præfectum Aegypti, Vicarium, Ducem, Comitem rerum priuatarum, Comitem Orientis, Episcopum. ¶ Alios autem constituit minimos, & hos clarissimos: vt Præfides: & in spiritualibus, Archidiaconum, & Archiepiscopum. ¶ Alios infimos, quales defensores ciuitatum & locorum, magistratus municipales & pedarios: & in spiritualibus, rectores seu curiones Ecclesiarum. Additque, omnes istos gradus habere merum aut mixtum imperium, exceptis magistratibus municipalibus, & qui eos sequuntur, per l. 1. de offi. pref. urb. P. per l. obseruare, & l. sequi, de offi. proconsul. magistratus, ad municip. P. magistratibus, de iurisd. omn. iud. P. quod iu leuia tractent, §. nos igitur, & §. audientia, de defension. in auth.

¶ Ceterum, ¶ l. 2. vt dignita. ordo seruatur, lib. 12. C. illustres facit primos in honore, qui actum præcesserint, id est, qui & administratione in illa dignitate secundos, qui vacat tertios, eos quibus insignia & tituli administrationis mittuntur, & præfert præfectum prætorio, non quæstorium præfectorio. Iulianus autē in §. 1. Nouell. 71. *κατὰ τὸν μῦθον* id est, magnificos illustres dixit, cum epitheto magnifici, nominat illustres: quod glossæ dedit occasionem erroris, putans aliquos dici magnificentissimos, alios illustres: nominat & ibi clarissimos *κατὰ τὸν μῦθον*, de aliis non meminit. Sicut de illustri & clarissimus tantum dignitate mentio habetur in l. 1. vbi sena. vel cla. C. Verum, in libro qui inscribitur notitia vtriusque imperii, tituli magistratibus alio modo tribuuntur. Nam tripliciter magistratus diuiduntur, in illustres, spectabiles, & clarissimos, illustres dicuntur in imperio Orientis, præfecti prætorio Orientis, & præfecti prætorio Illyrici, magistri militum, præfatales officiorum, Comes largitionum rerum priuatarum.

¶ In ¶ imperio vero Occidentis, præfectus vrbis, præfectus prætorio Italiae, præfectus prætorio Galliarum, Quæstor, & Iulio Materno, Consul. Spectabiles vicarii vrbis Romæ, & alii vicarii, vt Hispaniæ, Britanniarum, septem prouinciarum, quibus suberant correctores, & præfatales: & comes Limitanei, Comes Africae, Duces prouinciarum. Clarissimi præfides prouinciarum & tractatus & correctores qui iurisdictionem habent, vt in Apulia, Calabria, omnesque prouincias consulares regentes. Iulius tamen Maternus in principio sui operis, vocat patricios ac Sena-

tores super illustres. Existimo tamen hos titulos ex arbitrio Cæsarum mutatos, & officia concessa ex eorum nutu, cum dabantur titulis exornata: obseruata titulorum dignitate, secundum meritante gestos honores. Aliosque subinde additos vt perfectissimi titulorum qui loco Clarissimi erant, vt auctor Ammianus Marcellus scribens de Constantino Principe, lib. 21. *Nec sub eo dux quispam cum clarissimatus prouentus est, qui alias perfectissimi dicebantur.* Illa autem perfectissimatus dignitas quibus daretur a principe, docetur in l. vni, de perfectissima dignita. lib. 12. C. titu. 35: Cassiodorus, lib. 6. Variat. explicat formulam illustratus: lib. 7: formulam clarissimatus.

de Imperio Magistratuum in genere. CAP. 13.

- 1 Imperium an omnes magistratus habere dicantur.
- 2 Imperii acceptiones. Et quare imperium merum potestas, & c.
- 3 Imperii diuisio in merum, mixtum, & iurisdictionem.
- 4 Gladii potestas absolute dicitur potestas, quare.
- 5 Merum & mixtum imperium quomodo distinguantur.
- 6 Imperium merum & summum, aliud esse a mero & particeps meri.

Speculator arbitrat, ¶ vt proximo capite dictum est, omnes Magistratus imperium habere, exceptis municipalibus qui merum non habent inquit, & illis qui inferiores eis sunt. Sitamen potestas explicatur imperium, l. potestatis, de ver. signi. P. omnes Magistratus qui habent aliquam potestatem, habebunt aliquod imperium, sine quo explicari iurisdictione concessa nequit, l. f. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 2. de iurisd. omn. iud. P. Vt ideo necessarium sit ad monere, diuerso modo vlti pari imperium. ¶ Nam generaliter imperium accipitur pro potestate, iubendi; auctoritate. Vnde imperium habet in domesticis sibi subditos, pater familias, maritus, in vxorem, pater, in filium: & quilibet in dext. in homines suæ iurisdictionis: Tribunus, in milites: duxque & qui præest exercitui. ¶ Aliquando imperium a potestate separatur, vt apud Cicero, 3. de legib. Imperia, potestates, legationes cum Senatu creuerit populus iussit, ex vrbis exiit. Vt & potestas a Magistratu, in edicto Prætoris, in l. 1. quod quis iur. P. Aliquando imperium pro omni magistratu, vt in lege Cicidem, C. 3. de iusta imperia sunt. Et apud Iulium, in 9. eo animo duo imperia dari ceperat per populum. Et citatur ex Messala apud Gellium, lib. 13. c. 1. *maius imperium a minore rogari non est ius.* ¶ Dicitur & imperium in quo regnatur regnum ipsam, monarchia, dominatio. Quæ cum tam varia sint, potestatis auctoritate diuersa, & conueniente nomine nos quatenus ad iudicandum pertinet, secuti nostros iuriconsultos diuidemus, in summum seu merum, mixtum, & iurisdictionem: videlicet ea in qua & aliquo modo imperium seu iustus quidam sit, vt duo consideremus instrumenta iudiciorum, imperium & iurisdictionem, sic in finitione imperii, latus erit potestatis nomen & generalius, quam imperii, quod est species potestatis. Ita in l. imperium, 3. de iurisd. omn. iud. P. definitur per illud potestatis genus, imperium. ¶ Imperium merum est, habere gladii potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines. Ecce ibi definitum imperium in potestate gladii, eamque potestatem restrictam, vt gladius exerceatur contra facinorosos: vt videas inde excludi potestatem etiam gladii in alios, quam facinorosos, quod etiam, inquit Vlpian. in d. l. imperium, 3. de iur. om. iud. P. potestas appellatur, videlicet *κατὰ τὸν μῦθον*, quia enim maior potestas est animaduertere in corpus, quam de fortunis seu bonis cognoscere, ideo ista potestas animaduertendi, & imperium in corpus, per excellentiam dicitur potestas: non quod omnis potestas in eo consistat, sed quia hæc præcipua & maxima fit in iudiciis, vt cum ius ciuile dicitur absolute, intelligimus Romanorum: cum poetam, apud Græcos Homerum: apud Latinos Virgilium, non quod vnum ius ciuile tantum Romanum sit: quælibet enim ciuitas suum habet, sed quia illud præstâtius: vt plures quidem poetæ sunt, sed illi præcipui, §. sed ius quidem ciuile, de iure natur. apud Iustin. Vocantur & hodie ciuitates liberae nomine potestatis absolute, vt dicunt, *se potestas de Venise, Genes. & c.*

¶ Laborant, ¶ & vix continentur interpretes in mero & mixto imperio declarando, cum tamen verba Vlpiani, in d. l. imperium, clara sint: vt imperium merum sit in sola animaduersione: mixtum autem, ex ea & iurisdictione componatur, quæ de seruata ditione iuris, seu ex legum tenore & ordine iudiciorum fit animaduersione: vt iurisdictione quoque prorogetur ad dicendum ius de criminibus, nempe quia potestas iudicantis & id possit continere, &

de illis quæ animaduersionem habent possit cognoscere. Vt de aliis quoque quæ ciuilia sunt quia & ius dicentis late patet, & alia continet quam criminalium decreta, l. 1. *Imperium, in fi. de iur. omn. iud. P.* Cum enim magistratus legum & iuris executor sit: leges autem, & de causis ciuilibus & criminalibus statuunt, necesse est iuris seu legum dictionem commissam magistratibus, vt eorumque notionem habere, in quantum distributum est magistratibus hoc est, in quantum potestas illis concessa, in l. 2. *post originem, ibi per eos qui iuri dicendo presunt, effectus rei accipitur, & de orig. iur. P.* Bartolus dicit merum imperium dici, quod consistit in his quæ respiciunt publicam vtilitatem principaliter: & mixtum in his quæ respiciunt priuata, *Bart. in d. l. imperium.* Vt merum, quod consistit in mero & libero officio iudicis. Alii dicunt merum versari circa negotia quæ respiciunt personas, mixtum circa alia, quorum & melior videtur sententia: siue de condemnatione, siue de absolueudo agatur, *l. solet, de offic. Proconsul.* Videtur itaq; recte dictam, iubere, cauere prætoriam stipulatione, & in possessionem mittere, magis esse imperii quam iurisdictionis, id est, magis animaduersionem in personam habere, quia persona magis consideratur. Omitto quæ disputat de his Alciatus, lib. 2. Parado. c. 8. Et contra eum Angelus a Sancto Ioanne. Arbitror autem merum imperium, quod est habere gladii potestatem, a mixto differre vel maxime, quia sine iurisdictione possit merum daritad mixtum non fit, nisi cum ea. Et quod non competit merum imperium, nisi ex speciali concessione a lege vel principe facta, nec iure magistratus, *l. subere, cauere de iur. om. iud. P.* Et ita mandata iurisdictione, imperium quod est merum, non videtur mandari: contra quod non est merum, cum sine modica coercitione protrahenda iurisdictione cognitio esse non debeat, *leg. 1. §. fin. de offic. eius cui mand. est iur. P. d. l. solet, de offic. Proconsul.*

7 Iurisdictione ¶ necessitatem cum potestate dicendus accipit, & est potestas de publico, cum necessitate, vt suo loco dicemus paulo post. At imperium merum iuris ordinem non semper sequitur, quando potissimum exercetur ab iis qui nulli subiiciuntur, qui habent merum & summum imperium: contra, si exercetur ab illis quibus a summis & principibus conceditur, qui non nisi ex præscripto, & secundam legem concessionis veniunt gladio: eum tamen qui concedunt, libere vtantur. Vade velim annotari aliud esse habere imperium merum & summum per se, aliud consequi merum imperium, id est, consequi ea quæ a mero imperio & absoluto procedunt: nam Magistratus non habet absolutum, liberum & merum imperium, sed quatenus illis concessum est, & illis merum, pars meri dicitur, pars pro toto. Quia autem principes sunt sine superiore, illi habent liberum & absolutum cum omni potestate. Et hoc indicat gladii tas, de quo pauca monebo: & postea de iis qui liberum habebant, vel aliquatenus liberum.

De Gladii iure, CAP. 14.

- 1 Gladii nomen summam potestatem indicat. Gladius spiritualis, & temporalis.
- 2 Occidendi ius a principe pendet.
- 3 Gladii potestas proprie in bello, & gladius a clado.
- 4 Cingulum quid est in potestatis significatione.
- 5 Gladii honor vel ius potestatis animaduertendi.
- 6 Gladius, in signis & symbolum maioris potestatis.
- 7 Gladius nudatus aliquibus principibus, aliis relictus, cur præferatur.
- 8 Manus regia quid, & quare regis potestas eo nomine appellata.
- 9 Regibus potestas non est omnibus absoluta & libera.
- 10 Regnandi species, & sequenti.
- 11 Tyrannis, regia potestatis electiua.
- 12 Regnum ciuitatis, tanquam patriam, inter domesticos.
- 13 Regnum Barbaricum quod dixit Aristoteles.
- 14 Bæotarchia quid.
- 15 Regum potestas a Deo.
- 16 Romanorum principes in potestate regia vari.

1 Gladii nomen summam ¶ potestatem vitæ & necis continet, supra quæ humana alia maior non sit. Quod apud D. Lucæ, c. 22 Deus Dominus noster Iesus Christus docuit, dum duorum gladio- rum significatione, sufficere dixit duas potestates summam in terra, vnam spiritualem, aliam secularem, c. dilecto filio, de sent. ex com. in Sex. c. quoniam, 10. dist. cap. 1. 2. 3. 9. 8. Gladius spiritualis separat animam a Deo, & a corpore Ecclesiæ temporalis, animam a corpore, t. Reg. 1. Vltor iniquitatum gladius, *Job cap. 19.* & mortem

ultimum omnium remedium habet in subditos. Quare & omnes alie pœnæ appellatione gladii venire possunt, cum ei cui quod plus est, concedatur, & multo magis quod minus est, licere debeat, c. cui licet, de reg. iur. in Sex. Nihil enim habent homines quod pro pœna imponere possint ultra mortem, *Matth. 10. D. Paulus explicat, quid gladius, & cuius potestati cõcedatur, ad Roman. c. 13. c. 1. 2. 3. 9. 8.* [Omnia anima, inquit, potestatis sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo. Quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt, frangere, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori bonis operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem: Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei enim est tibi minister in bonum: si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est & vindex in iram ei qui male agit, &c.] Quæ verba referuntur solum ad principes & Reges, qui exercent pœnas in non obtemperantes & rebelles, ca sunt quedam, 2. 3. 9. 5. cap. post. lasti, 21. de homicid. cap. solus, de ma. & obediens.

¶ Et a quibus solis, vel ab illorum tantum auctoritate, ius necandi legitime hominem, procedit. Et si quis sine illorum iussu gladium arripuerit, & occiderit, ipse necandus est, *cap. 1. 2. 3. 9. 8.* vt contra, eius iussu occidens miles, c. miles, 2. 3. 9. 5. reus non est criminis homicidii, vt habetur in concilio Brachbarensi. Iubebat & reges legitimi, sine cuius notione cui libet quos morte dignos putarent, occidere: vt constat exemplis libri 1. Reg. c. 19. & 22. & lib. 2. Reg. c. 1. & 3. Reg. c. 1. Meminit & Q. Curtius, Alexandrum Magnum mandasse, Eudemium Atheniensem vera monentem, iugulari: & cum id statim factum esset, subiisse penitentiam regem facti, & iussisse sepeperi, *Q. Curtius, lib. 3. de gest. Alex.*

¶ Iussitque ¶ Moses princeps populi occididole latras subito ab vno quoque proximorum, *Exod. 31.* Et proprie gladii potestas dicitur esse in prælio committendo, & gladius mutata litera cum a clade formari videtur, & ab hominum strage quæ per instrumentum gladii fit, secundum Varonem, *lib. 4. de ling. Lat.* Neque antea milites gladium cingebant, quam essent exiuri in bellum & pugnaturi: quo tempore instante periculo mortis, priuilegium testamentum militate fieri dicebatur in prociectu, *Aul. Gell. lib. 15. cap. 27. §. 1. de sect. amen. ordin.* ¶ Idemque dictum est in prociectu versari, & inter pericula esse, in l. 1. de bono. pos. ex testa. *mir. P.* Et cingulum pro ense qui in cingulo pendet, secundum aliquos, in l. si. de præp. fac. cubic. lib. 12. C. tit. 5. Et pro insigni militari, vt in l. penultima, C. de pact. l. si quis in contribuendo, C. de epis. & cle. Iudicibus quoque dicitur esse cingulum, *f. rian & vt verius est, propter eam illis concessam animaduertendi facultatem: quare in illis dicitur parua vel magna cingula, pro maioris & minoris potestate gladii: & exercitatos iudices in magnis cingulis, §. vetus igitur, de iudic. & vt nullatenus cum iure in elig. l. 2. vt ordo dig. ser. lib. 12. C. tit. 8. homines. 9. de met. eo. lib. 12. tit. 4. 1. Ita Lampyrius scribit in vita Alexandri Cæsaris, eum nunquam honoris iuris vel gladii vendidisse: dicentem, necessarium esse, vt qui emit vendat.*

¶ Scribit & Dio, Octauium Cæsarem, pro prætoribus suis qui loco suo per annum & amplius quantum illi placeret, imperaret: in suis prouinciis concessisse, vt militarem habitum gestaret, gladiumque & ius capite plectendi milites haberent. Neque enim vlli proconsuli aut prætori præfectoue licuisset se gladio accingere, quo ipso necandi milites ius adimebatur. Nam & Senatoribus & equitibus, quibus alterum concedebatur, alterum quoque aderat. Meminit, & hujus cõcessionis iuris gladii feredi Xiphilinus, ex Dione, in Domitia. dum scribit Parthenium eubicularium Domitiani, & interfectore, a Domitiano magno honore feredi gladii donatum. Item Herodianus, lib. 3. histo. refert, Senecum Imperatorem supra Romanæ ditionis homines, in Plautianum præfectum cohortibus maximis honores contulisse. Si quidem, inquit, perpetuo latum clauum habebat, atque in secundis consularibus inueniebatur, semel præterea gestabat, ceteraque omnia supremæ dignitatis insignia.

¶ Igitur ¶ insigne magnæ potestatis gladius erat, & ideo ex ore Dei procedere dicitur gladius magnus, c. 1. & 19. Apocal. quia & maxima & suprema eius potestas. Rex enim is regu & Dominus dominantiu, cui imperium mortis & vitæ. Basanus rex 6. Sicambrorum, qui & postea Franci dicti, quocunq; pergeret sibi funem præferri iussit & gladium in signum iustitiæ manifestum, quæ vsq; adeo ex sequebatur rigide, vt neq; proprio filio, vel fratri pepercit, vel alii qui contra legem equitatis, quam posuerat, deliquisset. Is enim

Is enim S. damum filium de ad alterio accusatum, propria manu, nullo habito respectu procerum intercedendum, ex lege capite trancavit, dicens: non ego te filii occido, sed lex patria. *Triemi. lib. 1. breuiarii hifor. Franc. in 6. rege Basano. vnde & dicitur Iulius. Dū oblatatus est imperator Aulus Vitellius, & circumferretur a militibus per celeberrimos vicos, districtus seu nudatus gladius Iulii Cælaris, detractus a delubro Martis, ei potrectus in prima congratulatione fertur a Suetonio Tranq. in *Vitel. c. 8.* Et olim qui se Regum clientelæ debebat, tacto gladii capite obsequium polliceri solebant. *Saxo. Gramm. lib. 2. hifor.**

7 Cuius autem quibusdam principibus præfertur gladius nudatus, aliis reclusus vagina, videtur indicare Egnatius. *B. Apr. Egn. lib. 2. exemplo Veneto.* his verbis, *Reges & principes præferri sibi nudum enses iubent, suprema sua potestatis augmentum quasi aliena sententia non egeant. At Daces & rectorum vagina videlicet aurea reclusum pons gerunt: ut nec celeritatem ad v'ciscenda facinora præmaturam signifi-ent, nec sui arbitrii penitus esse totam Rempubl. sed subsequens Senatorio ordinis summam esse potestatem, quod etiam Consulum Romanorum præligati fasces denotabunt.* Sed et licitores qui gladio & securi occiderent ipsos Reges præcedebant, qui hanc illis inesse potestatem significarent. Sic enim Romulus dæodecim accepit licitores seu catulices, quillum præcederent more Ethæulcorū, apud quos, quia ex duodecim populis Rex crearetur, singuli singulos licitores dabant Regi, utpote potestatem suam gladio in eū conferentes liberam, tanquam insignia regia. *Liv. in 1. ab v'be condita. Dio. Halic. in 3.* Memorabile est quod narat *Q. Curtius*, augurium certissimi num mutationis futuræ regni Perlarum, ex gladio prænuntiatum. *Recensebant, inquit, Curt. lib. 3. de gest. Alex. an. Darium in principio imperii vaginam acinacis persicam ussisse mutari in eam formam qua Græci videntur. proinusq. Chaldaeos interpretatos, imperium Perlarum ad eos transiurum quorum arma esset imitatus.*

8 D. cta fuit & hæc Regum potestas, & imperium merum & summum aliquando manus regia a Pomponio, in *l. 2. in princip. & quod ad magistratus pertinet, de orig. iur. P. M.* iulque pro potestate plena accipitur: ut in manu domini dicebatur esse servus, *l. 4. de iusti. & iur. P. l. de iis qui sunt sui vel al. iur. P. cum similib.* Et inter prælaga & signa imperii aduenturi Vespasiano, illud adiciat: quod illo præente quondam canis extraneus triclinio manum humanam intalit, *Suet. in Vespas. c. 5.* Sicque dictum ab Ouidio, in Epistolis.

An nescis longas Regibus esse manus?
Hincque factum aliquando, ut si. l. s. regibus extra manicas manus proferre liceret, aliis nequaquam anteregem consentientibus, Quod planum est ex Xenophonte dum scribit, *lib. 2. rer. Græcar.* Cyrum occidisse Ant. sibilacem & Mureum filios Dariæ sororis Xerxi, patris Darii, hæc ob causam, quod sibi occurrentes manus intra manicam non contaxerant, quod regi ioli fieri soleret. Est enim manica quam manus longior, & cum quis manum intra eam continet, facere omnino nihil potest. Sic & surpauit manum pro potestate Seneca poeta, in *Thyeste.*

9 Sciendum tamen est, non omnibus regibus liberam fuisse manus, nec potestatem ex eorum arbitrio solo peadere: sed & gladium quosdam cum aliorum auxilio mouere & exercere, quæ admodum nec vons, neque absolutus fuit modus reges constituendi. Nam quidam cum potestate limitata imperia & regna a populo accipiebant: quidam absolute, ut obseruatum videbimus apud Aristotelem, *lib. 5. Poli. ca. 10. & 11.* Vt in Lacedæmoniorum Repub. Rex videbatur constitutus secundum leges: nec enim habebat omnium potestatem, sed cum egrediebatur extra regionē, imperium eorum, quæ ad bellum pertinebat. Et hæc inquit Aristoteles, tamen regia potestas absoluta, quasi auctoritatem belli perpetuam habebat: vitæ autem necisque alicuius non habebat potestatem, nisi dum bellum gerebat. Vt etiã apud antiquos obtinuisse ostendit Homerus. Nam Agamemnon in cõcionibus maledictis & iurgis vexabatur: sed cum a concione in prælium redierat, occidendi habebat potestatem.

10 Et hæc constituit primam speciem regni. Alterã dixit similem illi, quæ erat tempore heronum: volentium scilicet subditorum, & in determinatis rebus. Dux enim belli & iudex controuerfariarum, erat Rex, & dominus caremoniarum erga Deum.

11 Erant t̄ & tres species Regiæ potestatis, quæ dicebatur apud Græcos, apud quos erat frequens Alymnæcia, electiua Tyrannis, potestas regia data ad tempus, quæ vel ad vitam eius cui daba-

tur, aut alio tempore præfinito, vel rebus gestis finiebatur. Quæ fertur electus a Mylenis Pittachus aduersus exules. ¶ Quarta, vnius qui dominatur, in ciuitate, ad instar gubernatoris domus, quæ omnes superiores continet, excepta postrema. *Dio. Halic. in 5.* Vt autem idem Aristoteles aliam quintam potestatem regiam barbaricam, eam videlicet penes quam est auctoritas regni non omnibus perpetua, quæ vel ex genere, vel ex electione ad regem accedit. Vnde *ἀνοκρατορικὴ* & arbitrii proprii regnum, & plerum imperium. *Num autem optimum sit, an concedere omnē dominationē, disputat Aristotele præd. lib. 3. Poli. c. 11. & 12.* Cuius generis non erant reges Spartiarum, qui non erant sui arbitrii, ut quicquid vellent facerent: sed S-natus erat potestas in negotiis ad reprob. pertinentibus. *Dio Halic. lib. 2. antiquit.* Imo licebat cuius magistratum ex Ephoris legibus regem in vincula conicere, ut in Pausania factum Æmilius Probus narrat, in *Pausania. vita. & Thucyd. in 1.* Sicque Plato scribit, *3. de le.* Ephorum potestatem, tanquam frænum iniectum fuisse imperio. Et *Cicero, 3. de legib. plura de E. horum potestate. Aristo. lib. 2. Poli. cap. 7.* *Non sine causa, inquit, Ephori Lacedæmonii obiecti sunt regibus, nec non apud nos Consulibus Tribuni. Carthagine, quotaianis reges bini creabantur, Emil. Pro. in vita Hannibal.*

¶ Apud Thæbas, præfinitum tempus imperii lege, quæ & 14 capite multabat eum qui diutius imperium retinisset, idem in *Evagrin. Pluta. in Prob. regum, in Poli. & in vita Pelopi. Ælia. lib. 13. de var. hifor.* vocabant Bæotarchiam. ¶ In nostra Gallia Rex voster *ἀνοκράτορ* est, & monarcha absolute plene & sui arbitrii, *o. per venerabilem qui fil. sint legit.* quod testatur titulus quo se extornat, *Dei gratia Francorum Rex.* a nemine alio quam a Deo potestatem se accipere ostendens. *ad Roma. c. 13.* Quia vera potestas etiam regum a Deo est. Quod & Homerus ostendit, *Ilia. 1.*

*μήτε σὺ πηλείδ' ἴδεν' ἐπιζήμεναί βασιλῆϊ
Ἄντιβίλῳ ἐπεί ποτ' ἴμοις ἐμμορατῆμῖς
χρῆται, βασιλεύς ᾧ τε ζῆν κῆδ' ἰδῶναι.*

Id est,
*Nq. tu cum Pelide rege velis contendere,
Qua nunquam similem sortitus est honorem
Sceptifer Rex, cui q. ppter honorem dedit.*

¶ Eructum idem Hæmerus, idem *Ilia. 2.*
*Θυμὸς δὲ μῆλας ἐστὶ δουροπόλος βασιλῆϊ.
Τῆν δ' ἐν δῖος ἐστὶ πηλείδ' αὐ μῆστια ζῆν.*

Id est,
*Ira magna est a Ioue nutriti regis.
Honor autem ex Ioue est: diligit enim sapiens Iupiter.*

¶ Et paulo post,
*ἢ ἀγαθὸν πρὸς ἀνοκράτην. εἰς κοίραν ἔισο,
εἰς βασιλεύς ᾧ ἔδωκε νόβη παῖς ἀγχιλομῆτα
συνπατῆρ' ἴδεν' ἔμμορα, ἢ αὐτοῖσι βασιλεύς.* id est,
*N. bonum est m' a totum principatus, vnius sit princeps.
Vnus Rex, cui dederit filius Saturni obliqua consilia habenti,
Sceptrumq. & iura, ut ipsi dominetur.*

¶ Ceterum t̄ in Republ. Romanorum, in potestate principali variat im est, & aliquando maior, aliquando minor: fua cõpia mutata sepius forma Reipubl. Nam ab initio, vrbe condita, Romulus, ut scribit Dionys. *Halicarnas. in 2.* cum leges, iura & officia Regi, & Senatus, populi que conscriberet, Regi adscripsit munera, ut sacra curaret, & sacrificia & quæ ad placandum Deum per eum gererentur: ut legum & morum patiorum haberet custodiam, de iniuriis grauissimas causas decerneret, Senatim egeret, populum in concionem prouocaret, primus sententiam diceret, quod placibus placuisset ratum haberet: & præterea, summum in bello imperium, quod significat imperium illud merum gladii liberi, quod iurisdictionem non e considerat. Siquidem iam de dicend. iure, de iniuriis, & de aliis locutus erat *Halicarnasus*, cum de hoc iure imperii subiicit. Aliud tamen in imperio Consulium, Censorum, Dictatorum, & Cæsarum postea decretum. De quibus pauca dicamus. De principibus & eorum imperio legitimo & illegitimo, iam etiam dictum est, *lib. 18. Sytagm. cap. 1. & 2.*

De Imperio & potestate Consulium Romanorum. CAP. 15

Lib. 1. P. tit. 10. Lib. 2. C. tit. 3. Nouell. Constit. c. 5.
1 Consules in locum exacti regis Romanorum creati, & in quo dicitur mutata in illos regis potestas.
Quare Consules & Hippiti dicitur. 2.

- 3 Consules in quotuplici differentia.
- 4 Consules iustitia in iure qui.
- 5 Consulatus maius quam Prætoris imperium. Et qui consularis iudices.
- 6 Exconsules, & exconsularis dignitas.
- 7 Consules aut ordinati, aut suffecti designati, & nu. 11. & 12.
- 8 Consules ex patribus præmum, deinde ex plebeis creati.
- 9 Consules a populo in comitiis creati.
- 10 Consulatum nec potere nec gerere licebat, priusquam quis certos alios magistratus gessisset, & esset ciuis.
- 11 Designatorum Consulatum auctoritas & potestas, & 14.
- 12 Atamumissiones cur Consules initio Consulatus expediti, & numer. 20.
- 13 Massilia Consulibus prohibita largiri.
- 14 Consulatum petebant tantum præsentes, non absentes.
- 15 Consulatum virili potestas & officia.
- 16 Consulatum duorum quis honoratior esset.
- 17 Consulatus potestas quando paulatim lapsa est a gradu.
- 18 Rerum publicarum, etates, morbi, interitus, & resolutio.
- 19 Romanorum Respubl. quomodo & quomodo variaverit.
- 20 Imperium seu gubernatio vniuersi meliorne quam plerumque.
- 21 Principatum vniuersi que videntur deire, & solutiones.
- 22 Decurionum civitatum quorundam fastus & insolentia.
- 23 Rex malus vnus melior, quam plures magistratus, imperantes per vices populo.

Regam imperium graue & visum est, & vniuersi dominatio displicuit populo Romano, vt ait Liuius. in 2. Quare exactis regibus & monarchia dominatione loco Regis Consules creati sunt, idem eod. Nos de consulis lib. 18. Syntag. cap. 3. Quibus tamen Regia potestas non est concessa omnino. Nam illud imperium & annuum factum est, & diminutum, factumque cum securibus alligati illis prælati: quia non plena potestatis, nec poterant in caput ciuis Romani animaduertere in ius populi, data tantum potestate in illos coercendi, & in carcerem mittendi, l. 2. §. ex altis deinde regibus, de orig. iur. P. Et extra urbem securi alios percutiendi. Adempta Consulibus ex regio saltu, toga picta, purpurea, & corona aurea tantum, Dio. Halic. in 3. *supra* hos magistratus siue *apud* dicitur dixit populus seu consules: qui & postea dicti Græcis, quia præcellerunt & essent summi magistratus *uocati*: quos oportet ex Senatus consilio, quem admodum mos erat Regibus, decernere, Senatus placita referre ad populum, idem lib. 4. *Liuius* in 2. Erantque in consilio a Senatu capiendi & in statuendo nomen eorum accommodatum. Nam, vt ait Sextus Pompeius Festus, in libris de verb. sig. [Consulas antiqui ponebant non tantum, pro consilium petas, & perconcleris, sed etiam pro iudices, & status.] Et maxime potestas itatuendi in illis que foris gerebantur, quia in urbe reipublicam curam gerebat Senatus; qui tamen in rebus difficilissimis iubeat ipsos Consules videre, ne quid detrimenti respublice caperet. Hoc & attigit Quintilianus, lib. 1. *Instit. orato.* Loquimur porro hic, de Consulibus in locum Regum subrogatis Romæ primum, non de aliis qui quadam similitudine idiplum nomē habuerunt: quos ne confundamus, cauendum est.

Idque ne fiat, qui sint alii indicabo leniter, & distinguam Consules, in veros, de quibus hic præcipue, & in alios qui similitudine quadam consules dicuntur. Item in alios qui consulares, non Consules appellauerunt. Similitudo consulum hodie nominetentus Romæ vix apparet. Referunt tamen quidam Lucium 3. Sum. Pont. 177. aliquando anno sui pontificatus 4. mente 2. die 18. ab urbe detectum, eo quod Consulatum nomen abolere adhibebatur. Inperatorum & declinantis etiam imperii tempore, vltra Consules annuos, erant Consules codicillares nomine tantum, sed cum dignitate qua donabatur ab Imperatoribus. Vt legimus Clodoneum regem Fræcorum, viro rege Gotthorum Alarico, ab Anastasio Imperatore accepisse Consularem dignitatis codicillos, & Turoni in basilica Beati Martini blatha vel trabea indurum & chlamyde, impositumque diadema eius vertici, vt ea die facta largitione Consul & Augustus sit nominatus, Greg. Turon. lib. 2. *histo. Franc. cap. 38.* Solebant enim Cæsares, etiam cum libuisset Consulatum gerere, §. *fin. de eo Consi. in athen.* vt auram popularem sub specie Magistratus Democratici captarent, cum tamen imperium ex arbitrio regerent non obstantibus collegis: nihil enim collegæ aut parua gerebant sine Cæsaribus: vt annotatum est in Iulii Cæsaris cum M. Bibulo consulatum. Cum enim omnia voluntate sua gereret Cæsar, quidam petiochum di-

cebant, non Cæsare & Bibulo Cons. sed Iulio, & Cæsare Cons. facti, bis eum scribentes nomine & cognomine, pro duobus Proderuntque de hoc versiculi vulgo.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est:

Nam Bibulo siens Consule, nil memini, Suet. Tranquil. in Iulio Cæsa. cap. 20.

Nominantur & alicubi in iure Pontificio, Consules iustitiae, aliqui annui administratores oppidorum seu municipiorum curatores, c. *licet ex suscepto. cap. 10. de fo. compet.* quales etiam dicuntur Cadurci, qui ciuitati singulis annis in principio mensis Maii præficiuntur: Parisiis dicti Eichenini: Tholosa, Capitolini: Burdegala, Iurati, & alibi aliis nominibus. Quibus imperium vel potestas permittitur, iuxta leges municipales a principe comprobata, vt in *magistratus ad municipia. P. magistratus, de iurisd. omn. iudic.*

Consulares & iudices erant alii, quam Consules. Nunquam enim Consules iudices, sed Prætores olim dicti sunt, vt ait Liuius, lib. 3. de cap. 1. quamquam post Prætores introductos maius fuerit Consulibus, quam Prætoris imperium, *Gell. lib. 13. cap. 14. & 15.* Consulares itaque iudices erant, qui aliquando Contules fuerat, vel qui cum Consulati potestate mitterentur. Sic scribit Spartianus. *Elus Sparta. in Adriano.* Adrianum Consulares iudices quatuor per omnem Italiam constituisse. Et ita etiam Consulares a Consulibus, qui in dignitate, seu qui Consulatum gerunt acti, distinxit Vlpianus, in *l. si de recept. arbit. P.* Mitis & læpe in prouincias administrandas Consulares viros legimus, alios tamē quam Consules, quibus imperii Romani summa olim primum delata potestas.

Erant & Exconsules, qui Consularem quidem dignitatem habebant, sed administratione carerent & commodis. Vnde erat & dignitas Exconsularis moderatoris prouinciarum, concessa Fiscis aduocato post biennium, in *l. petitioni. C. de aduocat. diuers. iudicio.* Erat & formula Exconsularitatis, de qua Cassiodorus, in *6. Variar.* Erant & Exconsules, qui desiderant esse Contules, vt Expræfecti, Exquæstores dicti: Consulares & viri, qui prouincias Consulares regerent.

Verorum & tamen Consulium, quidam ordinati, & quidam suffecti in locum deficiarium dicebantur: alii designati, scilicet in futurum annum. Creabatur & portio vel ordinabantur Consules primum ex patribus & patriciis solum, non ex plebe: quo factum est, vt creati fuerint Tribuni militum, partim ex plebe, partim ex Patribus cum Consulati potestate, quo tempore plebs contendit cum patribus, & voluit quoque ex suo corpore Consules creare, & patres reculare, *leg. 2. §. deinde cum post aliquot. de orig. iur. P. Liuius in 4. §. 6. de eor. tribuno. nu. & creat.* Vt etiam post multas contentiones necessarium fuit, Tribunum plebis constitutere, qui a plebe eligeretur, qui obisteret imperio consulum. Et ob id hæc ad inuicem dignitates Consularem, & Tribunatus, maiore inter se contentione ac furore triburgari cæptæ a Senatu populoque Romano, vt scribit Appianus Alexandrinus, lib. 1. *tello c. mil.* Deinde lege Licinii Stolonis, ex plebe etiam creati cepti sunt, *Vide Liuium & Feneft. lib. de magistrat. cap. 7. de Soloris iuge hac. Gell. lib. 17. ca. 21. lib. 2. §. deinde cum placuisset. de orig. iur. P.*

Creabantur & Consules a populi suffragiis in comitiis centuriatis auspiciis maioribus. Et primum quidem, exactis regibus, Iunius Brutus qui curam habebat factorum, & ius committenda agendi, congregauit populum, regauitque, iuberet ne exsultare Tarquinium cum vxore eius & liberis: quæ ubi approbata fuit suffragiis ciuium rogatio, Inter regem creauit qui designaret Magistratus populi, qui nominatur Magistratus designandos in locum regum cum comitiis & suffragiis populi, vt recenset Dionysius. *Hæcarn. lib. 4. Antiq. Roman.* Centuriatis quoque comitiis Consules, vt maiores Magistratus rogari, tradit Gellius, *Aul. Gell. lib. 13. c. 13. & 14. Liuius lib. 8. Decad. 4.*

Lexque & dicta, & multis temporibus seruata nisi per gradus magistratum gestorum, consulatum peti posse, alioquin a tribuno plebis a petitione reiciebantur, vt ex Liuius constat, *Liuius lib. 2. Dec. 4. ubi. Tribuni plebis. T. Quintianus Flaminium Consulatum.* Et Nam post Quæstura sequebatur Ædilitas, deinde Prætura, postea Consulatus: sed ita vt inter omnes illos Magistratus biennium interesset. Non potuit esse Consul qui ciuis non esset etiam in Latio nauis: donec per itea & exteri tales facti sunt, a tempore Balbi Corneli maioris, *Plin. lib. 7. histor. nat. c. 44.*

Et ex his forma eligendi pendere videatur, nam tales esse debebant qui petebant Consulatum secundum communem ius, vt gradus

gradus Magistratum percurrissent. Et ita in comitiis centuriatis in campo Martio habitis, & interduo altero Consulium comitia habente, petebant. Consules vero de futuris designandis comitiis rogabant. Quod si vnus pendente anno moriebatur, vel vitio creatus diceretur collega superstes, de collega sufficiendo rogabat. Vt quoque mortuo per Interregem nouorum Consulium creandorum causa, comitia habebatur. Vbi vero Consules propter bellum adesse non poterant, Dictatorem dicebant qui comitia consularia haberet, *meminit de his Livius, in 9. ubi, Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, &c.*

12 ¶ Duo tantum eligebantur non plures ab initio, *Liv. ex Dio. Halic. in 4. nec pauciores.* Et vno demortuo alias in locum eius subrogabatur. Et exegit aliquando Augustus Cæsar, quoties sibi Consulatus daretur, vt binos pro singulis collegis haberet, quod non obtinuit reclamantibus cunctis, satis maiestate eius immuni, quod eum honorem, non solus, sed et cum altero gereret, *Sueton. Tranquil. in August. c. 37.* Erant Consules duo annui, & si loco mortis vel alio modo amouebantur, qui in locum sufficiebatur, eius anni quoque Consules dicebantur. Erant & designati, qui creabantur in sequentem annum, vt ait Flavius Vopiscus, illique duo ex prisco more quæ iam ex designatione velati inter Consules creabantur, cedebat tamen administrantibus, ad cum aliqua res relata esset ad Senatium, Consules qui præsidebant primum designatos Consules super ea re sententiam rogabant, ac deinceps ceteros Senatores. Designatos, Calendis Martii, & vt pleiurimique Calen. Ianuarii in illis consularium tradunt historiographi, & non sicut in consensu consentiunt, *litem veniunt, 2. §. præter hec. & vide ibi gloss. in verb. Consules, de p. hered. P. l. Publius Menius, de condit. & demonstrat. P. §. hoc omnia, de Consulib. in Authen. quamuis perpetuo id seruatum non fuerit. Nam scribit Dion. Hal. in 9.*

13 ¶ Spurius ¶ Seruilius, & A. Virginius, Sextili mense consularium in illis: & Posthumiam Cominiam, & Spur. Cassium Calendis Septembris, *idem lib. 6. alii inierunt 5. Decembris, alii Idibus Martii.* Fuit autem in introductum, vt Calendis Ianuarii iniretur consularium circa sexcentisimum annum ab vrbe condita, vt comitiis potest, *ex lib. 3. Livii, Decad. 5. ex Dion. & ex epist. Cicer. ad Attic. sed vide Plutarch. in Problem. dum de Ianuarii mense ait.* Fiebat vero ante perpetuo designatio, vt sciretur qui futuri essent Consules. Sicque indicat Cicero pro Flacco, *Cum, inquit, bellam iam gerente Cæsaribus, omnes me auctore duos Consules Calen. Ianuarii scirent, esse oportere.* Porro varietas temporis in eandem consularium, refertur ad seditiones, aliaque causas quibus comitia impediebantur. Et vigente quoque necessitate, & die quo creabantur, inibant, *Livius in 9.*

14 ¶ Tempore ¶ etiam imperii prævalentis dominationis populari designabantur Consules in varios menses & pro libidine Cæsarem plures. Sic apud Corn. Tacitum, *lib. 17. Ordo Consulium Titiano siare, in Calen. Martii designatus: ipse proximos menses Virginius designat, vt aliquod exercitum Germanico delinquentium: iungitur Virginius Pompeius Vopiscus, præterea veteris amicitia, &c.* Et tradit Lampidius sub Commodio 35. Consules designatos. Ita in anno sequenti tot Consules exercebant, quod designati: nam designati veri Consules erant, & ius habebant, quamuis non adhuc illud exercerent. Sicut de iudicibus, alisque electis dicitur, eos iurisisdictionem habere, quamuis non habebant adhuc exercitium, *l. in quibus ex cau. maior. in integ. rest. C. gl. i. in l. primorum, C. de iurisdict. omnium iud.* Ceterum, duo viri constituti Consules exemplo Lacedæmonum, quod minus iniuriis & molestis putarentur diuisa potestate bifariam, ambobus eandem vim obtinentibus, vtque alter alterum reuereretur & reuocaretur a licentia: & quia æmulatione ad virtutis opinionem ex æquata potestate maxime nascatur. Non dabatur illis corona, sceptrum, nec toga regia auro & purpura intexta, nisi in festis & pompis triumphalibus affumerentur, vt ait Dionys. Halicarn. in 4. honoris Dei causa. Dabatur autem sella eburnea in qua ius dicerent, prætexa candida, duodecim securæ, cum duodecim licitoribus, qui eas per vias preferrent. Addit Cassiodorus in 6. *Varia. c. 1. vide l. 1. de Consulib. l. 2. C. §. in eo. in Authen. palmatam vestem, calceos aureos, sellam curulem.* Refert Flavius Vopiscus præter palmatam vestem, datum fuisse fascem & baculum Consulibus, & alia quadam, de quibus vide apud eum, in Aureliano: & late de omnibus Wolphgangum Lazium, *lib. 9. comment. Reip. Roman. c. 4.* Ausonium, in gratiarum actione pro consulari ad Gratianum: Sidonium Apoll. *lib. 8. epist. epist. ad Siegrum 3. & 8. Ouid. Fast. 1. 161.*

Imag. noui præeunt. fascies, noua purpura fulget, &c.

¶ Fuit ¶ & mos in initio consularium, seruos manumittendi. Quia 15 Iunius Brutus primus libertatis assertor, ob detestam prodicionem per Vindicem seruum Vitelliorum, eundem manumisit, *Liv. in 2. Plutarch. in Problem. Pomp. in l. 2. §. mittum successione, de orig. iur. P.* Hanc manumittendi initio magistratus consuetudinem, tradit Cassiodorus in formula consularium, *Cas. lib. 6. Variar. in for. consul. c. 1.* Atque Ammian. Marcell. eas manumissiones factas Calendis Ianuarii, *Ammian. Marcell. lib. 22. Facti l. pridie Calendis, de feriis, in P.* Et carmine Claudianus in 4. *Honoris consularium, sic explicat,*

*Aspice mox latum soluit clamore tribunal,
Te festos inuente quater solemn. a. iudis
Omnia libertas: deductum Vindicæ morem
Lex celebrat. famuloq. iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ilu:
Tristis conditio pulsat fronte recedit,
In suum rubuere gena, tergoq. remouit
Verbera, promissis felix iniuria voti &c.*

¶ Fiebant ¶ largitiones in initio huius Magistratus, per Consulium, & quidem prodigæ missilium nomine. Sed postea missilia illa prohibita fuerunt toto iure de Consul. & non sparg. ab his pec. *Sc. lib. 12. Cui. de Consulib. in Authen.* ¶ Non ¶ dabatur hæc dignitas nisi

17 præsentibus & petentibus per seipsos, non enim licebat absentibus per amicos petere, ex lege, vt ait Appianus Alex. *lib. 2. bello civil. Alia lege non nisi cuius creabatur, quæ, vt dixi ante, abrogata fuit, vt & antiqua quam recitari iussit Q. Fabius recusans consularium, qua intra decem annos, eundem Consulatum refici non liceret, Liv. lib. 10. Fior. in libris 50. & 56. Epit.* Nam ea non fuit perpetuo seruata ob penuriam hominum, vel quod hominibus illis qui reuoluerentur, tum maxime Republica egeret. Consularis ætas erat olim annus 43. *Cit. 1. Orat. con. Antonium.* Vlpianus autem & posse accedere ait, vt minor sit 20. annis, *Vlpian. in l. vn. §. fin. de offi. Consul. lib. 1. P. tit. 10.* Antiquus Consul hæc formula nunc denuntiabat. *Quod bonum factum felix fortunatumque mihi Magistratumq. meo. populo plebiq. Romana, L. Licinium Consulium denuntio, Cic. pro Mure.* Iurabant noni Consules imprecatione & conceptis verbis, quibus caput suum domumque suam, si scienter fe-

18 fellissent, idolorum, quæ putabant Deos, iræ consecrarent. ¶ Cuius ¶ iuramenti forma integra exstat apud Polybium, in 3. & Plutarchum in Sylla. Cuius essent potestatis, & finis eius Magistratus, notum est ex eo, quod monui, Consules in locum Regiæ auctoritatis, quibusdam tamen ademptis, sufficere: vt merito dicantur tutores anni Reipublicæ publici consilii principes, amplissima potestas Consularium. *Cicer. contra Rullum.* & vt idem Cicero pro Plancio dicit, *honorum populis finis est Consularium.* Polybius notat Consules habuisse prope potestatem regiam, non autem tantum absolute. Illud enim, ne imperium esset merum & summum prohibebat, quod populus sibi potestatem retinuerat: & cuius Magistratus, siquidem Tribunus plebis erat Magistratus, vt vocat. & Iustin. in §. plebis scitum, de iure natur. dubitat. *Plutarch. in Probl. iurare poterat duci Consulium in carcerem.* Sicut quidam colligunt ex verbis Ciceronis in Oratione Agraria contra Rullum, *Ego is Consul, qui concionem metuanam? qui Tribunum plebis perhorrescam? qui sepe & sine causa sumulauer? qui remeam ne mihi in carcere inhabitandum, si Tribunus plebis ducem iussisset? &c.* Livius iura omnia regie potestatis & insignia primos Consules tenuisse ait, *Liv. in 2. idque tantum modo cautum, ne si fasces habuissent duplicatos, duplicatus terror videretur.* Fas erat illis, quotiescunque visum esset, Senatium habere: sed exercitum scribere, legiones supplere, naues reficere, earumque numerum augere, loca publica edificare, instaurare, atque alia huiusmodi iniussu Senatibus facere, eis interdictum erat. De his & Polybius *lib. 6. ita scribit, Consules Roma presentes, antequam exercitus educantur, omnium publicarum actionum potestate fungantur. is reliqui principes cuncti subiciuntur & obediunt, præter Tribunos plebis: illi in Senatium legationes ducunt, & arguentia negotia preferunt, & totum negotium ipsi exsequuntur: illorum est conuocare concionem, præferre edicta, ea qua a pluribus decreta sunt, dispensare. Deniq. & bellium apparatus ad eos pertinet, atque vniuersa qua sub celo est æconomia prope imperatoriam ac regiam habet potestatem, &c.* ¶ Par ¶ ambob. Consulibus quidem potestas, tamen prior ille inter illos honores, qui prior allectus erat, et si secundo loco allectus alias Consul fuisset secundum legem Iustiniani in *l. 1. de Consul. lib. 12. C.* Et constitutum, vt non vtique duodecim lictores cum duodecim fascibus &

secutibus præcederent: sed per singulos menses alteri adessent duodecim secures, alteri duodecim lictores, & ita vicissim pest mensum secures sibi traderent, *Dio. Halic. in 5.* Quare si in castris essent ambo, non simul imperabant, sed alternis diebus, *Polyb. lib. 3. histor. vide Plur. in Fabio Max.* In rogandis sententiis in Senatu, vt in principio Calendis Ianuarii fuerat institutum, sic toto anno seruabatur, vt colligitur ex Suetonio in Iulio Cæsare, cap. 21.

20 ¶ Fuit ¶ vtriusq; & officium, vt Censorum, examinare manumissiones faciendas seruorum, qui sint, qua de causis, & quomodo libertatem affecti sint, *Dion. Halic. in 5.* Hoc est quod Vlpia. videtur dicere, referuatum esse: Consulibus suo tempore illud, manumittere & consilium manumittere volentibus præbere, *Vip. l. i. de Consulib. P.*

21 ¶ Virgis ¶ utebantur Romæ, extra & securi iure prisco, sed postea successu temporum, potissimum sub imperio Augustorum, immutata est paulatim auctoritas, & tandem abolita omnino Democratia. Nam consentiente populo in Octauii Augusti imperium, auctoritas declinavit plurimum, quæ sub dictatoribus fuerat pene extincta, quanquam Cæsares huic magistratui quædam honorem haberent in aliquibus, vt insecraretur interim incautus populus, & veluti quibusdam preludiis assueceret se monarchicæ.

22 ¶ Sic ¶ enim fert volubilitas humanæ naturæ, vt quæ nunquam in eodem statu subsistat: quæ ve ex aliis senescentibus, quæ displicere incipiunt, alia noua regeneret: vt quod fuit, atque aliquando displicuerit, placere incipiat, & contra. Respublica in suo statu, & pueritiam & iuuentutem, senectutem, & interitum patiuntur. Reges interdum sibi causam subuersionis regni præparant, vel excessu vel defectu, vel tyrannide, vel nimia indulgentia. Ita & in aliis rebus publicis, quarum sex species habent fere ortus & interitus ex sese causas & successiones, quas explicat his verbis Polybius in 7. *Sex sunt, inquit, politiarum genera. Monarchia, quæ natura constat: neq; tamen quælibet monarchia statim regnum dici debet. sed ea dicitur, quæ subditorum consensu conceditur, & magis pro animi sententia regitur ac gubernatur, quam timore & violentia. Ex monarchia regnum nascitur, ubi vero regitur in mala cogitata, tyrannidem scilicet, mutat in vrsus ex horum destructione Aristocrata, id est, optimiarum gubernatio, prouenit, quæ tamen natura quadam in Oligarchiam mutatur. Cum vero multitudine iniustitiam eorum, qui præsumunt in a pericula uolunt, nascitur Democratia, id est, populi dominatio. Rursus cogente plebis contumelia & iniquitate, temporis successu Ochlocratia insurgit, scilicet que popularis, vt necesse sit redire ad Monarchiam. Et postea, quemadmodum ferro rubigo, ligno vermiculus ac teredines aduersantes, perniciosam adferunt: ut etiam si externa omnia nocumenta effugiant, ab istis tamen quæ cognata habent, absumantur: eo pacto Respublica custodit pro natura ipsius quadam adnascitur & adhaeret peculiaris malitia, ut pote regno, Monarchia: Aristocrata: Oligarchia: Democratia, bestialis Ochlocratia, seu seditio plebis. Vt fieri nequeant, quominus cuncta prædicta, aditiam decursu temporum, distoq; iam modo non mutantur.*

23 ¶ Exemplum ¶ cape ex eo, quod nunc in manibus est, vide Romanum regnum superbia vnius in manus cadere Consulibus, a Consulibus in plebis contentione, in Decemuiros, & in Tribunos: a Tribunis & Consulibus, in Dictatorem: a Dictatore, in Triumuiratum: ab eo, in seditiones, ab his, in populum: a populo, in Augustum & Monarchiam. ¶ Vt certe vix electio liqueat, quæ sit melior, an vnius an plurium gubernatio. Ceteris tamē paribus, semper Monarchia præstantior & securior habita est apud bene sentientes, *disputat. hanc quæst. Aristot. lib. 3. Polit. c. 11. & 12.* & qui experti fuerunt fautores & varias populi mentes. Hæc enim natura multitudinis est, vt ait *Linus lib. 4. Decad. 3.* vt aut feruiat humiliter, aut superbe dominetur. Vulgus, facta fortunatorum nõ conatur imitari: sed luxum sequendo, suam incontinentiam publice tradit, *Suid. in verb. de alio q. Dominus noster Iesus Christus, qui totius potestatis fons, vnus Deus & homo, hominibus suo loco reliquit in hoc seculo vnitatem potestatis in animam, vnitatem potestatis in corpore & bona. Homini vna tantum regens anima, in mundo hoc visibilium vnus vnus regis in alia Sol. Omnia animantium corpora, vnus caput tantum habent: Apibus & Grubibus, vnus Dux. Non bene resonant fides vel voces, nisi sit vnus consensus. Perfectum dicitur, quod vnitatem accipit: & quod ab vnitatis suæ compositionis deficit, interitui proximum est, siue res naturales, siue artificiales contempleris. Potentius fortiusq; quod vnus tantum mouetur imperio, nam vbi plures imperant, factiones fiunt, vt variæ sunt hominum sententiæ, & est ad dissentiendum facilis humana fragilitas, eaq; sine discretione vel iniqui-*

sitione eius quod sit, sed affectionis eius qui iubet. Cum plurimum voluntates vni coniunguntur, cessat omnis dissidendi occasio. Et virtus vnita melior & efficacior se ipsa dispersa. Sunt alia quamplura, quæ veram possunt probare hanc sententiam, melius esse vnum imperium quam plurimum in Republica: quæ facile colligi possunt ex oppositione, collatione, contrarietate specierum Rerum publicitarum: consideratis causis & rationibus primi imperii hominis, in creata: patris familias, in familiam, in liberos: & ex successu, & sine omnium Rerum publi. Item si adicias, maiorem esse semper debere qui iubeat, minorem qui obtemperet: æquales vero non posse recte sibi imperare. Animaduertere quoq; licebit in Democratia, inuito etiam sed necessitate cogente populo, imperasse vel gessisse Republicanam perpetuo quosdam selectos, ex quibus si plures auctoritatem accepissent, nata fuissent atroces seditiones. Etenim imperfecta est omnis semper res, & proinde gubernatio, quæ ad suam vnitatem non petuenerit. Sed hæc prosequi & probare latius otium mihi non est, & potius ad Rhetorem declamationes, quam ad proprietatem ad iudiciorum exitum, pertinere. ¶ Scio ¶ nihilominus his plura obici posse, præcipue principum tyrannidem, exactiones intolerabiles Monarchicæ, crudelitatem, negligentiam & incuriam defensionis populi, & his similia. Sed vnica solutio respondebo, quod scriptum a Matio Maximo, & dictum Traiano ab homunculo, Rem prope meliorem & tutiorem esse, in qua princeps malus est: ea, in qua sunt amici principis mali, & vbi principes plures mali. Siquidem vnus malus, potest a pluribus bonis corrigi: multi autem mali, nõ possunt ab vno, quamuis bono, vlla ratione superari, *Lamprid. in Alex. Senero.* Et vt ait Dio Cassius lib. 44. *histor.* populi seu Democratia principatus, in Republica speciosum nomen habet: videturque ex legum æqualitate, non plus vni quam alteri tribuere. Verum re ipsa comprobatur, nihil ei cum sua appellatione conuenire. Contra Monarchicæ nomen, auditu difficile: penes vnum tamen summam esse reipublicæ, conducibile omnium maxime est. Facilius enim quilibet vir bonus vnus, quam plures reperitur: vt nullum quis inuenire difficile putet, necesse est fateatur, & plures inueniri difficilius esse. Non est certe putandum, viros aliquos damnales Monarchiam, quod vellent probos semper præfici: sed quia ipsi ambitiosum nimium, & magis sibi quàm aliis desiderarent. Puto hoc experiri quotidie illos qui sub reipub. nomine degunt. Vident enim multa viris indignis ab ambientibus Magistratus committi, vt popularem auram aucupentur, vt probos acta vel vna gubernaculis deturbent, vt que ipsi imperent populi prætextu.

¶ Vidi ¶ alicubi homunciones, ciuitatum Magistratus municipales ambientes, & venales voces eligentium mercati, vt se federent in populati administratione ceteris optimis ciuibus infestis, vel vt prædam ex populo compilarent: vidi & eo decurionatu i a reddi timidos & inflatos, vt vix se ipsos qui essent agnoscerent: quamuis sicret post annum abundum esse Magistratu. Quid, bene Deus, isti futuri essent, si perpetuam illis Deus donaret Democratiam? Certe tyranni essent quibuscunque, & lapsi peiores. Ex facie enim plebis cum quis repente in honores erigitur, insupportabilis & omnino odiosus efficitur, vt pote qui subita mutatione, velut ebrius honore, cuius indignus erat, quomodo in honore se temperare debeat, nescit. Vt facile in ebriatur quis sitim passus merum abunde bibit, cum sciat se iterum cariturum eodem. Cum tamen Princeps & Monarcha perpetuus, omnibus numeris dignitate plenus, rationem confideret, & dignitate fatiatus & affluens eius honoribus, nihil habeat antiquius in animo, si vel mica ei sit salis, quam fungi dignitate, certus quando & quæ voluerit subditis imperare se posse. ¶ Sed ¶ & demum vnus principis graues esse canones, tributa, in dictiones, superinditiones: noue tolerabilis est populo, vnus in glauem pati, quam plurimum auiditatem? Vnus iam locupletatus, amplius non efficit: at si vno locupletato & depulso, vt in Democratia fit, alium & alium aduocet & sufficias, regni ciuitatisque pecuniam breui tempore confument funditus. Recordemur hic quæso, & ita finem facio, apologi lepidissimi *Astopi. de quoscribit Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Alex. c. 20.* in causâ Demagori Herinacæ, qui voluit vulpi *muos* esse. Cum enim vulpes in foueam decidisset, fluuio transfuso, ei que longo tempore cum exire non posset, afflicta: muscæ multæ caninæ insedissent, eam transfrens apexit Herinacæ, miserique eius rogauit, si vellet vt ab ea caninas muscæ depelleret: cum que ipsa negasset, causam miratus quærebat. Tum illa, iam inquit, hæc latuæ parum iam sanguinis trahit: quod si has tu excuties,

executies, famelicentes venient aliz, quæ quod mihi sanguinis restat, totum ebibent. Quod etiam in praxi norunt, qui variorum rectorum experientur mutationes.

De Patriatu, & Censoris potestate.

C A P. 16.

Lib. 50. P. tit. 15. Lib. 11. C. tit. 3.
De censib. & censoribus Lib. 11. C. tit. 57.

- 1 Consularis dignitas prima post imperatoriam aliquando.
- 2 Patriatus dignitas secunda post imperatoriam, & summa, quæ nu. 3.
- 4 Patrii tempore Romuli, & postea qui.
- 5 Patrii Romanis quando additi, qui primi creati, & ad quid, ex quo appellati. & nu. 6.
- 7 Censura parvisio.
- 8 Censuram de quibus erat, iurisdictionis seu cognitio, & seq.
- 9 Seniores Censores legebantur.
- 10 Morum emendatio Censuram erat.
- 11 Iudicium de moribus consensum, quale & quando sublatum.
- 12 Celibes censoria nota damnati.
- 13 Sponsam temere repudiasse, censorio iudicio castigatum.
- 14 Vita censorum privatorum, cur ad Censores pertinebat.
- 15 Connuitorum sumptuaria lex abrogata.
- 16 Insinuationes instrumentorum coram Censore. Et quæ alia ad eum relata.
- 17 Familiaritas inopie verita.
- 18 Censuram apud Platonem iurisdictionis.
- 19 Sacrosicorum pretia a Censore curabantur.
- 20 Lusitatio quando fiebat, a Censore.
- 21 Censuram creandorum formula, & censura duratio.
- 22 Censuram collegæ mortuo, alter quare se abdicaret magistratum.
- 23 Vngebantur Magistratus, Censores, & eius scriba, dum auspicabantur Magistratum.
- 24 Censura a potestate Tribuni plebis liberata.
- 25 Censura Magistratus finis, & rationes censoria pœna, nu. 26.
- 27 Morum emendatio nunc fit a magistratibus ordinariis.
- 28 Censores rerum censuram huius temporis.
- 29 Censuram granatus conqueri potest.
- 30 Censuram coloni, & adscripti qui.

Vitante Imperatoriam potestate, Consularis, exactis rebus, prima potiorque in regenda Republica, quamquam consiliis in Consilibus essent Senatus & populus, ad quos negotia decernenda, quæ ipsi exsequerentur, deferrentur. Sub Imperatoribus primum illa in minuta & postea sublata, cœpit ex prima secunda dici dignitas post imperatoriam, ut Iustinianus etiam verbis aliquando eam declaravit, dum adularetur populo, §. penult. de 2. Consul. in aut. N. uel. cons. 105. Verum & ille alibi Patriatus dignitatem in præpulis, secundamque post imperatoriam fecit, in nemini, de Consul. lib. 12. C. ubi gradus magistratum ad hanc dignitatem. Sicut & tempore Græcorum Imperatorum, illa summa post Imperatoriam fuit. Et hæc nō ex successione, sed a principe concedebatur. Sic Carolus Magnus Patrius factus est, antequam fieret Imperator Romanorum ab Adriano summo Pont. c. Adriano, 63. dist. Patrii que tunc temporis Republicæ, ut patres filiis prospiciebat. ¶ Oportendit & autem Cassiodorus, qui & ipse fuit hac dignitate decoratus, formulam Patriatus, & qualis ea fuerit dignitas, & quomodo a principe Patrii honorabantur, Cassiod. lib. 6. Patrii. Honorabantur enim a principe loco patris, quare ea ad depta dignitate soluebantur patrii a patris potestate, l. sanctimus, l. fin. de Consul. lib. 12. C. & §. filius familias, quib. mod. ius patr. pot. sol. §. generaliter, tit. cons. que dignit. in Auth. collat. 6. Tit. exi. c. inquit Suidas, namque & nov. Patrius pater communis seu Republicæ.

¶ Quocirca & hæc dignitas, maxime convenit cum Consulari. Sed & longe alia est a Patriatu prætorum Romanorum, quæ confundit Accursius & eius affecte cum illa dignitate. Nam teste Luito in 1. Patrii dicebantur Senatorii ordinis viri, quiq; essent ab his progeniti. Et alibi eodem lib. 10. Patrios dictos dicit, qui patrem cire autmq; possent, id est, ingenuos. Aliet & Patrii nobiliores & illustres vocati, existituro Romuli, qui cum ordinaret suam Republicam, illustres genere & victore celebres, opibusq; ut tunc ferebant tempora abundantes quibus essent liberi, fecerunt ab obsecris, egenis, & humilibus, & hos vocavit patres: alios plebeios, exemplo ab Athenensium Republica sumto, in qua illustriam erat distributa Reipubl. multitudo, in patrios ex illustribus familiis, polientes opibus, penes quos fuit civitatis regi-

men: & in ceteros civis rusticos, quibus nullam erat in Republica suffragium, licet tandem ii quoq; ad Magistratus gerendos admitti sint. Et hoc ipsum pene iisdem verbis explanat Dionysius Halicarnassæus in 2. §. Additi & etiam sunt Consulibus Censores, s. veluti subadiuvæ, primum quidem ad censuram exigendum, cum Consules bellis occupati non sufficerent, & populus Romanus auctus esset, l. 2. §. post deinde cum censuram, de origin. iur. P. ab exactis regibus anno 68. ab urbe vero condita 311. M. Geganius Macerinus iterum, & T. Quintio Capitolino quintum Coll. Primi; creati Censores, L. Papitius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus. Postea vero illorum potestas ad mores potestata est. Sed audiamus Liniu hęc suis verbis referentem, Lin. in 4. Idem hic annus censuram initium fuit, rei a parvis origine orta, quæ postea tanto incrementum aucta est, ut morum disciplinam, Romanæ penes eam regimen, Senatus equitumq; centurie, decoris dedecorisq; discrimen sub ditione eius magistratus, publicorum ius privatorumq; locorum, v. s. Eligalia populi Romani, sub nunc arq; arbitrio essent. Factum & hoc docet, quo tempore prædicti Consules docerent ob continuas Consulium militias, aliasque res censuram legitimum annis decem & septem intermissum esset, pluribusq; ob id fieri supremam iniuriam. Et iterum, quando ad mores censendos animum adhibuerint, docet. Censores, inquit, vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ararii, ad mores hominum regendos animum aduertunt, castigandaq; vitia, quæ veluti distinos morbos corpora egra ex selegunt, nata bello erant. ¶ Censores & te appellati sunt. Censio, inquit Sex. Pompeius, libris de verborum significatione, estimatio, unde Censores. Censores dicti, quod rem suam quisq; tanti estimare solent, quantum illi censuerint. Et censuram censendo agri proprie appellantur, qui & emi & venire iur. cui lib. possunt. Prædia videlicet, quæ essent mancipi, de quibus fieri poterat professio apud ærarium & Censorem, ut ait Cicero in orat. pro Cecinna, Nam agri qui non hoc iure, sed usu tantum tenebantur, censuram censendo non dicebantur, neq; in censuram deferbantur a possessore. Et Varro 4. de ling. Lat. l. censere est. 11. de verb. sign. P. Censuram ad cuius censuram, id est, arbitrium censetur populus. ¶ Consistat & ex his dupliciter fuisse censuram, rerum seu facultatum, & personarum: & binos fuisse Censores creatos, æqualis tamen & eiusdem potestatis.

¶ De quibus & autem censura fieret, lex duodecim Tabularum apud Ciceronem posita sic indicat. Censores, populi amatores, id est, ætates, soboles familias pecuniasq; censore: orbis templa, vias, aquas, ærarium, veltigalia tuentor. Atque Plutarchus in vita Pauli Emil. Censura maxime omnium magistratum reverentia, plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maxime ad morum emendationem. Nam Seniores e Senatu removere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censuram agere, lusitram condere. Censuram itaque fiebat de numero personarum & bonorum, & a tempore quo primum nati erant. Et ita censuram habuit personarum quoque primum Ser. Tullius Rex, Dion. Hal. in 5. & post eum Consules idem in 9. & Censores, Lin. in 4. & fore alibi in aliis libris, & in epit. eius apud Florum, lib. 13. 14. 16. 18. 19. 20. 40. 42. 46. 47. 48. 54. 56. 59. 60. 63. 98. 115. Et Dionys. Halicarnassæus in fine 11. lib. Censuram necessarium ait legitimum, ex quo numerus militaris ætate hominum cognoscatur, divitiarumq; magnitudo, pro modo quarum oportebat, unumquemque ad bellum tributa pendere, nullo intra decem & septem censuram condito, a L. Corn. & Q. Fabii consulatu. Ita ut boni quidem viri & utiles, in censuram militumq; essent. Flagitiosissimi vero & pravissimi, sine censuram relinquere, locumq; alium perciperent in quo liceret eis ut vellent vivere. Censuram & notabant in tabulis nomina omnium, ætates, vxores, liberos, locum ubi habitarent, vel in urbe, vel in agro. Sicuti minutatim rerum numerus, locus, domus, vicini describebatur, l. de ætate, 3. & l. forma censuram, de censuram, P. Ita enim Seruius Tullius Dion. Hal. in 5. a quo populus Romanus primum relatus est in censuram, digestus in classes, & in curias collegiasq; distribuit, atque eius solertia sic ordinata est Republica. Vt cuncta patrium dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulis referrentur: ac si maxima civitas minima domus diligentia contineretur, v. iisdem verbis scribit L. Florus, & alii, Flor. lib. 1. Epit. c. 6. Lin. in 1. Entr. lib. 1. c. 9. ¶ Sextus etiam Pompeius scribit ad officium pertinuisse Censuram ex Tribunitia potestate, ut ex omni ordine optimū quemque curiatum in Senatu legerent: quo factum est, ut qui præteriti essent, & loco moti haberent, essent ignominiosi.

¶ De & moribus quoque personarum cognovisse, & censuram habuisse constat, & ita puniebant inertes, qui incuriosè agrum vi-

hancque tractauissent, pœnâ qua ætarios facerent: & Romanum equitem, qui equum gracilentum aut parum nitidum habuisset, *Anl. Gall. lib. 4. c. 12. Feneft. de Magistrat. c. 17. Plin. lib. 18. c. 3. & 6.* Referebant in ætarios, hoc est, inter eos qui ætario pendere debebant, pœnæ nomine, eum qui intempestiue lasciuisset, qui officianter eis respondisset, vel irreuerenter locutus fuisset, *Gell. lib. 4. ca. 20.* Equiti qui nimium pinguis & obesus esset, equum adimebant, *idem lib. 7. c. 22.* Cognoscebantur & de moribus coniugum, & accusatione eorum, de ipsoralitiis quoque questionibus, iudicio censorio vel prætorio certabatur, *Varro 5. de ling. Lat. dum agitur de spons. Exigebanturque Censores solemnne iuramentum de vxoribus his conceptis verbis, Et tu ex animi tui sententia vxorem habebis: Gell. lib. 4. c. 20.* Facit relatum a Cicerone 2. de Orator. vide de hoc iudicio de morib. Aſco. Pedia. in orat. Cic. in Pisonem, quod ridicule respondit Catoni Censori L. Portius Nafica, cum ille, ex animi tui sententia tu vxorem habebis non herculus inquit, ex animi tui sententia. Si vero in solemnne iuramento respondisset maritus, se non habere ex animi sui sententia vxorem, vel ob prauos mores iussisset vxorem res suas sibi habere, cognoscebat Censor, si sibi videretur, de moribus, & coerceretur. Huc pertinet lex, quæ statuit conueniri non posse pacto inter coniuges, ne de moribus agatur, *l. conuentione. 5. de pact. P.* Concurrere & accusatio morum, interdum viri & vxoris, quo casu neuter audiebatur, *l. viro & vxore. sol. matr. P.* nisi alter coniugum moribus illis argueretur, nisi si soluere poterant matrimonium, *l. conseru. C. de repu.* Sed opinor posterioribus temporibus, in coniugio iudicium de moribus Censorum sublatum: remanente tamen legum publicarum de illis in manu ordinariorum iudicum executione, vt admonet rub. *C. de repu. & ind. de morib. sublato.* Futur & Censorum notio in transfigentes vitam in celibatu. Et ita Camillus & Posthumius, Censores, ætæ pœnæ nomine, eos qui ad senectutem cælibes peruenerant, in ætariam de ferre iusserunt, iterum puniri dignos dicentes, si quodammodo de tam digna constitutione quæsi fuissent ausi, *Valer. Max. lib. 2. c. 4.* Subinde cum Q. Pompeius & Q. Metellus Censores primum plebei facti fuerunt, Appio seu C. Claudio, & M. Perpennæ Perperna Coss. Metellus censuit, vt vxores omnino omnes liberorum creandorum causa dicere, cogerentur, cuius oratio in Augusti tempora perdurauit. Nam eam Augustus Cæsar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in Senatu recitauit, *abreuiator Lini lib. 59.* Cognoscebantur & non solum de matrimonio spreto, sed etiam de male tractatu. Et ita M. Valerius Max. & C. Iunius Brutus Censores, L. Ant. Senatu mouerunt, quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito, *Val. Max. lib. 2. c. 4.* In summa, vt cum Dione Cass. lib. 40. hisf. dicam. Censoris potestas erat, quæ priuatim quoque in vniuersumque vitam ius habebat. Et vt rursum ait, ex censoria appellatione, & in vitâ & mores inquirendi, censis agendi, in equestrem ac Senatorum ordinem adscribendi, alioque ex his remouendi pro suo arbitrio licentiam consequentur, *idem lib. 53.* Vt ferunt, *Gell. lib. 17. c. fin. Val. Max. lib. 2. c. 1.* C. Fabritium Licinium, & Q. Emiliu Papam Censores Romæ, P. Cornelium Rufinum, qui bis Consul & Dictator fuerat, Senatu mouisse causamque isti notæ subscripsisse, quod cum comperissent argenti facti cænx gratia, decem podo habere, *M. Antonius, f. & L. Flaccus Censores, Duronium Senatu mouerunt, quod legem de coercendis sumptibus conuulsum*

quis iniurioli quicquam agat ibi, & si fecerit, seruis quidem & peregrinus vel beribus & vinculis pœnas laiat: cuius autem, a Censoribus drachmis centum iure censorio condemnatur. In maiorem autem multam ad huius duplum, ne condemnarent, nisi Aediles quoque adissent.

Plutarchus & aliud officium & munus adfert Censorum, *Plut. 19 in vita Cat. Censor. vide eund. in Problem. 62.* Sacrificiorum pretia curare, & descriptionibus præesse, & officia distinguere.

Postremum & vero, quod putabant Censores agere debere, erat lustratio ciuitatis, quam vocabant *Lustrum conditum*, facto Sacrificio sue, oue, taurisq; tribus: quemadmodum Seruius Tullius fecerat, vt meminit L. in 1. In hostiis variat, in ceteris consentit, & formam adfert Dionys. Halicarnassæus, dum ita scribit in 4. postulo censu, omnes ciues iussi sunt, armati adesse in Campo Martio, ibi instructos in sua pœna, centuria equites, pedes, uolentes, cum Solitauribus hostiæ, aurum, arces. & circumsiter circumuolantia circum exercitum, Marti mactatæ sunt. Hoc modo etiam nostra ætate post censum Romani lustrantur a Magistratu sanctissimo, quod lustrum sua voce nominant. Perpulcra de lustratione exercituum seu ciuitatis, vel agrorum, & de Solitaurilibus, vide eccl. piose apud Liliu Grego. Gyraldum, Syntagn. 17. histor. Deor. gentium. Censores, vt ait Varro libro quinto, de ling. Lat. inter se fortiebantur vter lustrum faceret, idque initio magistratus & aliquando lustrum condebat solus Patrius, deinde & id plebeo datum est a tempore C. Domitii, qui primus ex plebe lustrum condidit, *For. riu. Qui primus tamen Censor fuisset, princeps Senatus eligi solebat, Lini lib. 7. Decad. 3.*

Censorum creandorum formula erat, vt qui peterent antiquitus censuram, essent patritii. Tamen postea & plebeis eadeta, *Feneft. lib. de Magistrat. ca. 17.* Creabantur vero, iudicis censoris comitiis, *Lini lib. 9.* maioribus auspiciis & centuriatis, vt Censules & Prætores. *Anl. Gall. lib. 1. 3. c. 12.* Idque quinto quoque anno prius. Nam tantum temporis durabat censorsia potestas, postquam lustrum fiebat, donec lege Æmylia a dictatore Mamerco Æmylio lata, suffragiis populi cautus esset, ne quis ultra decem & octo menses eum Magistratu prorogaret, *Lini lib. 4. & 9. Decad. 4.* Sicque factum est, vt intra annum cum dimidio, suo fungerentur officio Censores, & postea abiret Magistratu, vt reliquum tempus quinque annis seu lustris, vacaret a Magistratu: nisi si qua necessitate urgente, Censores creandi essent. Et ita quinque nio lapsis, alii Censores creabantur in menses totidem decem & octo. Quæ remansit lustrum semper appellatio, quamuis nec tempore quo anno fieret, abeuntibus ex necessitate Censoribus, aut cum aliquando prorogabatur in aliud tempus, habita solâ ratione eius, quod fieri destinatum erat, in lustrum faciendi definitione ex lege. Idcirco in ueteres in iure nostro, lustrum locutionis, pro quinque nio, *l. 4. 5. rei pignoris. de reb. cred. P.* quia soliti essent veteres locare prædia rustica & urbana in quinque nio, *l. si in lege locutionis. §. si domus vel fundus, & §. leg. locat. P.* Nec me lateat tam en controuersia eorum, qui dicunt Olympiada & lustrum idem esse, & illis esse quatuor annos, vt quinquies semper sit initium futuri lustrum, *Aleia lib. 2. Dispunct. c. 1. alii, & melius meo iudicio, sententibus, lustrum quintum annum, vltimum esse lustrum. Quod & Mart. liquido probat.*

Ut qui prima nono signat. quinque nio lustrum, Implet. innumeras Burrus Olympiadas.

Vide ibi prima quinque nio excipi lustrum ne uo. Afferunt & historiographi qui supra de Censoribus citati sunt, quinque niolem fuisse hanc primum magistratum.

Et in fine census fieri lustrationem, id est, quinto anno. Intra tempus gerendi Magistratum, si collega moriebatur, vel vitio electus erat, debebat alter ex collegis se abdicare magistratu, neque licebat alium in locum eius iussistere: ex eo tempore, quocum C. Iulius Censor dece sisset, & in eius locum M. Cornelius successus fuisset, *Lini lib. 9. Decad. 1. Plut. in Problem.*

Censores & magistratum inuentes priusquam agerent, sacrorum Anserum alimenta locabant & imaginis splendorem curabant: cuius rationem perquirat Plutarchus in Problem. 92. Varro autem de initiatorio & huius Magistratus sic scribit, libro 1. de ling. Lat. Nunc primum ponam de censorio tabulis. Vbi notum in templum censura aufpicatur, atque de caelo nuntium erit: praconis se imperato, vt viros vo. et. Quod bonum fortunatum, felixque salutareque sit populo Romano Quiriti. Reique publica Quiritium, mihi que, collega que meo, fidei, magistratusque nostro. Omnes Quiriti, pedes, armatos, priuatosque curatores omnium Tribuum, & quis pro se proue altero dari curationem, volet, voca in licium. buc ad

De dicatoris potestate & imperio.

CAP. 17.

huc ad me. Praeco in templo primum vocat, postea de more item vocat. Vbi lucas, censor, Scriba, Magistratus, myrrha vnguentisque
 24 vnguntur. Hæc tamen Censoris dignitas aliquando Tribunis aliquo modo subdita, donec postea fuit inde liberata, ut ex verbis Livi constat, Livi in si. li. 9. decad. 3. In invidiam cum essent, inquit, Censor, cresecit ex his raris occasio. (N. Bibius Tribunus pleb. diem ad populum, utriusque scilicet Censori, dixit. Ea res consensu patris discussa est, & ne postea obnoxia populari aut censura esset. Censoræ
 25 dignitatis finis & rationes sunt, ut res ordinatæ & mores optimi in Repub. introducerentur, & introducti conferuarentur, ut sup. dictum est. Et illis commissæ, disciplina legitima regerentur, sollicitudine proprii Magistratus. Neve censu vel exactioibus populus supra id quod equum est, opprimeretur, l. 4. §. pen. de censib. Censor lib. 11. C. Et qui facultatibus abundarent, immunes cum pauperum detrimento non essent, l. 4. §. 1. de censib. Atque ut intelligeretur quæ provinciarum non essent censuales, ratione rerum, ratione personarum, vel ex vitæ causa, cum possessor. §. eo. ¶ Ut
 26 tamen effectum sortirentur eorum iudicia celsioræ & notæ, poenarum constituendarum datum erat arbitrium, amouendi a Senatu, adimendi equum equitibus, & transferendi in certum tabulas plebeios, de quibus in l. 1. 2. 3. pen. §. fin. eod. tit. submouendi a curia transferendi in aliam curiam, & rarios faciendi seu multandi, infamandi: nam nota censoria inter bonos & rarios infamantia habebat, Afo. Pedia. in ora in Pisonem, & auctor Rhetor. ad Heren. Remittebant tamen postea ipsi, vel eorum successores, pœnas & notas: pluresque fuerunt qui censoria nota ad virtutem excitati, & ipsi Censores postea fuerunt, ut Geta, & M. Valerius Messala,
 27 ut ait Gell. lib. 7. c. 18. & alii. ¶ Hodie tamen iure ciuili Romanorum scripto, & in Gallia, censura circa mores proprium non offedit Censorem, sed habet iudices ordinarios, & Magistratus plures, quibus
 28 morum data est castigatio. ¶ Mansit tamen in censendis seu æstimandis rebus, aliquod tantum vestigium in Censoribus, qui cognoscunt de censu debito, & de exactioe, iuxta l. 3. §. 4. de censib. in P. qui in tabulis scribunt agros, qui in censum referuntur cum adiectione nominis fundi, & in qua ciuitate, & in quo pago sit, quos duos vicinos habet, item & aruum, quod intra decem annos proximis satum erit, quot iugerum esse videatur: vinea, quot vites habeat: oliuetum, quot iugerum sit, quot arbores habeat: pratium, quot iugerum, &c. Quæ qui defert, æstimat, non Censor, Valer. Max. lib. 2. c. 4. in fin. Si seruus quis deferat in censum, debet scribere & profiteri nationes eorum, ætates, res, officia, & artificia specialiter, in l. forma censuali, de censib. P. Possessor ad exemplum horum fiebat per possessores, in tabulis censualibus proximarum viciniam tributiarum, syluarum, lacuum, salinarum, d. l. in forma, §. in feruis deferendis. Censui autem modum, is qui dicebatur Peræquator seu Censitor, aliquo tempore imponebat, secundum quantitatem & qualitatem rerum proflam, d. l. forma, cum suis §. l. que quondam mittebatur in provinciis ad inspicendas res censendas, ut referret quæ male essent censa, quæ grauarentur in censu provinciarum, l. 2. §. 3. de censib. Censor lib. 11. C. quæ facta sterilia, quæve fertilia essent, & in quibus fertilia cum infertilibus essent tributo compensatione facta æquanda, l. omne territorium, eo. l. qui vitia, cum l. seg. de omni agro des. lib. 11. C. Quæ tamen inspicere & æstimatio fuit in aliquibus provinciis subdita, inducta loco eius tribui, quod ita percipiebatur, oblatione, l. fin. de anno. C. tribu. lib. 10. C. tum. 16. exceptis desertis agris seu vacantibus, qui
 29 æstimatioe facta locantur possessoriibus. ¶ In tamen quibus, ut & de peræquationibus olim licitum est conquiri contra peræquatorum & censorum iniuriam, de iniusto onere infra annum, l. qui granatas, §. l. fin. de censib. lib. 11. C. ut si per gratiam vel iniuriam, vel negligentiam, culpam incurrisset peræquator, & qui discutiebatur æstimationem rerum, cum bonorum iactura in quadruplum multam subiret, l. peræquator, eod. Quæ modum & contra, qui meadati in professione conuicti essent, condigna poena afficiebantur, l. 2. eo. & res sic de defendebant in re commissa, l. 3. de vetti. C. commissa, de publ. C. vno P. ¶ Fiebat & professio alluorum in quillorum & colonorum, quorum nomine census præstatur reipub. a dominis qui cogebantur profiteri, d. l. forma censuali, §. si quis in quillorum, de censib. P. & in finitiones præstare pro censitis, hoc est, in censum relatis, seu pro colonis originariis, in locis vbi censiti erant. Et hoc minus seu tributum sequebatur dominis prædiorum, quibus adscripti, & cum quibus censiti erant, in l. 2. penes quos, de agric. C. censu. lib. 11. C. ut
 47. Sequebantur enim prædia, l. si quis prædium, eo. & prædia illorum distractionem, l. qui quis, eo. tit. C. censiti adscriptiue.

- 1 Dicitura inittum.
- 2 Dicator Monarcha dictus.
- 3 Quare Dicator, & quis sit, & in seq.
- 4 Dicator a collega vel principe, non a populo creabatur.
- 5 Dicator vnus tantum fiebat, & quando duo.
- 6 Regia dignitas annua.
- 7 Francorum legislatores qui, & num Dicatoris nomine dicti.
- 8 Magistris domus regia sine Meieri Francia, num Dictatores dicti.
- 9 Magistratus omnes in potestate Dicatoris, excepta Tribunitia potestate.
- 10 Equo vii, quare non licebat Dicatori.
- 11 Dicator a quo diceretur, qua forma, ex quibus, quando crearetur, & quarum rerum causa, & quando Dicitura temporaria duraret, & in l. 1. 2. 3. 4. 5.
- 12 Annales, & anni clausis fixis numerati.

Magna vis necessitatis vrgentis, quæ etiam superbissimos cogat fultitiam suam fateri, & aliquando respiscere. Putabatur Romani in tuto esse, excusso vnus Monarchæ regno, & sine eo recte a pluribus gubernari rempublicam posse: sed ecce vix novem anni elapsi fuerunt a depulsionem regum, cum cœperint trepidare, vbi audierant Manlium Octatium Tusculanum Tarquinii Superbi generis, qui & penes illum exulabat, cum quadraginta populis in ea conturrasse, Latino, Sabinoque bello impendentem: atque ideo ad vnus imperium recidere, quem Dictatorem dixerint, Livi in 2. Dion. Halicarn. s. Fenes. de Magistris. S. Euseb. lib. de temp. & Eutrop. & Monarchas.

¶ Sicut tamen his verbis ex Græco conuersis Plutarchus in vita Camillæ, Ante pugnam in eundem Deos consulere mos fuerat, scilicet Romanis, & in minoribus periculis sepe Monarchas, quos Dictatores appellabant, eligere consueuerunt: non ignorantes quantum in se utilitatis periculosa tempora haberent, si vnus in principatu vnus sententia libera & impuni Magistratus fungeretur, & in manibus ad res pulcre ordinandas iudicia retineret. Vocaturque ab his qui Græce res Romanas narrant, Δικτατορας, ἀπο τῆς λέξεως ἰσοπέρας, idem in Fab. Max. absoluta potestas, & liberum imperium.

¶ Quis tamen sit & quare appelletur Dicator, Plutarchus docet, idem in Marcell. Non enim, inquit, Dicator a populo aut a Senatu deligipotest, verum alter Consulum, aut Imperator, progressus ad populum, quem censeat Dictatorem dicit. Vnde quia dictus sit, Dictatorem appellant. Nonnulli Dictatorem ab eo nuncupatum appellant, quod non populi suffragio aut assensu, verum quod is censeat imperetque. Si quidem in illa Magistratum, quæ Græcis Δικτατορας, Romani vocant edicta. Eadem fere scripsit Varro lib. 4. de ling. Lat. Dictator, inquit, quod a Consule dicebatur, cui dicto omnes audientes essent. Et alibi, idem lib. 5. de ling. Lat. cum de verbo dico, tractat, & quod a δικτα, iudico, manauerit. Hinc Dictator magister populi, quod is a Consule debet dici, hinc antiqua illa, dicitur imo, & dicitur causa, & ad dictus, &c. Dionys. Halicarnassensis in fin. 5. dum de T. Latio agit, primo Dictatore. Hinc primo omnium Roma summa & libera belli ac pacis, omniumque aliorum negotiorum potestas est creata, cum Dictatoris nomine: sine a potestate edicendi & imperandi quilibet, sumi alio præscribendi iuxta & aqua suo arbitrio, quæ edicta Romani vocant: sine, ut quidam malent, quod a collega dictus, hoc est nominatus sit. Non enim a populo magistratum accepit more patrio, sed ab vno viro designatus, &c. Vocabatur & is magister populi, Cic. 3. de fin. in fi. & Varro 5. de ling. Lat. Fenes. de magistris. a. 8. ¶ Dicator vnus tantum dicebatur & fiebat, non plures. Quod Polybius lib. 3. hist. explicat, & refert populam M. Minutio Rufo Magistro equitum dato Fabio Maximo Dicatori, cum frumentantes milites Annibalis, circa Gerionem vicisset, Dictatoris etiam imperium vna concessisse. Et iam duos Dictatores vno tempore in vnoque exercitu fuisse: rem ante eum diem inauditam, eosque legiones, sicut mos erat Consulibus, diuisisse inter se, contra Annibalem. Veruntamen postea de bello propemodum Minutio, reparata victoria pugnante Fabio Maximo, imperii dicitur summa ad Fabium rediit. Fuit Dicator vnus itaque Romanis, quamuis exemplar, cui similis fuit hæc potestas, duos haberet aut plures. Nam Theffali habuerunt suos Archos: Lacedæmonii, Harmostas: Albani post Amulii Numitorijq; obitum, deficienter regia. Magistratus annuos cum regia potestate, quos dicebant etiam Dictatores, vt ex Licinio scribit Dionysius Halicarn.

5 carnassius, lib. 5. §. Apud Heduos, vocant Galli, *Autem en Bourgogne*, prope modum fuit similis Magistratus, sed annuus, qui regiam dignitatem annuam gerebat, *Int. Cas. lib. 7. de bello Gallico.*
 6 Ioan. f. Pap. in principio proemii Rapl. Arestio, exilimatur apud Francos olim fuisse dictaturam, & Dictatores tempore Pharamundi, eoique legum constituendarum causa constitutos. Ego nunquam memini me legisse id ipsum alicubi. Inuenio tamen anno Dominice natiuitatis 419. Pharamundum Marcomiri Ducis Francorum Orientalium filium, electum in regem communi voto procerum, post interregnum 26. annorum, in quorum decursu post mortem Marcomiri primogeniti Clogionis Francorum regis. Dagobertus & Genebaldus, tanquam Duces regnum rexerant. Eundemque lego Pharamundum tertio anno sui regni, vt restitueret leges bello sopitas, & alias constitueret, ex consilio herou, quatuor conuocasse viros prudentissimos, Salagast, Wesogast, Vindegast, Basogast, qui leges ordinarunt, Salicas dictas, vel Saligas, vt Tritemius scribit in Breuiario historie Francorum, a nomine prioris nomothete, qui erat Iouis pontifex. Quibus postea Clodoueus, intelligentia capitula adiecit. Verum isti leges quatuor non possunt dici Dictatores, quia non erant absolute & regie potestatis, nempe quod imperabat tunc Pharamundus: quemadmodum neque quisquam recte Dictatores diceret eos, quibus demandauit Iustinianus compositionem Pandectarum, l. 1. §. 2. & l. 2. §. sed cum omnia, de vet. iur. aucl. §. igitur, in proem. f. iustit. Codicis, l. 1. §. s. deoque, C. de no. Cod. fac. l. 1. de emend. Cod. Iustit. C. & Institutionum iuris ciuilibus, §. cunque hoc Deo propitio, in proem. f. iustit. Neque ideo Raymundus Capellanus Gregorii 9. Sum. Pontif. Barchinonensis, cui Gregorius mandauit manus leges pontificias congregandi, §. pen. & Deo propitio, Dictator vel Summus Pontifex fuit. Nec Anleghis Abbas Lebienfis, qui tempore Imperatorum Caroli Magni, & filii eius Ludouici, & nepotis Lotharii, eorumque iussu leges collegit Francicas, quae etiam nunc excusae extant.

7 Lapsi quoque mihi videntur, qui putant, vt Io. Duretus in lib. De l' harmonie & conference des Magistrats Romains & Magistrats Francois, lib. 1. fol. 40. in excus. Lugd. in Francia olim magistratus domus regiae, dici posse Dictatores, cum integram haberet administrationem regni. Nam maiores domus regiae, seu comites palatii, nunquam fuerunt suae potestatis: nisi cum regnum voluerunt, vsurparunt, Tritem. lib. 1. Bre. hist. Franc. Gaguis. lib. 3. sed supra illos erat rex. Vt tempore Clotarii filii Chilperici, erat maior domus Garnerius, & post eum Ansegisius: & cum Pipinius erat maior domus, erat Clodoueus Rex: post Pipinium Grunualdus filius sub eodem Rege. Sub Clotario alio Ebrauinus, quem corrupte historiographi quidam vocant Ebroinum. §. Dictator Romanus, sui arbitrii erat, neque populi neque principis alterius, neque Senatus imperium agnoscebat, pendente suo Magistratu vel Magisterio populi. Et ita de omnibus quae libuisset statuendi & animaduertendi habebat, & in omnes potestatem, tanquam Rex, sine prouocatione, Pompon. in l. 2. §. populo deinde aucto. de orig. iur. P. Lini lib. 2. & ad tempus illi de omnibus summa concredita erat potestas, Aurelius Iurisco. in l. 1. de off. praef. eiusque edictum erat pro numine obseruatum, vt ait Linius lib. 8. decad. 1. & dissoluebat omnes Magistratus praeter Tribunitiam potestatem, Plin. in Antonis vita. De hoc & Polybius in 3. sic scribit: Dictator differt a Consule, quod Consules duodecim secures praecedunt: Dictatorem quatuor & viginti. Praeterea necesse est eos multa ad Senatum referre: at huius summum est & liberum imperium, sub quo mox ceteri Magistratus cessant, exceptis Tribunis. Addit in super gradus dignitatis hos disciplinae rei militaris, vt milites pareant Centurioni: Centurio, Tribuno: Tribuno, Legato: Legatus, Consuli: Consul, Magistro equitum: Eques, Dictatori. §. Ab hac dignitate regia detrahi visum est, antiqua lege, quod non liceret Dictatori equo uti, nisi cum in bellum proficisceretur. Cum, quod ex eo popularem quodammodo videretur referre potestatem: tum etiam, quod eum in phalange pedestri, quam praecipuam rationem sunt, perpetuo adesse debere existimarent. Donec Fabius Maximus sibi uti equo a Senatu impetrauit, vt scribit Plutarchus in

10 Fabio. Dicebatur f. Dictator a Consule vno, inter dum ab utroque, vt passim inuenies apud Linium, nunquam a populo. Et si quando a populo diceretur in rebus incipientibus, vt dictus Q. Fabius, is tanquam illegitime creatus, non Dictator, sed Prodictator appellabatur, Liu. lib. 2. Decad. 3. Forma dicendi erat, sine comitiis, ex more in noctis silentio: sic enim his verbis indicat Linius, de Fabio Consule loquens, idem lib. 9. Decad. 1. Nocte deinde silentio, ut mo-

ris est, Lucium Papyrium Dictatorem dixit. §. Cum f. diceretur dictator, dabatur ei dignitas tantum ad tempus semestre, neque enim ultra retinere fas erat, l. 2. §. populo deinde aucto, de orig. iur. P. Feneff. lib. de Magistratu ca. 8. Liu. 3. §. 9. & tyranni habiti sunt, qui hanc ultra retinuerunt. Narrat Appianus Alex. lib. 1. bello ciuili, verbo non voluntate Dictaturam in perpetuum Sylla data, sed eum libere eam deposuisse. Plutarchus etiam in vita Sylla scribit, Syllam se Dictatorem dixisse ad annos vsque centum ac viginti, etique deuicto Mario, factorem omnium attributam licentiam per Senatusconsultum. In posterum quoque datam potestatem necis, confiscationis, sortitionum, possessionis, populationis auferendi & conferendi regnum cuiuscunque libuisset. Dixit autem se ab annis 120. esse Dictatorem, eo quod per totidem annos interuilla fuerat, huius honoris vsurpatio, vsque ad suam Dictaturam, Vell. Pater. in poster. vol. histor. Deposuit tamen, tandem & priuatus mortuus est. Vnde Iulius Caesar dicebat, Syllam necuisse literas, qui Dictaturam deposuerit, & debere homines considerari loqui secum, ac se pro legibus habere, Suet. in Iulio Caes. c. 77. Ideoque ille vsurpauit sibi delatam Dictaturam. Nam populus & Senatus post deuictum Pompeium, in omnem vitam eum Dictatorem elegit, & cum Dictatura tradidit perpetuum Consulatum, Praefecturam morum, praenomine Imperatoris, cognomen patris patriae, App. Alex. lib. 2. bel. ciuili. Suet. in Iul. Caes. c. 76.

§. Ceterum, f. quia hoc praeteritum ipse sibi Mobarchiam vsurpauerat, Dictatura sedas in perpetuum sublatas est, Luc. Florus lib. 16. Epit. Laudat in hoc Cicero M. Antonium, dum ait, Cic. 1. Phil. in M. Ant. Multa praeterea eaq. praeterea, ad singulare enim M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quae vni iam regia maiestatis obsederat, funditus ex Repub. sustulit, de quo nec sententias diximus. Senatusconsultum quod fieri velle, attulit: quo recitatus, auctoritatem eius summo studio secutus sumus, eiq. amplissimis verbis per Senatusconsultum gratias egimus. Recusauit & postea Octavianus Caesar eandem, quae pertinaciter offerrebat populus, Vell. Pater. praed. volum. post.

§. Poterat f. creari vel dici Dictatores, plebei quoque, vt Patricii: vt ex plebe C. Martius Rutilius dictus, qui & C. Plancium ex plebe Magistrum sibi equitum dixit. §. Creatus f. est porro, quando opus erat vnius tantum imperio, potissimum dum bellaminebant gerenda. Et tunc erat potestas semestris. Propter alias etiam causas creatus, quibus peractis finem accipiebat Dictatura. Sic legitur Liu. in 7. Dictatorem creatum fuisse, clauis figendi causa: quia, sicut memoria maiorum proditum erat clauo a Dictatore fixo, petitis sedata fuerat. Quare & morborum ingruentem saeuitate, eadem clauis a Dictatore facta fixatione, ceprimi posse putabatur. Cuius & rei causa creatus L. Manlius Dictator, clauum fixit dextro lateri adis Iunonis. In quo licet mirari vel imposturam de monum. vel superstitionem seu stultitiam populi Romani: vt aliquando eiusdem rude ingenium. §. Nam vt ait Linius eod. annales antea in clauis fuerunt, & per numerum clauorum fixorum fuerunt anni numerati, quod rarae literae eo tempore fuissent: idcirco; clauum ex lege vetusta figebat Praetor maximus. Dehinc a Consulibus ad Dictatorem, quia maius ei imperium erat, clauis figendi solemne translatus est. Et intermisso deinde more, res etiam per se digna visa est, propter quam Dictator crearetur. Meminit & idem auctor. idem eo. Fetiarum constituendarum causa aliquando Dictatorem dictum P. Valerium Publicolam, postea Lelium Fartum. Fuit & alius de causis dictus, veluti legendi Senatus, ferenda vel abroganda legis, Reipub. constituenda, seditionis sedanda, quaestiois exercenda, signi dandi mittendatum quadrigarum, vide Bartholom. Martia. in annal. Consul. in an. 25. 2. ab urbe.

De magistro equitum, & eius imperio.

CAP. 18.

- 1 Magister equitum quia esset Roma.
- 2 Praefecti praetorio principis auctoritas. Ius gladii, p. 4.
- 3 Magistri militum magistratus & potestas.
- 5 Cancellarius, Conestabulus, Meier vel maior domus, Consiliarius magnus in Gallia qui.
- 6 Magistoria dignitas diuisa.

Sicut Centores Consulibus auxiliares dati sunt, ita Magister Equitum datus Dictatori, Liu. in 8. Plin. in Fabio Eutrop. in 1. Dion. Halic. in 5. Magister equitum secundum Polybium lib. 3. est Magistratus qui erat officio Dictatori subiectus, tenebatque in exercitu

exercitū eius locum, si quando illum abesse necessitas Reipubl. cogeret, quemadmodum contingebatur Regibus Romanis prioribus, Tribuni ceterum: & Imperatoribus, Præfectus prætorio eorum, l. 2. §. populo deinde aucto, de origin. iur. l. 1. de offi. præf. prætor. P.

¶ Succellit namque in locum Magistrum militum officium Præfecti prætorio sub Imperatoribus, qui associati principali curæ militiæ gratia secum admodum post principes gerebant potestatem, etiam de eis plenior licentia ad disciplinæ publicæ emendationem, in d. l. 1. de offi. præf. Fene. de Magistr. c. 9. Vnus erat Magister militum, isque creatus seu dictus a Dictatore: vnus Præfectus prætorio, creatus a Principe: potestas vtriusque maxima. Fuerunt tamen alii Præfecti prætoriorum aliarum prouinciarum, quorum non fuit tanta dignitas, de quibus suo loco paulo inferius, Deo fauente, & de Prætoribus, §. Magistratum ¶ habebat legitimum Magister militum, d. l. 2. §. populo deinde aucto, & eius summum in omnes milites & ad cæsos, *Lin. in 2. Feneff. d. c. 9.* Et Varro, *Magister equitum*, inquit, quod summa potestas huius in equites & ad cæsos: ut est summa populi Dictator, a quo is quoque magister populi appellatus. ¶ Sic ¶ Præfecto prætorio qui ei succedebat, ut Magistro equitum ius gladii dabatur: retento tamen in eum in maiori imperio per Principem. Quod admonet Dio in Traiano, dum ait Traianum, Præfectum prætorii cingulo donasse eius dignitatis insigni, eique dixisse, accipe hunc enses: *Et si quidem restet aig. e. Repub. imperauro, pro mo. sin fecis, in me utere.* Cuius facti meminit Plinius, in Panegyrico Traiani, referens eius verba. *Ego quidem in me, si omnino utilis ita posueris, Præfecti manum armaui.* ¶ Estimant ¶ alii Cancellarium Gallie olim habuisse eandem potestatem in Fræcia, quam haberet Magister militum, & præfectus prætorio, ut *Budavus, in l. 1. de off. præf. prætor. P.* Ego tamen arbitror, nunquam siuiles fuisse potestates: quia & quo tempore habuit Fræcia Cancellarius iustitiæ præfectus, habuit & alios qui armorum curam sibi erant, & puro potius Magistro militum, & Præfecto prætorio, similem fuisse quem dicimus Conestabulum, vel Comitum stabuli, qui præficus Francie fuit comes palatii, Melereve seu Maior domus dictus, v. a. bi docuimus, in prima parte Synagmat. d. x. m. lib. 6. *Synt. c. 8. nu. 8.* ¶ Quo ¶ loci, & declinante imperio, magistratū militum dignitatem, ab Imperatoribus diuisam, in equitum pedumve præfecturas seu magistratūs præsentiales ostendimus, ex libro notitiæ Imperii Romani. Sic refert Triteuius lib. 1. Breuiarii Historiæ Franciæ, tempore Clotarii primi eius nominis regis Cancellarium eius fuisse Bauduinum, & qui non adhuc Cancellarius, sed Consiliarius magnus diceretur: & Momandum Alte folium, tempore Merouei & Childerici filii. Tamen tempore Clotarii erat equorū regalium præfectus Lanthe secundum Aymonium.

De Decemviris, & Triumviris summi imperii. Cap. 19.

- 1 Decemvirorum Romanorum introductio. §. nu. 6.
- 2 Decemviratus regum post mortem Romuli quis.
- 3 Decemviri agro diuisando.
- 4 Decemvirorum differentia.
- 5 Decemviri a Lyfandro constituti.
- 6 Decemviri legum causa quomodo electi, & eorum nomina: eorum superbia & expulsio. 8.
- 7 Triumviratus primus Pompeii, Syllæ & Marii: alius Octauii, Antonii, & Lepidi. num. 10.
- 8 Triumviri Senatus legendi causa, & aliorum negotiorum: ut Reipubl. constituta moneta, & aliarum rerum.

Dispositum populo iterum Dictaturæ & Consulatus administratio, & recidit Reipubl. in Aristocratiam. Et cum omnes Magistratus se abdicaissent magistratū imperii & legum iudicandum summa potestas in Decemvitos translata est, qui quandiu opus esset & donec opus commissum explerent, prorogare sibi possent imperium, anno 301 vel secundam alics 302. post urbem conditam, *Lin. in 3. Dionys. in 2. §. 10. l. 2. §. ex cæsis.* & §. cum placuisset, leges quod, de origin. iur. Feneff. historiæ nominat, De emiuro narrat, in lib. 14. de Magistr. Euiro lib. 1. c. 11. Eiuslib. de temp. Soli. c. 1. Ita Decemviratus ille, erat decem virorum absolutam & plenum imperium, sed ad tempus. Fuerunt autem & alii Magistratus Decemvirates, sed non eiusdem potestatis, cuius isti erant qui per triennium imperarunt. Et cum occupare perpetuo regnum voluissent, factore Appii Claudi adueniente indigno, erga L. Virginiam virginem & filiam, magistratu pulsi sunt, *Linus ubi supra, &*

Dion. Halic. in 1. Valer. Max. lib. 5. c. 1. ¶ Fuit ¶ alius Decemviratus antiquior, cum regio imperio creatus post mortem Romuli, & paulo post extinctus. Martuo enim Romulo decenti patres conscripti, ex quibus Romulus Senatū constituerat, distribuiti fuere in decurias, ex quibus Decemviris forte committebant vrbis imperium: qui non simul, sed vnus post alium quinque diebus lictores habebant, ceteraque insignia regia, quæ ceu per manus tradebantur a primo deinceps vique ad vltimum: & tunc quinque duanus ille magistratus migrabat ad sequentem decuriam, & inde rursum ad aliam. Quod tamē Decemvirale breui imperium durauit & abrogatum est a populo offenso crebris mutationibus potestatum: quod & dispar ingenium, nec voluntas esset eadem in omnibus, ut scribit Dion. Halic. in 2.

¶ Fuerunt ¶ & aliquando alii Decemviri creati a M. Iulio prætorē vrbis, pro metiendo diuidendoque agro Apulo Samnitico: quod is publicus Romani esset, *Lin. lib. 1. Decad. 4.* ¶ Sed ¶ neque isti, neque Decemviri quoque sacrorum causa, Dum vitiorum loco, quinque ex patribus, quinque ex plebe creati, de quibus apud *Lin. lib. 6. Dec. 1. & lib. 2. Dec. 3.* ¶ Sape alibi, ad euitandam populi suspitionem, habuerunt imperium merum summū aut liberum, quale habuerunt Decemviri legum faciendarum ratione facti. ¶ Ad ¶ quos tamen magis accedebant Decemviri, quos Lyfander elegerat in singulis ciuitatibus Spartiarum, qui tamen esse illi amicitia vel obsequio, vel hospitio ce nuntiati sumi, vel qui quod ei placuisset se facturos spondissent, ut omnia pro nuro suo regeret, & crudeliter gereret, *Emyl. Probia Lyfan. Diod. Sic. l. 14. in princ. Xen. in 3. rer. Græc.* ¶ Potestas ¶ absoluta Decemviralis quæ prope per triennium durauit, originem habuit a legibus faciendis. Cum enim placuisset leges extraneas acciri, quæ sine inuidia plebis & patritiorum latæ essent, missi legati Athenas, ut ait *Linus & Fenestella, Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus*, qui retulerūt Romanis tertio post legationem anno transcriptas ex Græcorum constitutionibus leges, l. 2. §. ex actis, & §. cum placuisset, de origin. iur. §. non in eleganter de iur. e. nar. gen. & in c. Moyses, 7. dist. quas decem principes & tribuente populo conscripserunt, consulari potestate creati, qui suo arbitrio leges corrigerent & promulgarent, interprete Hermodoro Ephelio, cui ideo statua in comitio publice dicata est, *Jul. Flor. lib. 1. Epit. c. 24.* ¶ Porro, ¶ secundum morem prisum ferendum legum, Decemviri pro censendis legibus, decem comitiis centuriatis a populo cum plena potestate, & sub lata prouocatione & intercessione, electi sunt, *Plin. lib. 34. c. 5.* Appius Claudius, T. Genucius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curuius, T. Romulus, Sp. Posthumius, Fenest. ubi supra. Decimo die ius singuli populo reddebant, eo die penes præfectum iuris duodecim fascies erant, collegis nouem singuli accensu apparebant. Hæ legem decem tabulis publicarunt: & cum adhuc dæ deesse tabulæ viderentur, cum Appio Claudio alii decem viri creati sunt, Appius Claudius, M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Mituitius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Petilius, T. Antontus Merenda, Cælo Duillius, Sp. Oppius Coruicera, M. Rabuleius, qui præter morem priorem tyrannice ceperunt regere & apparere singulis cum duodecim fascibus, & ita 12. o. lictores forum implebant, ut esset species decem regum idem c. 14. de Magistr. ex *Lin. in 3.* qui omnia pro nutu gerebant. ¶ Quomodo ¶ seditione orta, cum neque sequente anno vellent se abdicare magistratū, sessione facta, tandem abolita est ista potestas, & rediit ad consules. ¶ Sed ¶ inde fluctuante Republica ortum est imperiū Triumviratum, Cn. Pompeio, Magni Pompeii patre, Cornelio Syllæ & Caio Mario imperantibus, & sibi summum ius, & merum imperium, gladiique potestatem vsurpantibus, oppresso populo ceterisque eius magistratibus, *Linus in 3. Decad. 1.* Hinc bellum ciuile, quod processit ab ambitione & bonorum nimia cupiditate Marii, de hoc Triumviratu, vide *Vell. Pater. in prior. histor. lib. Plutar. b. in Mar. & Syllan. Forum lib. 77. abbreviata. Linus. D. August. lib. 3. de ciu. Deo. c. 27. 28. Entrep. lib. 5. Oros. lib. 5. c. 19. Plin. lib. de vrbis illustribus. c. 67. 68. 69. 75. & Soli. c. 40. Luc. in 2.*

¶ Fuit ¶ & paulo post alius Triumviratus summus & in quo non minori iactura & calamitate ciuium certatum est, quam in primo. Post mortem namque Iulii Cæsaris partiti sunt imperium Antonius, Lepidus, & Octavianus, quo facto postea Octavianus dignitate Lepidum spoliavit, dehinc Antonium circa Actium bello vicit, *Appian. lib. 1. bellor. ciu. Plutar. b. in M. Anton. Cicero. & Brut. abbrev. Linus. lib. 14. & 110. Cor. Tac. in 3.* ¶ Triumviratum ¶ Reip. constituendę per 10. annos administrasse Augustum, Suet. in

scribit, & totidem annis Triumviratum durasse, Suet. in August. c. 27. Alius tamen hic Triumviratus, qui summi imperii, a Triumviratu ab ipso eodem Augusto tribus viris dato, Reipublicæ constitutendæ etiam causâ, videlicet, vt Senatores legerent ex animi sententia, quos idoneos arbitrentur: cui & aliam Triumviratum adiecit eorum, qui turmas equestres recognoscere & recenserent, quale erat olim officium Censuræ Meminit & Gellius de Tribunis & aliis Reipublicæ custodiendæ, quos dixit habuisse ius cõsulendi Senatam: verum, quod habuerint summum imperiũ non meminit. Et in summa monendi sumus, non omnes Triumuiros esse summi imperii, sed habere iurisdictionem pro modo negotii illis commissi. Triumuiro quippe dicebatur & dici possunt, tres vici vni negotio præpositi simul, vt Triumuiro coloniarum inspiciendarum & deducendarum, de quibus & alii Wolphgan. Lælius lib. 3. comment. de repub. Roman. c. 3. nocturni ob incendia, l. 1. de offic. pref. vigil. capitales cõquirendæ pecuniæ causa, monetales, qui & Treuiri dicti, quorum munus erat numisma- ta probi auri, æris, & argenti, & iusti ponderis examinare, vt iuste militibus distribuereotur. Item Triumuiro pecuniæ cudendæ A. A. F. F. id est, auro, argento, ære flando, feriundo.

De Monarchiæ imperio, & potestate eius inter Romanos. Cap. 20.

- 1 Dictatura usurpata, initium imperii fuit.
- 2 Imperatorum nomen in castris, ducum erat cum necis potestate.
- 3 Imperatoris nomen in regia dignitate prius usurpauit Julius Cæsar.
- 4 Imperium in decennium collatum Octauio, & successorum ea de re mos.
- 5 Imperatori ampla data omnium Magistratuum Romanorum potestas.
- 6 Magistratum potestas a solo principe pendet.
- 7 Officiariis Magistratus Gallia, mortuo rege firmari a successore debent.
- 8 Legum potestas penes principem.
- 9 Regia lex de imperio Hetruscæ regni, Medoræ regis, Iudaorum, nu. 10. 11. 12.
- 13 Artes Imperatoria & regie due, militaris, & legalis.
- 14 Indicia bona, firmamenti regnorum, & 15.
- 16 Regia dignitatis finis, & rationes, & 17.
- 18 Regis seu principis propria & soli competentia.

Potestatem imperium Reipubl. Romanæ per plura Magistratum discrimina, nunc apud duos, nunc apud vnum, postea apud plures in actum fuit, tandem aliquando ad vnitatem regiam recidit, mutato nomine regni tantum in imperium. Quod initium est per vim perpetua Dictatura, primũ usurpata a Iulio Cæsare, & conuersa in imperium summum, merumque & liberum.

Imperatores, ¶ cum Romana Reipubl. partim Democratiæ, partim Aristocratiæ gubernaretur, Senatus, Consul, & Tribunalium iussu, dicebantur ratione fortitudinis & nauæ strenue contra hostes opera, vt docuimus lib. 16. Syntagmatis. cap. 2. nu. 7. & seq. ideo non repeto. Duces tunc & Imperatores dicti, qui & haberent in exercitum sibi commissam vitæ necisque potestatem, & in hostes. Qualem & fuisse Germanorum Ducibus sic scribit Iul. Cæsar lib. 6. belli Galli. Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, Magistratus qui ei bello præsunt, vt vite necisq. habeant potestatem deliguntur. ¶ Quare ¶ Iulius Cæsar, cum Dictaturam obtinisset perpetuam, nihilominus nomen Imperatoris retinuit, quo fuerat antea & donatus & salatus a militibus, Plut. in eius vita. Quamuis antea hoc nomen esset inferius dignitati regie. Quam obrem eius summæ potestatis successores, imitati Iulium Cæsarem, Imperatoris nomen pro titulo retinuerunt. Quod etiam ille titulus antea, noanisi insigniter strenuis, decerneretur a Senatu, Cic. Phil. 1. 4. Et ita Dio Cassius obseruat, populũ Iulium Cæsarem Imperatorem appellasse, tanquam illi summũ ius concessum esset, Dio Cass. lib. 33. hist. ¶ Mortuo ¶ porro Iulio Cæsare, abolita fuit perpetua Dictatura, etiamq. principatus, vt docuimus in Dictatoris exagefi. Quare populus Octauio Cæsari Augusto in tempus decennii contulit imperium, eoq. exacto per continuatam decennalem renouationem, id ipsum permisit quandiu vixit: eoque mortuo eius successores illud consecuti sunt, vt quamuis perpetui essent, tamen singulis annis festum, veluti renouati imperii agerent, Zon. tomo 2. in Octauii vita. Dio Cass. lib. 52. Refert & Suetonius in Augusto, c. 27. Augusto tribunitiam quoque po-

testatem perpetuam datam fuisse, in qua semel atque iterum sibi collegam cooptauit: item recepisse mortum ac legum regimen æque perpetuum.

¶ Zonas ¶ etiam omnem potestatem, quæ Consul, Tribunorum plebis, Censuram, ceterorumque Magistratum denique qui olim fuerant, in Imperatore translata, vide qua diximus de his, lib. de arte iuris, c. 9. nu. 17. datumque in super, vt legibus & a legum nexu solutus esset. Tribunitia potestas maxima pars imperii putabatur, vt ait Flauius Vopiscus in Tacito. Quapropter obseruatum fuit, Imperatorum salutaciones & inaugurationes his titulis ornari. Sic legitur apud Iulium Capitolinum in Macrino, quod Macrino & Proconsulare Imperium, & Tribunitiam potestatem detulerant. Et rursus in Balbini & Maximi vita, Decretis, inquit, omnibus Imperatoris honoribus, & insignibus omnibus, percepta Tribunitia potestate, iure Proconsulari, Pontificatu maximo, patri etiam patri nomine, meruerunt imperium. Idem etiam auctor, eadem fuisse delata Antonino Pio, scribit in eius vita. Vnus ergo Princeps, omnium Magistratum potestate donatus, cepit esse, cuius potestas libera est: & ita de omnibus, quibus omnes Magistratus & Reges olim, & populus stauerebant, ipse statuere & cognoscere potest. Et proinde Magistratus creatio in manu est Principis, l. 1. ad leg. Jul. de ambi. P. §. 1. que sunt rega. in vlt. feud. vt erat in manu populũ ante, Dion. Halic. in 2. Gell. li. 14. c. 14. & lib. 15. c. 27. & passim apud Liu. & Cic. pro Plancio. ¶ Sic candidati, qui circuebant populũ suffragiorum causa, vide Liu. in 4. Fla. Blond. lib. 3. Triumphant. Roma, Plut. in vita Coriol. & Problem. 48. deserunt esse. Omnium Iudicium & officiorum iurisdictione, omne imperium ex voluntate & fonte principis procedit, vt num. 11. Exod. 18. & mortuo officario ad principem reuertitur. Et successor in regno perinde liber ac qui præcessit, nec si noluit tenetur leges prædecessoris sequi, & quibus vult officia & Magistratus adimit, & confert, Bald. cons. 1. 61. incip. proponitur quod per commune. 3. vol. ¶ Quod ¶ in Monarchia Gallicana recte tenetur, vt necessarium sit mortuo Rege, omnes Magistratus a successore Rege confirmari & auctorari propriis codicillis, quamuis interim quod & Republica & populo est, iustitiam non faciant, ita placuit Senatus, vide Ioan. Lucium, lib. 4. Placito. in 1. plac. 15. ¶ Solutus ¶ est legibus, supra, contra, & præter leges statuit princeps, l. 3. C. de test. l. princeps, de legib. solus legem abrogat & condit, l. fin. C. de legib. solus interpretatur, l. 1. C. eod. solus ab aliis latus confirmat, aut auctoritate de nat. l. 2. de offic. pref. Orient. & Illyr. C. quia olim & hoc ipsum populus poterat, Dion. Halic. lib. 1. Cic. 3. de legib. & Philip. 5. §. lex est, de iure natur. apud Iustin. l. de quibus, de legib. Vnde dicebat Phalaris, epistol. 62. ὅπου ἄν δ' ἄλλ' ἔρεται εἰ ἐπιβῆς ἢ ὄν ἡγοῦς ἢ πείθῃσαι, ἢ ἴδῃς ἢ εἰπὴ τοῖς ἰσχυροῖς, id est, Nec alia de causâ est nomen meum graue, quam quod non obtempero legibus: Lex enim ego sum subditis. Sicque, vt dixit Demosthenes, 2. orat. con. Philippum, Rex & tyranus omnis est libertatis inimicus, & legibus princeps lex animata in terris, §. 1. de consul. in Authent. supplet sua præsentia omnia solemnia iuris, l. omnium, C. de test. l. pen. de donat. in v. vir. & vxor. C. l. sancimus, iuncta Auth. seq. C. de donat. Salutem Reipubl. tueri, huic magis quam alii conuenit, l. 3. de offic. pref. vigil. P. & pro ea vigilare, §. 1. vt diuisi iussu, subscript. habe. glorios. quæst. in Auth. ordinatione diuina dicitur, electusque ad regendum populũ, e sergio, S. dist. & omnes iu. ados, c. Clement. 8. q. 1. præter leges reliqua multo magis facere potens, quæ faciebat populũ, l. Barbarius Philippus, de offic. pref. prat. P. ¶ Regia lex de imperio lata est, per quam potestas a populo in principem translata est, l. 1. de offic. pref. prat. l. 1. de const. princ. P. l. 2. §. nouissime, de orig. iur. P. §. sed & quod principi placuit, de iure nat. apud Iustin. late Theoph. in §. tres diximus, eo in Institut. iur. ciuil. cuius rogationem quidam tribuant Horatio, alii Horatio. Quamuis & Horatio Dictatori quidam tribuat legem illam solus, qui cantum, vt plebscita pari modo patricis, quo plebem & omnes Quirites tenerent. Gall. lib. 15. c. 27. Liu. lib. 3. l. 2. deinde cum esset, de ori. iur. P. Puto ego tamen tum latam hæc regiam esse, cum Augusto populus potestatem omnem concessit, vt scribit Zonas. ¶ Plena ¶ tamen illa fuit lex & sine aliqua reservatione, distans a regia illa, quæ a Hetruscis Tarquinium Priscum in Regem potestibus, translata est. Nam tunc conditionibus adiectis transfulerunt imperium, quod is neminem Hetruscõrum occisurus esset, ex filio pecuniave multaturus, ciuitates ipsas sine præfidiis relinquere, sine aditionibus, easque suis legibus viuere permitteret, in nullo mutato statu Reipublicæ, Dionys. Halicarn. in 3. ¶ Quem admodum & Medi Deicem Regem sibi elegerunt & Regibus se libe-

se subiecerunt, ut ditio eorum bonis legibus administraretur, & ad sua quisque opera diuertens, nunquam ab aliquo impunitate scelerum violaretur, Herod. in 1. ¶ Plebitorum autem lex est imperii in 1. Reg. lib. c. 8. constituta, seu declarata a Deo, a quo venit omnis potestas, ad Rom. 13. & per quem Reges regnant, & Principes dominantur, Prouer. 8. Limes clarus, C. de sum. tri. & fide cath. ¶ Formulam autem exercendi hanc potestatem nomen indicat Regis, quod a bene imperando & regendo dicitur, a clerico, uersu. Pontifex, 21. dist. Et Horatius,

— At pueri ludentes, Rex eris aiunt, Si recte facies.

Et Augustinus,

Qui faciet recte, non qui dominatur, erit Rex.

Si secundum leges optimas, vel a se, vel ab alio recte sancitas, uiuat & imperet. Est enim digna vox in maiestate regnantis, subditum se bonis legibus profiteri, l. digna uox, C. de legib. quamuis ex potestate, illis non teneatur, l. ex imperfecto, 23. de lega. 3. Dux sunt artes bene imperandi, legum peritia, & ars militaris: legibus in pace, armis belli tempore uitur, §. in proem. ff. de iur. ciu. & in rebelles, impios, & contumaces, gladio, utque leges defendat, l. i. de test. Cod. conf. C. obtemperare cogat, l. qui resuere, de rei vind. P. puuati, l. cum nos, ad l. iul. de adul. C. idq; propter Reipubl. urgentem necessitatem. Legibus, iudicis, & iurisdictione concessa uis seletis, vel per seipsum non patitur ad arma subditos presilire, si possit aliter controuersias eorum dirimere, l. equissimum, de uisus. l. nullus, C. de iud. l. i. Cod. unde uis, l. i. quando lic sine iud. se uindica. C. Armateque priuatis prohibet, & eorum sibi potestatem retinet, & cui uult concedit, quando expedire uidetur, §. i. de armis, in Auth. l. i. ad l. iul. de vi publ. Ita cum discretione & iure a quoque & bono, gladio uitur. Atque ut recte uti possit omnium legum noticiam habere, & omnia iura in scrinio pectoris continere presumitur, l. omnium, C. de testa. diciturque & plenus philosophia, l. penult. C. de his quib. ut indign. pater & anima legum, §. dubitatum, de iucest. nupr. in Auth. Et uerum officium regum est & precipuum, populum suum recte & iuste iudicare, & gubernare cum intellectu & prudentia. Quare cum a Deo lex futuro regi prescriberetur, inter cetera adiectum est, Deuterono. 17. Habebit secum uolumen legis Dei, accipiens exemplar a Sacerdotibus

Leuitica tribus, legesque illud omnibus diebus uite sue, ut dicat, timere Dominum Deum suum, & custodire uerba & caerimonias eius, quae in lege praecipita sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet in dexteram partem uel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filii eius super se ael.

¶ Et ab hac parte regni, qui optime imperabant populo Israelitico, dicti sunt Iudices, ut constat ex libro Iudicum. Iustitiae sceptrum, fundamentum etiam est potestatis, quo dituro vel effosso, cadit regnum, & incidit in tyrannidem, & aufertur merito a possessoribus. Scriptum enim est, Ecclesiast. cap. 10. propter iniustitias, iniurias, & diuersos dolos, regna transferuntur de gente in gentem. Item Prouer. 25. Ausur impetiatem de uultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Et iterum Sapient. c. 6. Si delectamini sedibus & sceptris, o Reges, populi diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientia omnes qui praesitis populo. M. Tull. Cicero his inscribit, 2. Officior. Mihi quidem, inquit, non apud Aegyptios solum, ut ait Herodotus in 1. sed apud maiores nostros iustitia fruenda, caussa uidentur olim bene morati Reges constituti. Deinceps posteris per manus a patribus regna tradita sunt.

¶ Iudicare ¶ debet Imperator & Rex in propria persona, potissimum de miserabilibus personis, & ab impiis & potentioribus oppressis, l. i. quam imp. inter pupil. & uia. C. Iudicauit ipse Mydas Rex Phrygiae Gordii filius, qui & fellam regiam in qua ius solitus dicere in templo Delphico sacrauit, Herod. in 1. Dicebat Rex Persarum ius in throno aureo, purpura pro tapetibus extensa, adstantibus qui in hastis mala aurea deferrent, Athen. lib. 12. c. 3. Dipnosophiston, quemadmodum & hodie iudicibus adstant cum hastis vel baculis, hostiarii. Alexander quoq; Magnus, iura dicebat eum proceribus sedens in throno aureo, idem a. lib. c. 18. Iudicabat & ipse Gelon Syracusarum Rex, idem eod. c. 15. & Iulius Caesar, Appian. Alexand. lib. 1. bello ciuili. Et apud Mossynec perpetuo Rex iura poscenti cuiusque reddebat, sed maiori cum seueritate: quod & ipse paenas lueret, si male iudicasset, quod ex uerbis Apollonii Rhodii colligit, is enim sic scribit, Apoll. Rhodig. lib. 2. Argonaut. uersu 528.

Αὐτὸς δὲ ἰ-ἴσθρ βασιλεὺς ἔμοχθη τὸ δαδόν
Ἰδίας πολέων ἀίγυς λαοὶν διέδξ

Σχολιῶν, εἰς 38. Ἐν δευτέρῳ ἀδ. 173
Νῦν μὴ κείν ἡμῶν ἐνδεκατῆς ἔργων.

Id est,

Porro in altissima Rex domo sedens,
Aequa multis iura populi distat.
Miser, si enim alicui iura reddendo erraueris,
Fame ipsum ea die includentes, afficiunt.

¶ Sicque ¶ constat, cuius causa, & propter quem finem, & quibus rationibus Imperatoria vel Monarchica dignitas gladium, summum merumque imperium, & sceptrum habet. Non enim sui tantum causa, aut ut suis fruatur uoluptatibus, sed ut seruiat subditorum & Reipub. commodis, & tranquillitati. Nihil enim aliud est regnum, secundum Aetrigoni sententiam, quam nobilis seruitus, Aelian. lib. 2. de var. hist. c. 20.

¶ Improbum ¶ reddunt principem & a sine probi regni uertunt nimia licentia, rerum copia, amici improbi, & auarissimi, satellites detestandi, auilici stulti vel detestabiles, iudices per illum quos fieri non oportet, facti, rerum publicarum ignorantia, & incertitia eius, quod probandum est, amotio eorum quos retinere oportuit, contra ius regni imperare, uera non inquirere, pro prios sequi affectus, notat hac Fla Vopis in Aurel.

¶ Dispensare ¶ princeps debet, quae potestati summe sunt, cum ratione ex aequo & iusto. Quocirca ei quaedam tanquam superiori relicta sunt, quae aliis omnino interduntur. Iura item illius propria sunt, ut quae regalia dicuntur, §. i. que sint, regal. in Auth. dare ueniam aetatis, l. de iis qui uen. aet. impor. C. legitimatio per rescriptum §. illud, & §. penult. qui. mod. natur. eff. sui. ca. per uenerabilem, qui fil. sint. legu. in Gallia gratia, indulgentiae criminum, abolitiones, restitutiones in integrum, & alia quae uel a magna Cancellaria regis, uel ab aliis officinis equitatis, impetrari debent nomine regio.

De distinctione Iudicum, ratione Imperii & Iurisdictionis. Cap. 21.

- 1 Imperium merum & liberum non tractatur a Iurisconsultis.
- 2 Imperium iudices merum non dicuntur habere.
- 3 Merum imperium quid, & quae ad illud pertineant, nu. 4. 5. 6. & 7.
- 4 Iurisdictionis finitio, diuisio in plenissimam, plenam & semiplenam: alia diuisio in imperium & iurisdictionem: alia in altam, mediam & bassam, num. 9. 10. & 11.
- 5 Libelli subscriptio a iudice, mandato aduersario, in quibus fiat.
- 6 Imperio mixto quae tribuantur.
- 7 Confiscationis ius, cuius iurisdictionis sit.
- 8 Priuilegium sub pena confiscationis persona & bonorum, a quibus fieri possunt.
- 9 Iurisdictionis bassa seu inferioris, quae dicantur.
- 10 Conduutores seu redemptores fructuum iurisdictionis, quos emendat & confiscationes patiunt.
- 11 Furti cognitio ad quos iudices pertineat.
- 12 Iurisdictionis alta, media, & inferioris quae sint, certantur, & resolutio.
- 13 Iurisdictionis competet consuetudine, lege, priuilegio, pacto, praescriptione, & seq.
- 14 Praedialium iudicum iurisdictionis.
- 15 Praescriptio iurisdictionis quae requiratur, & quales sit, & seq.
- 16 Causae regiae solus notione.
- 17 Superioris dominis ius & iurisdictionis, praescribi nullo tempore potest.
- 18 Iurisdictionis Ecclesiasticae a laicis usuruari uel praescribi non potest.
- 19 Ecclesiasticae persona, pro quibus criminibus a foro laico iudicantur.
- 20 Iurisdictionis non praescribitur a priuato.
- 21 Iurisdictionis praescribenda quod temporis spatium exigitur, & nu. 30.
- 22 Iurisdictionis contentio in possessorio, quomodo interim terminanda.
- 23 Iurisdictionis mensura potestas etiam ex qualitate determinata, & quantitate summarum attributa.
- 24 Territorium iurisdictionis est inspicendum.
- 25 Territorio iurisdictiones quaedam non adherent.

Hactenus dictum sit de Magistratibus summis & maioris auctoritatis apud quos summum, merum, & liberum uideatur esse imperium. De aliis dicendum nunc est, qui imperii mext

quandam habent causam, alii quibus maioris, sed non imperium regium: nam certe vix illud Iurisconsultorum subiicitur tractationibus, nisi quatenus iura regia conseruare satagent, quae regalia dicuntur, §. i. *qua sint regalia, in Auth.*

¶ Ideo imperium, sub titulo de iurisdictione omnium iudicum, ponitur non sub aliquo titulo, de iurisdictione regis. Et proinde de mero, absoluto, libero, & summo, pauca vel fere nihil agrediat explicare: de mixto vero & iurisdictione abunde in ea lege, & in toto titulo tractatur. Ita iudices qui creantur a principe, non dicuntur lege determinatum, vel ex limitatione principis distinctum, vti ita animaduertendi gladio habeant, cum limitata potestate ex iure vel constitutionibus regis, vel codicillis eiusdem. Quemadmodum & obseruare licet in illis Magistratibus, qui olim vel a populo mittebantur, vel nunc a principe mittuntur in prouincias cum imperio. Illi enim quia principem aut populum referunt, ius gladii & de imperio mero potestatem habent, & ita in illis merum imperium, sed non absolute merum, vel liberum aut summum, illudque quod habent non est rerum omnium: vnde nec aliis libere mandare possunt, *l. illicitas, §. qui vniuersi de off. praes. nemo potest, 71. de reg. iur. P. l. solet, de off. Procons. P. Quare & cum prouincia illi etiam iurisdictionem accipere dicebantur, l. obseruare, 4. §. post haec, de off. Procons. P.* quam in prouincia tantum designata exercent: neque adhuc in ea primas partes, sed post principem gerunt, *l. i. §. l. & ideo, §. eo.*

¶ Proinde ius quod dicuntur habere gladii ad animaduertendum in facinorosos, intelligendum est, quando legitime cognitio, recteque praecedat, non aliter, *Petr. Jac. in praxi, c. de libello super iurisdictione, §. item executio sententiae. Probatur & ex l. 4. §. condemnatum, de re iudic. P. l. pen. & in comina, vel epist. vic. rei iud. non hab. C. l. 7. ti. 57.* Vnde est ibi iurisdictione, & mixtum imperium cum iurisdictione, & non merum absolute, sed secundum quid, cui accedit, quod & praefides prouinciarum, praefecti, vicarii, & id genus alii, quibus committebatur gladii ius a populo vel principe, tenebantur, imo cogebantur reddere rationem gestorū, nunc secundum leges vel contra ad ministrarent, *l. vnic. vt om. iud. tam ciuili quam mil. post depositam administrationem, §. c. l. b. i. C. iur. 50.*

¶ Illud autem non conuenit habenti liberum summum, & merum absolute imperium. Iuridicando etiam Magistratus praesesse, de omnibus loquens Magistratibus Pomponius respondit, *l. 2. §. post originem, de orig. iur. P.* Quocirca si verum fateri velimus, dicemus ea, quae nostri interpretes referunt ad merum imperium, esse mixti imperii, quando de Magistratibus agimus, in quibus non potest inueniri merum imperium, id est, sui iuris absolutum & liberum. Neque aliud imperium in illis quam quod exerceri debeat, cum legum & principis temperamento. Etsi, vt monui, non negem ea, quae a solo principe exerceri possunt, posse committi

Magistratibus, & quae meri sunt imperii. Ratione tamen eius, si velis dicere Magistratus habere merum imperium, pro eo quod tractent cum cognitione causae & ordine iuris ea quae potest princeps sine eo ordine & sine alterius licentia, consentio, imperium merum, secundum quid tamen, posse nos dicere Magistratus quoddam habere, alios non habere. Idque libentius admitto, ne declarata proprietate, nimium ei inhaerendo peruertam id, in quo laborant maiores, qui iuris lacernam nobis praetulerunt, & definerunt quae meri imperii dicerentur: quae ita cum contingerint vnicuique nobiscum conuenient, vt meri imperii dicantur, id est, quae de mero imperio participat, & ad ius gladii liberum pertinent cum exercentur a principe. Ita meri imperii dicitur potestas imponendi vltimum supplicium, vel capitales poenas, ius animaduertendi in facinorosos homines, *Imperium, de iurisd. om. iud.* Vltimum supplicium mortem interpretatur, *l. vltimum supplicium, de poen. in P.* Colligit autem Chaffaneus casus pro quibus poenae vltimi supplicii imponantur in iure, *Chaffaneus in rubric. de iustices & drosels d' icelles, ad illa verba, drosels d' icelles, in consuetudin. Burgund.* extra quos in criminibus extraordinariis leges relinquunt arbitrio iudicis poenas imponendas, perpenis negotiorum circumstantiis, *leg. respiciendum, 11. & leg. hodie, 13. de poen. P.* in quibus iudex consilio adhibito vltimum etiam supplicium, si ita rectum videatur potest imponere, *fel. explicat. in c. ex literis, col. 10. ver. tertia declaratio, de consuet. & in c. inquisitionis, col. pen. de accus. Alex. cons. 5. circa fin. & cons. 111. col. 3. vol. Boer. in §. 3. de iurisd. om. iud. in consuet. Bitur.* dummodo non committat legem expresse. Dicunt & iubere cauere pratoria stipulatione & in possessionem mittere, esse imperii magis quam iurisdictionis, *l. iubere cauere, de iurisd. om. iud. P.* Et ea quae specialiter conceduntur a principe Magistratibus, quae non competunt iure Magistratibus, *in l. 1. de off. eius cui mand. est iurisd. & quae maiori potestate quam Magistratus exercentur, Bar. in d. Imperium, num. 5.*

¶ Illud tamen etiam, quod ad iurisdictionem efficacem Magistratus pertinet, dicunt ad merum imperium pertinere: vt compellere aliquem captis pignoribus, multa, carcere, coercitione criminali, quae congerit in vnum Chaffaneus in d. rub. de iustices, & d. verba, *verf. quae sunt, de mixto imperio.* Iubere ponitur interdum pro dicere, *Ter. in Eun.* quod interdum idem est ac decernere, *Angi. d. d. mandare, imperare, vt necessitatem obtemperandi inferre videatur, vt & ille verficulus indicat:*

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Et Terentius, *Sex. Pomp. Festus, de ver. sign.*

Iubeo, C. H. iubeo, cogo atq. impero.

¶ Sed & illud huius imperii dicunt esse, quod expediri potest officio, vt dicit nobili iudicis, quale sit, mox aperiam Deo iuuant. Nos plenissimam quod dicunt merum imperium, iurisdictionem dici posse arbitramur, quia datur plenior potestas, & de capite hominis iuris diceat potestas, *l. 2. §. & post, de orig. iur.* Etenim sub nomine iurisdictionis in genere sumitur, imperium omne quod Magistratus exercent, contineri arbitramur: & vltra, iurisdictionem in specie, sine mero aut mixto, vt dicunt, esse posse.

¶ Quod tamen vt facilius appareat, dico, iurisdictionem in genere de finiri, vt sit potestas, *l. potestatis verbo, de verb. signi. P.* de publico introducta, *l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. P. §. huius studii, de iure nar. apud Jult. l. filius familias, de iis qui sunt sui vel alii iur. P. l. quippe iudicare, de iud. P.* cum necessitate, *§. sedebunt, de iudic. in Auth. l. munerum, §. iudicandi quoque, necessitas, de mun. & hono. l. 2. de offic. iud. Exod. 18. iuris diceat, l. nemo, de sent. & interl. om. iud. C. quid continetur in dictione iuris docet, l. de iurisd. om. iud. P. l. prospexit, qui & a quibus man. libe. non sunt, aut aequitatis statuendae, l. placuit, de iud. C.* Sic enim conuenit inter interpretes definiti, *in d. l. de iurisd. om. iud. P.* Haec itaque iurisdictione late patet, & continet in omnibus suis partibus & Magistratibus imperium aliquod, *l. potestatis verbo, de verb. signi. P.* pro gradu potestatis vel maius vel minus, & modicam coercionem quae & inferiori inest iurisdictioni, & imperii cuiusdam habet speciem, sine quo iurisdictione aliqua esse non potest, *l. fin. de off. eius cui mand. est iurisd. P. l. 2. §. l. magistratibus municipalibus, de iurisd. om. iud. P.* Quare tamen commo diuidetur iurisdictione in plenissimam, plenam, & semiplenam, *gl. in l. si in aliquam, §. si de off. Procons. P.* Plenissimam referunt, qui maiorem post principem in aliqua prouincia habent auctoritatem: qualem habet Proconsul, *d. l. si in aliquam, §. fin. & Praefes prouinciae, l. 4. & Lomina, §. seq. de off. praes. P.* Plenam habent illi, quibus nostri interpretes tribuunt ea, quae dicunt esse mixti imperii. Semiplenam illi, qui habent modicam coercionem. Iurisdictione sic maior, vsurpatur pro mero & mixto imperio, *gl. in §. iulianandum, in ver. quae iurisdictione egent, de defens. ciuili, in Authen. Chaff. in rub. de iustices, nu. 24. conr. Bar.* hoc est, quando cognoscitur de his, quae meri aut mixti imperii dicuntur esse.

¶ Alio tamen modo quidam diuidunt iurisdictionem, in imperium, & iurisdictionem: vt & species sit & genus. Vt adoptio diuiditur in adoptionem, & arrogationem, *l. 1. de adopt. P.* Ita enim accipiunt iurisdictionem in specie, prout differat ab imperio mixto. Bartolus ante signanus huius sententiae, imperii scilicet mixti ea arbitratu est, *Bar. in Imperium, nu. 6. 9. 23. de iurisd. om. iud.* quae expendantur officio iudicis nobili, aut per actionem seu accusationem publicam vtilitatem principaliter respicientem. Iurisdictionem autem in specie, quando controuertitur de vtilitate publica, & de eo quod expedit officio iudicis mercenario. Vocat officium nobile, quod actioni non seruit: mercenarium quod seruit. Quae certe nomina potius obscurant quam explicent Iurisconsulto rum responsa. Non enim video, quomodo recte nobilis & mercenarius iudex in hac questione dici possit. Verum tamen, quia patres vsi sunt his nominibus, explanabo potius sententiam & mentem, quam verba. Puto enim metaphora tracta a famulis, qui additi sunt praepcepto eorum, quibus inferuunt, dixisse mercenarium officium iudicis, quod legum formulis & actionibus inferunt, id est, quod nihil aliud potest, quam legibus praescribitur statuendum in actione proposita, cuius propriam naturam sequi tenetur iudex, qui habere dicitur solam iurisdictionem, *l. sed & quod, §. quod met. caus. in P.* Et ideo non dimittitur eius arbitrio, *l. secunda, §. nunc, de eo quod certo loc. in P.* Et in

Et in illa iurisdictione medica quidem coercitio est, in l. fin. de off. iudi. c. i. mand. est iuris d. P. l. 2. de iuris d. omn. iudic. videlicet, ut iuris quis satis facere cogatur, & sic præponderat iurisdictioni imperio illi modico, quod propter tutandam iurisdictionem, adhibuitur est pro conferenda auctoritate iudicandi de publico concessa. Quod cum accedat iurisdictioni, suum ei non dat nomen: quia accessorium est, & accessorium naturam eius cui accedit, accipit, l. accessorium, de reg. iur. Dicitur hoc officium mercenarium melius, ordinarium. Ut contra, quando imperium magis prævalet in iurisdictione, iurisdictioni imperium dicitur: quod magis ea accedat ad imperium, l. ubi, de iuris d. omn. iud. Vnde officium forsitan nobile interpretes antecessores nominarunt illud, quod ad imperium magis accedit, quod nobile fit minus imperare, & posse extra formulas actionum, id est, extraordinario iudicio, vel sine actione a iure proposita, quando æquum videbitur, propter potestatem maiorem concessam statueri extra ordinem, ut patent exempla in iure in l. quod si minor, §. si de minor. 25. an. P. l. qui bona §. qui damni, de damn. P. l. 1. §. 101. ut de var. & extraor. cogn. Est hoc officium iudicis extraordinarium, quod absolute dicitur officium iudicis, P. l. officium autem, §. de rei vind. P. Causa in l. officio iudicis, 27. sum. eras. P. Quia iudices qui habent maiorem potestatem, & publicam rerum concessam curam, Rempubl. potius quam singulorum saluam fore promiserunt, l. de magistr. convenien. Et quia iura nova statueri, nec constituta immutare possunt (nam ea iura principis l. neg. leges, §. l. leg. de legib.) tamen data facultas his, qui huic maiori iurisdictioni præsumunt procedi ad ea que his, que statuta sunt, similia sunt, ut & possunt certa iurisdictione implere, l. non possunt, in l. nam ut ait Papius, de legib. in P. Ad officium itaque pertinere debet proprie, quoquomodo lites delatas dirimere, l. quidam existimaverunt, 21. de reb. cred. P. Maxime hodie, cum præscriptiones formularum actionum, non considerentur ex publica necessitate, l. 2. de form. & impetr. subla. C. de electi, de iud. d. l. 1. de iuris d. om. iud. P. Quare & quod sine contestatione precedente iudex potest, id recte officium dicitur. Et ita Ulpianus respondit, l. 1. de iuris d. om. iud. P. Jus dicitur officium iurissimum est. Nam & potest bonorum possessionem dare. (scilicet eam que non tribuit ius, non autem eam que cognitionem desiderat: nam ea est iudicis, non officii, l. 2. §. in bonorum possessione, quis ordo in bon. poss. serue. P. pupillis non habentibus tutores, constituere iudices litigantibus dare. Dicitur & ex officio iudicis fieri, que præter actionis vel obligationis causam decernatur, ut in l. quæro an fideiussores, §. 6. loc. P. l. qui per collusionem, §. 1. §. final. de act. em. P. & quando ex causa actio admittitur eius, cui iure non permittitur, & ita ei subuenitur ex officio, ut in l. si longius, §. 1. de iud. P. l. cum filius familiaris, de reb. cred. in P. l. cum debitoris, l. 7. C. de iud. cum simi. ¶ Dicitur quoque esse huius officii, & ex causis mixti imperii, sine contestatione decernere per subscriptionem petitionis libelli, parte non audita, gl. in l. 1. de ass. C. quod sit tantum in his, que cognitionem causæ non desiderant, l. nec quicquam, §. ubi decretum de off. Procon. l. omnia quecumque, de reg. iur. P. N. q; enim subscriptio vel responsio, mutat causam statum vel possessionis, etiam si fiat a principe, in l. 2. C. si per vim vel a. i. o. mod. abs. poss. fuerit occup. Quare nec potest hæc potestas subscribendi mandata, l. 2. Cod. de assessoribus.

12. ¶ His tria adiungere operæ pretium censeo, que pragmatici seu practici de istis iurisdictionibus & imperio tradunt, & eorum sectionem qua curiæ & vulgus vitur. Dicunt itaque iurisdictionem diuidi in altam seu supremam, & inferiorem, quam vocant bassam: alii addunt & mediam. Petrus lac. de li. super iuris, in sua praxi, qui altam & bassam tantum constituit, altam dicit habere meri imperii causas: medium, mixti, Et meri tradit imperii esse, impositionem pœnæ mortis naturalis, amissionem libertatis: ut damnationem in metallum, amissionem ciuitatis, deportationem in insulam, gl. in l. 2. in ver. oportere, ut no. pri. ut pr. ad. ius vel alien. C. C. per l. illicitas, §. qui vniversas, de off. praef. P. mutilationem membri, atrocem verberationem, relegationem, banitionem qua comparat deportationi, crimen falli, Angelus ad l. imperium, de iuris d. omnium iud. §. colom. ad altam iurisdictionem & merum imperium vult pertinere quoque statuti noui condendi facultatem. Ideo, inquit, si quis est in feudatus de castro vel de ciuitate cum iurisdictione, si in feudum ei datum sit castrum vel ciuitas, non potest cedere statuta: quia appellatione simplicis iurisdictionis, non veniunt que meri vel mixti imperii sunt: sed tantum que simplicis iurisdictionis sunt. Nisi ea concessa sit plenissima iurisdictione. Nam tunc generalis iurisdictionis appellatio, & que imperii sunt

meri & mixti, continet, Bald. in l. si aliquam, §. cum plenissimam de off. procon. P. Sic uti & verba omnimoda iurisdictione, gloss. in Clem. 1. §. omnimoda, de foro competet. auet. tunc iurisdictione.

¶ Mixti imperii idem Pet. Iacobus dicit esse, que iurisdictione ingenuitatis, ea que magis iudicis officio, quam iure actionis expediuntur compellere aliquem captis pignoriibus, ius bannizandi in neoribus & hortis, pascuis, & aliis locis, quod & Chassan. probat ad rubric. des iustices, num. 28. in consuetud. Burgund. ius pedagogi exigendi in via publica, ius ponderandi, mensurandi, & frangendi falsas mensuras, omnes causas ciuiles supra trecentos solidos, ut in §. 3. iudicare, de defensor. ciuit. in Authen. Addit Chassaneus ubi sup. vers. que sunt, esse mixti imperii, cognoscere per viam supplicationis de causa, de qua alias non fuit supplicatum; id que iuxta sententiam Bartoli & Iaso. in d. l. imperium. Item mittere in possessionem ex secundo decreto, expellere re ipsa de possessione, dare bonorum possessionem que tribuit ius, interponere auctoritatem alienationibus & transactionibus alimentorum, emancipationibus, maoumissiombus, causa nullitatis, ponere rem in manu curiæ, ne litigantes veniant ad arma, iuxta l. æquissimum, de usufruct. At distinet Chassaneus a Pet. Iacobo in banitione, quam dicit non esse meri imperii, & eos posse banire, qui non habent altam iurisdictionem, ut etiam Io. Fab. notat in §. cum autem, quib. mod. ius pat. pot. solui.

¶ Confiscationis quoque potestas, ex legis dispositione veniens, cuiuslibet iudicis, cui res committitur vnde confiscatio oritur, competenti habeat de iis que meri imperii sunt, notionem, l. illicitas §. qui vniversas, de off. Procon. P. §. 1. de incest. nupt. in Authen. l. qui contra, C. eod. vel si ex consequentia pœnæ veniat confiscatio, ut in de portatione, l. de portationum Cod. de pan. l. 1. §. ii quibus, de legat. §. aliter enim, nemo confiscat in casibus a iure non expressis, sine Principis auctoritate, l. vnic. ne sine iussu princ. lic. veri iudi. confisic. C. Bal. in l. fin. de off. praef. Summis vero Magistratibus, qui arbitrium & pœnam mortis habent, confiscare licet, Bal. Ods. f. C. in d. l. v. ne sine iussu princ. §. c.

¶ Chassaneus ad §. 1. num. 1. & 2. des confiscations, in consuet. Burgund. in hac confiscatione, ait Capitaneum Mediolani, qui habet liberum arbitrium in criminalibus ordinariis & extraordinariis, facere in distincte confiscationem omnium bonorum, & facere banna, id est, prohibitiones, sub pœna confiscationis bonorum & personæ, que banna non possunt fieri, nisi ab habentibus plenissimam potestatem, Ang. & Bal. in d. l. v. ne sine iussu princ. C. v. de decif. Capet. Tholos. 73. §. l. 2. ut ne priu. sit. C. C. Et ita etiam fieri a Bailiis seu Senescarchis banna. Verum illud addit, bannum siue proclamationem, a la peine de la harr, id est, ut ipse opinatur, sub pœna quod quis punietur tanquam reus criminis maiestatis, quo præcepto inquit, & banna, vruntur tantum Principes, aut eius vicarii: quos vocat gubernatores prouinciarum, locumque Regis teneates, generales, duces in bello, & quandoque Senatus. Ego certe noui, le art, aut la art, esse vinculum fasciculorum Lutetia, & inde pœnam hanc, de l' art, aut le harr, esse suspensiones, que exercetur etiam ab aliis quam principibus, vicariis, prefectis, & Senatu. Melius tamen, eorum dixisset propriam comminationem, a peine de rebellion, aut d' estre punis comme rebelles; nam omnes iudices de prodicione vel maiestatis crimine non cognoscent, quamuis de aliis delictis notionem & iudicium habeant.

¶ Bassæ seu inferioris iurisdictionis, Petrus Iacobus ubi sup. i. de for. libel. pro iuris, notat dici, causas que superiori non sunt, tam ciuiles, quam criminales, que competunt quibusdam Magistratibus iure Magistratus quem gerunt, & que ponuntur in §. nulla, & §. de iudicare, & §. audient, de defensor. ciuit. in Authen. Addit Chassaneus in d. rubric. des iustices, & droits d' icelles, vers. siul. que autem sunt, de bassis, torturam pro eruenda veritate restitum in ciuilibus negotiis, esse huius iurisdictionis: item simplicem cognitionem de leuioribus criminibus, incarcerationem custodia causa, non in pœnam, ca. qualis carcer. ca. quamuis, de pan. in 6. quia tunc carceris meri imperii est, nisi daretur eodem eam coercitionem, ciuit. Chassan. l. 2. Cod. de sportu. que tamen parum ad rem facit. Itaque, qui inferiori hanc seu bassam iurisdictionem habet, reos maiorum criminum carceribus concludere poterit, ut ad suos maioresq; iudices reiciat. Refert Iacobus quoque ad iurisdictionem hanc, potestatem excubiatarum, qua dicitur faire le guet de nuit. Et ius arma tunc temporis ferendi, eius iurisdictionis putat, prefectum vigiliæ, de quo in l. 3. §. scietudum, §. l. 4. de of. praef. vig. qui hec agit, qui cui meri imperii ius non

habeat. l. omne. C. de. tamen comprehenso reos noctu remittit ad proprios iudices, alios factibus cadit, l. si. eo. P.

17 ¶ Ad inferioriorem seu bassam etiam iurisdictionem pertinet multa, quam dicunt emendam, usque ad septem, vel sexaginta solidos Turonenses, soluendos secundum diuersas locorum consuetudines pro contumacia, aut rebellione, ut dicunt instituta, aut pro crimine, Chass. in §. 6. & 7. des iustices. & droits d' icelles in consuet. Burg. Et multa ista seu emenda dicuntur esse inter emolumenta & fructus iurisdictionis, idem in d. §. 7. nu. 2. ex Bald. in l. fin. solut. matrim. & in l. de fruct. & lit. expen. Multarum enim seuera compendia, ratio principis esse querenda rescriptum est, nisi iudex nominatim ea vel curui publico, vel operibus Reipub. alii, quae necessarii causis destinaverit, in l. multarum, de modo mul. Multam secundum iurisdictionum gradus, iudices vel maiorem vel minorem imponunt, l. final. C. de. Hinc sunt redemptores multarum, arrantiers de emendes, ad quos trullege imponitur tempore condictionis suae pertinent: si ex natura delictorum commissorum debeat multa, statim ubi committuntur. Vocantur apud nos alicubi, le sang de seigneur & l' emende. Quamuis post tempus lapsum condictionis, qui deliquit multatur, & multatio in tempus condictionis alterius incidit. Si tamen multa imponatur, quia arbitraria, non ex natura delicti, non habebitur ratio temporis commissi delicti, sed eius in quo condemnatio fit. Et ideo redemptor seu condactor emendarum, qui est tempore condemnationis, multam accipiet, non is qui fuit redemptor, quo tempore crimen commissum est, ita decidit Chassa. ad §. 7. in ver. l' amende, nu. 7. vers. in xtra in u. des iustices & droits d' icelles, in consuet. Burgum. ex Bald. in l. de fruct. & lit. expen. Alex. in l. diuor. §. si vir, colla. pen. & in sol. matrim. P. Licet videatur contrarius Guido

18 Papae decis. 535. ¶ Et haec fadem possunt resolui in redemptoriis confessionum bonorum, sed & de furti poena resoluit, ut si furtum sit, pro quo poena mutilationis membrorum, vel meritis poena imponatur ex consuetudine vel statuto, ea fit meriti imperii: si autem castigatione solum animaduertatur, inferioris potest esse iurisdictionis: quod meriti imperii causa, maxime ex poena imponenda cognoscantur, l. quod ad statum damnatorum, de poen. in P. Sunt ideo pro insignibus iurisdictionis, quae causas imperii habent meriti, furca suspensionis, quia in illis maiorum criminum solentur poenae, Bald. in §. 1. in §. col. tit. qui dicit inuest. in vrb. feudor. Floria in l. arboribus, §. de illo, de usufr. Sicuti palus, numella, ubi minora castigantur, inferioris sunt signa, nisi alie concurrat contrariae probationes. Et haec quidam ita resoluit praecipui interpretes.

19 ¶ Quibus tamen alii quidam repugnant. & vix consentiunt in definitione eorum, quae meriti mixti imperii, & iurisdictionis sunt: quidve in alia seu suprema, media, vel inferiori annumerandum sit iurisdictione. Mediam quippe iurisdictionem Logouallius dixit in l. imperium. 3. par. de iurisd. omn. iud. quando iudex de realibus, personalibus, mixtisque actionibus cognoscit Ioan. Gilotus lib. 2. de iurisd. & imp. quae mixti imperii sunt ad mediam pertinere iurisdictionem contendit, & de causis mediocribus cognoscere. Io. Brechius in comment. au grand. coutumier de France. & in tit. des droits & moyenne iustice. exstimat mediam de quibuscuque criminibus ciuilibusq; negotiis cognoscere. Masuerius autem aliter statuit, in l. de iudicib. & cor. iurisdictione, in sua prax. Et ita si pluresque alii non satis conueniunt. Et proinde ut submoueantur omnes serupuli, saluus erit inspicere consuetudines singulares locorum antea obseruatas, quomodo haec iurisdictionem, quidve singulis permiserint. ¶ Nam si consuetudo dat iurisdictionem, l. 1. de emanc. liber. C. l. viros spectabiles, §. de diuers. offi. & apparito. iud. lib. 12. C. tit. 60. l. Magistratus, ad municipa. P. l. magisteria, de iurisd. omn. iud. C. l. testa. omnia. C. de testa. l. 2. de fund. hmi. vrb. lib. 11. C. tit. 59. l. cum prator. §. 1. de iudic. P. l. 3. in fin. de testam. §. non valent. de def. i. scim. etiam si agatur de causis meriti imperii, ca. cor. questus. 9. 3. c. cum contingat. de for. comp. c. duo, de offic. ord. c. fi. de off. archid. Consuetudo enim obseruata, legis instar est, §. ex non scripto, de iure nativ. l. de quibus, de leg. P. lex autem dat & distribuit iurisdictionem l. more, de iurisd. omn. iud. P. Considerabis quoque privilegium, quod auget etiam iurisdictionis potestatem, ut c. dilecti filii, de for. compes. & minuit, c. 1. de priuileg. in 6. item & pactum traditionis iurisdictionis, vel concessionis potestatis, examinat. Boer. decis. 227. num. 4. Bald. in consil. 439. incip. magnificus dominus & marcho, volum. 3. Sic enim pacta in traditionibus re-

rum apposita, generaliter seruari rescriptum est, l. in traditionibus, de pact. P. maxime in regno Galliae, ubi iurisdictiones sunt dominis patrimoniales. Quamobrem Carolus eius nominis rex 5. in suis constitutionibus, articulo 5. statuit, Barombus, Comitibus, Episcopis & aliis ordinariis, iurisdictiones relinquere intactas, nec auocandos ab eorum foro clientes: praeterquam, ut ipse ait, in casu reforti seu appellacionis, & in iuribus superioritatis, vel supremi domini.

¶ Franciscus quoque primus eius nominis Rex, in edicto de clatorio iurisdictionis Praesidialium iudicum, eosdem ordinarios exemit seu eorum clientes a subfelliis & ditioe praesidialis fori, paucis exceptis casibus, qui enumerantur in constitutione prima eius, Des iuges praesidiaux, art. 11. 12. 13. 21. 24. 30. Veluti dū vult praesidiales cognoscere solum de causis nobilium ciuilibus & criminalibus, de feudis vasallorum regionum, de militaribus bannis & heribannis, de beneficiariis seu feudalis negotiis, hominiis seu homagiis, indulgentiis, moratoris dilationibus, quae dantur debitoribus non soluendo per anni vel quinque anni spatium, & de aliis quae prioribus constit. Senathis concessa solis erant.

¶ Adhaec, si quid vscaptum seu praescriptum sit in iurisdictione, paucis exceptis casibus, personas praescribentes, & contra quas praescribitur, & negotium seu id quod faciendum est circa hanc praescriptionem. Primum in rebus contemplari oportet, an ille qui praescribere vult iurisdictionem alterius, habeat similem iurisdictionem. Nam cum sint tres species iurisdictionis, alta, media, & inferior, quarum vna altera non est, praescriptio vnus non inducit praescriptionem alterius, Pau. Cast. ad l. imperium, nu. 3. & ibi las. Cyn. in l. 1. de emanc. l. C. Lud. Roma. consil. 368. quia praescriptio est iurisdictionis iuris.

¶ Sunt quoque regiae notiones casus, qui pertinent tantum ad Mag. stratus regis, quos praescribere non possunt iudici domini locorum villo tempore, de quibus neque etiam reguli, nisi speciali privilegio notio illis detur, iudicare possunt. Quorum capita quaedam cape. Primo, perdaellionis crimen, & legis l. maiest. art. Secundo, in contemtores regiarum constitutionum animaduersio. 3. Violatum fidei regiae praesidium, seu, ut dicunt, Enfrante de sauegarde. 4. Notio de nominibus seu debitis regis. 5. Vis armata, seu commissum coactis hominibus, crimen legis Iuliae de vi publica. 6. Crimen falsificationis seu adulteracionis codicillorum regiarum, vel sigilli regis. 7. Regii Magistratus, & apparitorum eorum criminum & violationes, dum mandata regiae exsequuntur. 8. Publicatio facienda com meatus, vel remeatus datus extori. 9. Tutela Ecclesiarum cathedralium vel aliarum, quae fundacionis regiae sunt. 10. Interdictū vti possidetis in sacerdotiis, aut in profanis per occupationem, vocant complainte & mainenu. 11. Contraus per quos pacificentes se subiecerint regiae cognitioni. 12. Insuper morticidii, dicitur main morte. 13. Notio de caede vel vulnere illato in fratrem iudicium in regis tribunalibus cepti. 14. Discussio regii privilegii. 15. Crimen raptus, incendii, perturbationis diuini cultus.

¶ Plus superioritatis iurisdictionis regis, non potest ab inferioribus dominis habentibus iurisdictionem contra Principem praescribi: quia quae sunt in signum subiectionis data, imperia scriptibilia sunt, c. cum non liceat, & c. cum ex officio, de preser. l. comperit, de praeser. 30. vel 40. an. C. Possit enim si hoc fieret, paulatim collabi imperium, & redderetur subditi acephali, Bald. in autb. quae actioes, C. de sac. eccl. & in proa. fen. facit c. nullaratione, 93. dist. Et cum omnes iurisdictiones habeant vim a regia permissione, tanquam radii a Sole, fieri non potest, ut remanente iurisdictione, non agnoscat Sol unde dependet. Quomodo etiam poterit quis dicere, praualere iurisdictiones concessas a principe contra auctoritatem principis, quum ille quando libuerit possit suppressere, & ad se reuocare, & alias singulares stabilire, augere, & minuire praerogatio: Et haec potestas annexa regio diademati est, & innata ei videtur. ¶ Res sunt quoque iurisdictionis ecclesiasticae omnino non possunt praescribi quocumque tempore a laicis iudicibus, nec contra, c. anssam que, de praeser. ap. Greg. c. quamuis sit grane, de deci. ad laicum. n. ius spirituale & ecclesiasticū nō pertinet, c. Massana, & c. sacrosancta, de elect. c. bene quidem, 96. dist. Neque prohibere potest iudices ecclesiasticos in his, quae iurisdictionis eorum sunt, iudicare, cap. 2. de foro compes. c. 2. de iud. & de quibus nullo modo cogno-

cognoscere laicos possunt, c. contingit, de arbit. ecclesia, de consue. d. bene quidam, g. d. f. ca. cum laicis, de reb. eccles. non alien. Et si- cuti, quando in Gallia iudices regii cognoscunt de criminibus, & causis quibusdam personarum ecclesiasticarum, id non fit ratione praescriptionis, sed vel ratione privilegii, vel ratione criminu, quae principibus, quibus Deus iussit pacem Respubl. tempora- lem & armata, castiganda committuntur. Sic & de causa pos- sessionis beneficiorum quae temporis maxime est, & ne ad arma perueniant, utque vim arceat, Tribunal regium cognoscit. quod & privilegio Martini Papae, regibus nostris concessum nomina- tum est, Guido Pap. decis. i.

¶ Consideranturque inibi magis res, quam personae, quem- admodum in criminibus excutiendis coram iudicibus regis, per- sonarum ecclesiasticarum dicitur, si rei delationis armorum, im- minuat huiusmodi maiestatis infractionis saluae guardiae, Sed omne, ad altercationis sigilli regii, forislegii, & aliorum, quae indicat Chaff. ad rub. Deo in iustis, & Drosius d. scelles, in Consuet. Burgund.

¶ Non praescribet etiam iurisdictionem, qui ex sua persona incapax est in aliis quam causis iam explicatis spiritualibus vel temporalibus: veluti priuatus, qui nullam habet iurisdictionem, aduersus habeat non praescribet, quia ex sua persona incapax est, ut notat Lucas de Penna, in le. viros spectabiles, de diuers. offi. lib. 12. C. Et ex tali praescriptione necus publicae disciplinae rum- peretur, ca. peruenit, 10. q. 1. de non admittitur, c. cum inter, de co- suet. At qui habet aliquam iurisdictionem seu imperium, poterit a laicis aliam habentem praescribere, arg. ca. cum olim c. audi- tis, c. ad audientiam, de presc. ¶ Cum personis, tu ageas est mo- dus praescribendi, & formula. Nam Petrus Iacobi, in lib. 11. de con- fess. in rem actio §. questio quia, de presc. absolute dicit, non posse praescribi iurisdictionis causis, per decem annos: quia dicit iurif- dictionem, non habere causam perpetuam, & ideo non videat- ur praescribi longo tempore, vel longissimi mo. nec alio modo qua- vis cuius iacti non esset memoria, exemplo seruitutum discon- tinuam causam habentium, l. hoc iure, §. de ius aquae, de aqua quo- ni. & est il. foramen, de seruitut. Et quod dicitur, consuetudine dare iurisdictionem, d. l. de emanc. liber. C. cum similit. contendit intelli- gendum esse de vetusta consuetudine seu de vetustate. Et longum tempus, pro legitimum exponendum, per leg. 2. de iur. offi. lib. 12. C. l. testamenta omnia, C. de testam. Sic etiam tenet Paulus Castrensis, in l. imperium nu. 4. de iur. om. iud. ea quae sunt imperii meri non posse praescribi, nisi tempore cuius non extiterint memoria: puta cognitionem causarum criminalium, & non criminalium, si multa eam in silicium deferatur, ut in l. apparet, §. si quis seruitute, de ius. in quo priu. P. in leg. U. in aqua, §. le. diligenter, de aqua disc. lib. 11. C. Nam per hoc tempus possunt non aut praescribi contra principem, ea quae in signam specialis privilegii reliqua, cap. super quibusdam, de ver. sig. & contra principem verumque. Si unum ponantur & Principem, centum annorum spatium sufficit, l. si. C. de auct. auctoritates, C. de sacros. eccles. §. quod autem tunc, ut eccles. Rom. 100. an. presc. g. au. in auct. cap. ad audientiam, c. cum nobis, ca. si diligenti, in fine, de presc. cap. nemo, 16. q. 3. exceptis, ut dixi, iuribus superioris domini, & praetatis, c. quae cathedram 93. dist. ca. quia ex sola, c. rogatus, & c. sebisima, 2. q. 1. Probabiliter tamen respō- detur posse aut P. Iacobi, cum de iurisdictionis acquisitione quaerit- ur: si homines, vel incolae alicuius ciuitatis, vniuersitatis, vel mu- nicipii, vel maior eorum pars, adierint litigandi causa iudicem alicuius Baronis vel Comitis, in territorio iurisdictionem exer- centem, non per errorem, sed scientes nullam eam in illos habere iurisdictionem, & ita fecerint per decem annos si ne interrup- tione, ut consuetudine ea videatur iurisdictione quaesita. Videntur enim ex consensu, scientes prorogasse iurisdictionem, l. 1. §. 2. de iudic. P. leg. si per errorem, de iurisd. om. iudic. P. Contra si qui litiga- uerint coram alieno iudice, qui non habuerint vniuersitatem: quales sunt pagi, quibus non sunt Decuriones seu Consules. Quia illi non possunt dare iurisdictionem, cum neque statutum pos- sint condere, aut legem non scriptam, P. Iacob. ubi sup. & Inno. in c. cum accessissent, de consuetudine. Luc. de Pen. in l. viros spectabiles, de diuers. offi. lib. 12. C.

¶ Superioribus adnectenda est consideratio qualitatis iurif- dictionis, quatenus limitata est a principe, le. per ratione, l. in agris, de acquir. rer. dom. P. Quantitas inspicienda quoque de qua iudi- cate permittum est, ut in praesidialium iurisdictione. Et tunc ob- seruandum etiam, separatim censendas esse actionum formas, ne cumulatione augeatur, vel minuat iurisdictione, l. si idem cum eo- dem, 11. de iurisd. om. iud. habendaque ratio eius quantitatis quae petitur, non eius quae debetur, l. cum quaedam puella, 19. §. si. eod.

¶ Subinde, & territorium cuique iudici concessum, specta- dum est in aestimanda iurisdictione, l. pupillus, §. territorium, de verb. sig. l. si. de iurisd. om. iud. P. qui suum territorium non excedit inter- inuitos, d. l. si. de iurisd. si. de offic. presc. vrb. l. 1. 2. §. 4. de offic. Proc. c. fin. de consuetudine in 6. l. si. ubi & apud quem cognit. in in- res. §. 1. §. 1. §. 1. C. Nec secundum iura ciuilia in alieno territorio sine iudicis proprii consensu, iudex exequi potest suam sententiam, le. prope- randum, §. fin. autem, de iudic. l. si. duo p. v. r. r. r. r. r. r. r. Et olim in Gallia eius rei gratia literae seu codicilli a Cancellaria impetraba- tur, ut exequi liceret sententiam in alterius territorio, vocabantur literae parentis: idque donec constitutione regia permilla est iudicibus regis, sine permissione & literis illis, parentis, executio sententiarum. Sunt enim in Gallia omnes regii iudices, omnesq; illorum curiae eiusdem domini & regis.

¶ Sunt tamen quaedam iurisdictionis species, quae non tam adhaerent territorio, quantum personis certis in quas exercent potestatem, le. more, de iurisd. om. iud. cap. cum conuincat, de for. compet. l. fin. C. ubi & apud quem in in- res. v. l. §. 1. Sicque Episco- pus, quamuis non habeat territorium temporale, tamen in sua Diocesi habet iurisdictionem, ca. cum Episcopus, de offi. ordin. in 6. v. l. & Archidiaconus, ca. ad hoc, & ibi Innoc. c. cum nostrum, de off. archid. Quare & habet Episcopus in personas sibi subditas iurif- dictionem etiam extra suam diocesim, clem. vni. de foro compet. Idipsum dicendum de latrunculatoribus, qui potestatem habent a praepositis Marchalorum, in latrones, & viarum obsides; & alios suae iurisdictionis, quae potius administrationi quam terri- torio adhaerent.

De Iudicibus De legatis in genere.

Cap. 22.

Lib. 1. P. tit. 21. Lib. 3. C. tit. 4. Lib. 1. Decret. tit. 29. Lib. 1. Sex. tit. 14. Lib. 1. Clem. tit. 8.

- 1 Iudices ordinarii, & delegati qui.
- 2 Recuperatores iudices qui dicitur, & quare.
- 3 De iurisdictione item aduocatorum iudices.
- 4 Delegati iudices a quibus dantur.
- 5 Puditicia prostratae proximi sanguine iudices constituti.
- 6 Arbitri ex edicto litigantibus dati.
- 7 Senatus iudices dat.
- 8 Delegati qua causa possint.

000

- 9 Delegatio omnium causarum iure potestatis an fiat.
- 10 Delegare quis possit.
- 11 Delegatus quando possit subdelegare.
- 12 Delegandi formula.
- 13 Delegatio cui fieri possit.
- 14 Iudex petitus ab uno ex litigantibus an dari debeat.
- 15 Delegationis finis seruandi, effectus, & potestas.
- 16 Delegatus non exsequitur sententiam manu militari, sed inuocato auxilio ordinarii.
- 17 Commissarii ab usum quis corrigat.
- 18 Delegari potestas unde metienda est, & quibus modis finitur. n. 19. & seq.
- 20 Iurisdictio quando & quomodo prorogari possit a litigantibus.
- 21 Delegationis potestas existit in iure morte delegari vel delegantis, quomodo.
- 22 Delegandi iurisdictio casus, & rationes.
- 23 Conservatores iudices qui dicantur, eorum potestas & qualitates, species conseruatorum pro quibus datur potestas a quibus dantur, qui dari possunt, fines, & rationes: quando extinguatur potestas, & n. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.

Ratione iurisdictiois, rursus iudices dicuntur, vel ordinarii vel delegati. Ordinarii illi dicitur, qui consuetam & assiduam exercent iurisdictioem, ab alio iudice vel magistratu imperio non pendente: qui habent potestatem iudicandi, vel a lege, vel a principe, aut ecclesiastico, ut a summo Pontifice, vel temporali, ut rege vel Imperatore, cap. a iudicibus, 2. q. 6. l. & quia de iurisdictioe omn. iud. suo beneficio, non alieno. l. more, eod. P. l. 1. §. qui mandatum, de offic. eius cui mand. est iurisdictio. P. vel delegatus, qui alterius iudicis vices agit, neque quicquam proprii in iurisdictioe habet, l. 1. §. qui mandatum, eod. Expedit primum delegatos, ut liberius illis obiter explicatis, quae iuris ordinarii sunt persequar.

¶ Delegati dici possunt commissarii & recuperatores, quibus negotium aliquod iurisdictiois vel cognoscendum, vel exsequendum committitur. Principio tamen & proprie recuperatores dicitur, quibus Praetor mandabat cognitionem interditi recuperandae possessionis: a recuperatione facienda vel statuenda, recuperatores dicitur, per quos res recuperaretur. Hinc & iudicium Praetoris recuperatorium apud Ciceronem in frumentaria. *Reman Syracusan, & te Praetore videlicet equo iure, Apronium delictis tuas ac vitam tuam iudicio recuperatorio persequantur.* Et rursus alibi. *Cic. 2. Rhodior, hoc iudicium ad possessionis causam retulit, Non enim, inquit, oportet in recuperatorio iudicio eius maleficiis, de quo inter recuperatores quaritur, fieri praedictum.* Et Plautus in Bacchid. b.

Postquam quidem Praetor recuperatores dedit, Aditus namque Praetor iudicium formulam constituerebat, additis semper dictionibus, *si, ne, ut, ut, ut*, ut cohereret interdictorum, & iudices dabat, quod quia optime explicat Budaeus ad l. imperium, §. iudicandi quoque necessitas, de muneribus & honor. in annotat. posterioribus in P. non prosequor. Meminit de recuperatorio iudicio & Sueton. his verbis, in *Vespasiana c. 3. Inter hac Flauiam Domicillam duxit uxorem, Statili Capella equitis Romani Sabraicensis ex Africa delegatam olim, latinaeque conditionis, sed mox ingenuam & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronuntiatam patre asserente, &c.* Dabantur isti iudices post questionem propositam praetori, statim & sine delatione, pro possessione controuersa, ut ex verbis Plinii, junior, li. 3. Episto. episto. Maximo suo. Colligitur, dum ait. *Nam ut in recuperatorio iudicio, sic nos in his comitiis quas strepente apprehensit sinceri iudices fuimus.* Successu tamen temporum factum est, ut delegati ab aliis quam a Praetore, & alias ob causas quam pro interditi, recuperatores res dicerentur. Sicut legitur apud Lium, lib. 6. dec. 3. cum esset questio de praemio coronae muralis inter Q. Trebellium centurionem quartae legionis, & Sextum Dignum focium naualem, dictum est, Scipionem dedisse recuperatores, qui cognita causa, testibus auditis iudicarent, vter prior oppidum transcendisset. Recuperatores quoque dicitur, qui de petitionibus cognoscere, quibus quis sibi res postulat, l. b. lipp. Beroald. in Suet. de Domitian. ca. 8. Similes recuperatoribus Aethiis fuerunt, qui *diacti* vocabantur, & qui *αδελφοι*, Buda. in l. munerum, §. iudicandi, de muneribus & honoribus, P.

¶ Dati etiam iudices, delegati interdum dicuntur, in l. placet, 2. de pedan. iudicibus. Iudices ergo delegati, recuperatores, vel dati, vel dantur a principe, vel ab aliis.

¶ Delegatur enim cognitionibus ceteris negotiorum a principe, vel aliarum causarum iudices, qui tamen ex sua iurisdictioe notionem delegati negotii non habent: vel alii qui Magistratum non habent. Sic scribit Iulius Capitolinus, in *M. Cas. M. Caesarem* in Senatus honorificentiam, multis & Praetoris, & Consularibus, & priuatis decidenda negotia delegasse, quo magis in exercitio iuris eorum cresceret auctoritas. Frequens delegatorum a principe in iure fit mentio, l. fin. vbi & apud quem in meo, resti. agn. C. leg. 2. C. de sportul. tot. sit. de offic. & pot. iud. de lega. ¶ Fuerunt ex edicto Tyberii iudices dati mulierum sanguine proximi, pro pudicitia vindicanda prostrata per matronas, quibus non esset accusator publicus, ut illi de maiorum more eas coereret, Suet. in Tyber. c. 35. Id enim permiserat antea Remulus. Dion. Halic. lib. 2. Quod & Gallis lex olim permittebat. Sic enim scribit Iulius Caesar, lib. 6. commentar. *Viri in uxores, sicut in liberos, vix necesse potestatem habent: & cum patris filii, ubi loco matris decessit, eius propinqui conueniunt, & de morte si res in suspicionem veni, de uxoribus in seruilem modum questionem habent: & si compertum est, ignibus atque omnibus tormentis excruciantur inter se sumunt.*

¶ Auctoritate quoque rescripti principis, dantur ab iudice iudices contententibus, ab aliis Magistratibus, ad quos rescriptum dirigitur, ut in l. si quis in appellatione, ver. denique, de appella. Ve hodie in Gallia proximis vna litigantibus, & de controuersis negotiatorum ex edicto regio dantur arbitri, qui sanguine proximi sunt, vel alii. Quando autem quis cogatur in arbitros compromittere, tractatum inuenies apud Barr. in 2. questione, quaestio-num per illum disputatarum. Dantur & alii arbitri seu iudices, ex officio Magistratibus, qui & ab illis delegati dicuntur, l. 1. C. de pedan. iudic. b. l. sancimus, in 1. de aduo. diuer. iudicio. l. 1. & 3. §. de iurisdictioe omn. iud. hoc etiam inquit Budaeus, in d. l. munerum, §. iudicando, de muneribus & honor. P. a collegio eorum, qui cancellaris regis inter iudicium sunt constitutiones & principalibus rescriptis fiant, nisi Cancellarius adsit, ad quem tunc summa eorum rerum deferretur cognitio. Vocamus in praxi, *lettres de committimus*. ¶ Apud Athenienses archon, dabat iudices de controuersis, l. l. Pollux lib. 8. in magistratibus Atheniensium. Petebatur & olim apud Romanos a Senatu iudices, maxime ex Domitiani instituto, Suet. Tranquil. in Domi. ca. 8. Vidi ego & saepe in suprema curia Tholosana, litigantes & contententes de suspensis iudicibus ordinariis reuocatum forum extraxerunt, sine praedictio tamen ordinariae iurisdictiois in aliis: committendo extraneo foro eius rei notitiam. Notum est etiam, praedictum consiliarium causas, ex delegatione constitutionis regiae, in proximam praedictum sedem reuocari. Exstat tit. de officio eius cui mand. est iurisdictio. P. ¶ De legato materiam habet idoneam de qua fiat, & ideo requiritur ut causa quae delegatur, sit in iurisdictioe eius qui delegat, aliter nihil agitur, leg. 1. qui pro sua iurisdictioe iudic. dare. poss. lib. 3. C. l. i. 4. Item ut causa sit delegabilis: nam quia adherent magistratui, ut propterea videatur creatus, delegari non possunt per eum quibus habet Magistratum, l. 2. de pedan. iud. C. quia ipse ea per seipsum, veluti quod officii commissi sibi sint gerere debet. Ad minus si media committat, permittente lege, contestationem audire & sententiam ferre debet, *auth. ad hoc, de iudic. C. §. illud, ut de se, seu funera eorum non iniuria, &c. in auth. Electa* quippe videtur industria & persona, ut non possit alii delegari manus illi concessum, l. inter artifices, de solutio, c. si §. de officio. & po. iud. del. Et proinde, quae dicitur meri aut mixti imperii, delegari non possunt, l. de officio eius cui mand. est iurisdictio. Alex. & Paul. Castr. in l. imperium de iurisdictioe omn. iud. Et in maioribus negotiis, puta in criminalibus, neque testes per delegatum, sed per ipsum iudicem examinari debent iure ciuili: quamuis in ciuilibus, per delegatos examinentur, *auth. apud eloquentissimum, C. de fide instrumentum. l. de minore, §. plurimum, de quasi. P.* Receptum singulari iure tamen est fauore causae, causas quasdam delegari posse maiores, ut in fauorem pupillorum, & in aliis lege expressis, l. 1. §. si. & l. 2. & le. cognitio in princ. & §. 1. de iurisdictioe omn. iud. P. Et si enim tutoris datus, neque imperii neque iurisdictiois proprie dicitur: attamen non alii competit, quam cui princeps, lex, aut Senatus consultum concessit nominatum, & regulariter mandari non potest, l. muto, §. tutoris datus, de iur. P. Ex causa itaque potest, ut maiores aliae quoque causae, si ex necessitate Magistratum abesse expediat, *l. nec mandare, de tutor. & curat. dat. ab his &c. P.* vel si alia graui vel maior causa sit impeditus, l. 1. §. huius rei, de officio eius cui mand. est iurisdictio. P. Notant autem interpretes, c. si pro debilitate, de officio deleg. iure pontificio, causas quae meri imperii dicitur, posse delegari

delegari, quas iure eius licet iudicibus valde occupatis & absentibus necessario, delegare.

- ¶ Et ita iudex quilibet potest etiam in causa capitali eius vnum capitulum, vel totam causam delegare, contra auct. apud eloquentissimum, de fide instrument. C. Et sequimur ius Pontificium, quod omnia delegare permittit, secundum Ioan. Fabrum, in auct. ad hanc, de iudicib. & Guido Papæ. decif. 624.
- ¶ Delegatio fit ab eo qui potestatem hanc habet, vt a principe & ab aliis idoneis Magistratibus. Qui enim delegare non potest, nihil per delegationem concedit, *gl. in c. quod sedem apostolicam, in verb. committere, Et ibi Pano. de offi. ordi.* iisque debet esse Magistratus, *le. r. Et placet, in 1. de pedan. iudic. C.* nam delegatus a iudice delegare non potest, *l. eum qui iudicare, 13. de iuris. em. iud.* quod nihil proprium habeat, *l. si de off. eius cui mand. est iuris. d. P. le. i. iudice, de iud. C. l. more maiorum, de iuri. om. iudi. P. c. super quaestione, §. si vero. de offi. deleg. ¶ Exceptis quibusdam, & primum si delegatus sit ad vniuersitatem causarum, nam is in quibusdam subdelegat, *l. 1. §. fin. Et l. si prator, de iuris. d. om. iud. P.* quia & Prator omnem iurisdictionem demandat potest, *in ver. ab eo. C. qui Et a quo appell. Et ita quoque iudicis dandi consequenter licentiam, l. soles, de iuris. d. om. iudic. 2.* Subdelegat delegatus a Proconsule, *l. 1. Et l. imperium, §. si eod. P. Sed & hodie 3.* Senator a Senatu commissarius vel delegatus, subdelegat executionis realis alibi faciendæ causam: dummodo & accedat literæ regis seu cancellarij, quibus subdelegatus princeps auctoritate donatur, *l. legatus, Et l. legati, de off. procon. l. cum prator, de iud. P. 4.* Et delegati a Principe subdelegare possunt, *iuxta le. a iudice, in fine, C. de iudi. c. super quaestione, Et c. ex literis, de offi. Et por. iud. deleg. c. i. eod. tit. in clem. d. l. a iudic. ¶ Formule delegationis vel commissionis notæ sunt apud pragmaticos ex qualitate mandantium & rerum mandatarum præscriptæ: sicut & apud recuperatores sponso in interdicto: vnde videtur ait Cicero pro Cæcina. ¶ Cui autem possit delegari, resoluitur iudicem datum vel delegatum, subditum esse de bere iurisdictioni eius qui delegat, *l. om. C. qui pro iuris. d. dare poss. gl. in c. pastoralis, de offi. ordi. gl. in l. eum qui iudicare, in verb. magistratum, de iuris. d. om. iud.* Debet enim is esse, cui imperari possit: & ius dicenti extra territorium impune non paratur, *l. si de iuris. d. P.* Si tamen exequendum sit iudicium in aliena iurisdictione, iudices requirunt per literas iuridicum loci, liceat vt in suo territorio exequatur, iuxta l. a Diuo Pio, §. 1. de re iudica. Debet & esse is cui delegatur vel datur, vt iudex alioquin idoneus, *le. statutum, §. in nullo, de rescrip. Et sic suspensio. Et ideo Callistratus iubet obseruari, ne detur is iudex, quem alter litigantium nominatim dari petiit: id enim esse iniqui exempli Adianus rescripsit, nisi hoc a principe respiciente ad verendum petiti iudicis, permitatur, *le. obseruandum, 47. de iudic. P.* Multo magis nec dari debet is delegatus vel commissarius, qui procurauit sibi delegationem fieri. Qui se enim ingerit suspectus est, *le. vxori, §. 1. ad legem Corn. de falsis, qua omnia, de procur. P. l. si quinquam. C. de epis. Et cler. Potest tamen abeate aduersario iudicem delegatum sibi generaliter petere litigans, sed absens adiangi ei collegam postulare potest, vel datum ex iusta causa recedere, vt alium iudex subfortiatur, *amb. offeratur, de lit. con. C.* Sed & ex pluribus iudicibus oblati, si alterius maxime non interfit, & si suspecti non fiant, sibi vnum vel plures quilibet poterit deligere, *c. iudicos, 39. §. 8. Commissio tamen citationis faciendæ expeditur ad peritione actoris, & ad requisitionem partis dari debet, vt ait Aretinus in c. 1. de iudice, facit c. licet, de accusatio. l. ad peremtorium, de iudic. P. l. si sita, §. Iulianus. Et ibi Bart. de damn. inf.* Sunt tamen casus, in quibus etiam citatio valet etiam non petente parte: de quibus vide Chassa. ad §. 6. des iustices, num. 65. in constit. Burg. Adde & legitimitæ ætatis, saltem 20. annorum, esse debere qui delegatur: nisi a Principe minor delegetur, iuxta c. cum vigesimam 3. de offic. deleg. Et in summa quæ in persona idonei iudicis requiritur dictum est, in delegato requiruntur fere. Tractat & hæc fule Hostiensis in Sum. ad tit. de offic. delega. §. cui possit delegare: vbi & in reliquis plura de hac materia videto.****
- ¶ Effectus & finis istius delegationis sunt, idem ac iudicis: vt & ordo quoque & reliqua iudicii seruentur, de quibus in ordine iudiciorum, & possit delegatus condemnare vel exequi eo modo præscripto sive delegationi & mandato, cuius fines diligenter seruari debet, *l. diligenter, mand. P. §. is qui eod. tit. apud Iustin. cap. cum dilectis Et ibi in interp. de rescrip. l. ioh. in transactionis placitum de de tran. fact. C.* Ideoque necessarium est, vt mandati habeat literas, sine quibus illi non creditur, *ca. cum in iure peritus, de offic. delega.*

Et ibi gloss. Et interp. Bald. in l. vni. me lic. in omnia ead. causis ter appella. ca. cum a nobis, de testibus. le. 4. §. fin. autem, C. de arbit. l. vni. de mand. p. inc. C. Et ideo fides etiam post sententiam delegati debet fieri de commissione seu de delegatione, vel ea debet inferi ante sententiam, vt probet iuxta l. publicati, C. de testam. Potest & delegatus iudex eum tueri in possessione, cui virtute sive commissione ad iudicauit possessionem, *gl. pen. in c. ex parte, de testib. lecus si commissarius sit simplex, non iudex, Masuer. in praxi. tit. de possess. §. 2. incip. item si commissarius.* Potest & iudex delegatus qui condemnauit solvere, condemnato dilationem solutionis causâ dare etiam post sententiam, *c. quærenti, de offi. deleg.*

¶ In executione rei iudicatæ per delegatum a Principe, si opus sit manu militari, debet executionem suâ sententiam committere ordinario iudici, quia non potest manu armata eam exsequi, *Felin in cap. de cetero, coll. 3. de re iudic. Chass. ad rub. des iustices Et dicit d' scelles, nu. 70. & ea sola executio fit per ordinarium habentem notionem causarum meri imperii, Ang. in l. qui restituere, de rei vind. P.* Potest tamen delegatus a Principe, præcipere & cogere ordinarium iudicem, vt auxilium opemque ferat in executione sententiæ, si egeat: vt notat Bartol. in l. a Diuo Pio in princ. de re iudic. facit c. pastoralis, Et c. significasti, de offic. ordina. l. fin. C. de iudic.

¶ Ceterum si apparitor regius, qui vocatur commissarius, vel alius delegatus a Rege vel a Curia abutantur potestate, vel excedant fines mandati: correctio pertinet ad Regem vel iudicem, ad quem dirigitur causæ cognitio, vel ad curiam delegantem: at si abasus transeat in crimen aut delictum, ordinarius iudex loci possit eos punire, *Masuer. in praxi tit. de pæn. §. 32 incipit, item si seruus, Cyn. in an. hen. qua in provincia. C. vbi de ori. agrop. facit l. quod promulgat, de offic. prof. verb. Et ibi Jo. Fab. Iudex nihilominus a summo Pontifice vel a Principe delegatus, maior in re prouincia illis est, quorum causam suscepit terminatum: quod dignitatem gerat Principis. Ideo & Episcopos atque personas contumaces punire potest, temperate tamen & secundum negotii qualitatem, *c. sane, v. c. prater ea, §. c. de causis, 4. Sallus, Et c. si quando, §. de offi. iud. deleg. c. 2. eod. tit. in Sex.**

¶ Officium & potestas in vniuersum delegati, ex clausulis eius mandati colligitur: & si plures delegati sunt, illas clausulas discernendo obseruare debent: an duobus negotium committitur simul & simpliciter, vniue sine alio cognoscere aut iudicare possit, *c. causam matrimonij, 16. de off. deleg. l. duo ex tribus, de re iudic. P. l. fin. de adu. sfo. C. l. si fisco, de iure sfo. c. obentibus 63. dist. cum siml. an vero tribus vel pluribus causa committatur, cuius hac clausula, quod si omnes inter esse nequiverint, duo rem in blemimus exequantur. De qua clausula & effectu, vide ca. prudentiam 21. cum suis §. §. & c. cum causa, 22. c. licet, 30. c. vno. 42. de offic. deleg. Et Hostien. in summa eius tit. §. quod si eius officium, vers. Spectat ergo ad officium, cum sequentibus. Adicitur & interdum clausula, appellatione remota, qua non obstant tamen, ex iusta causa appellatur, *cap. edoceri, de rescrip. cap. ut debitus honor, de appellatio.**

¶ Et sic per appellationem interpositam, delegati potestas quiescit & finem accipit. Vel si sententia executioni demandata non sit, per illam appellationem suspenditur, *c. pastoralis, 28. §. prater ea, de offic. deleg. d. c. ut debitus honor, de appellat. & redit iurisdictioni vel ad delegantem, vel subdelegantem, si is totam causam subdelegauerit: quia a commissario ad committentem fit appellatio, ca. super quaestione, 27. §. porro, de offic. deleg. cap. si duo ex tribus, cap. 3. eod. in Sex.* Si subdelegans idoneus fuerit, ad delegantem primum, *cap. si is cui causa, 9. de off. deleg. in Sex.* Quem admodum cum Episcopi delegatus reculatur, coram Episcopo reculationis causa est probanda: quamuis si agatur de aliis a Summo pontifice delegatis: vno vel pluribus reculandis, inspiciendâ sit clausula mandati, iuxta cap. si contra vnum, 4. de offic. deleg. in Sex. Nam & interdum additur, vt omnes, vel duo, vel vnus, cognoscere & exequi mandatum Apostolicum possit, vel aliud quippiam simile, quod sequendum est, *cap. cum pluribus, eod.* Item si mandatum executionem acceperit, finitur potestas, *cap. in l. iuris, eod. apud Gregor. l. iudex posse aquam, de iudic. P.* non secus quam, quum certum tempus mandato præfixum est causæ decidendæ, eo transacto, nisi præfixus dies de partium voluntate prorogabitur, mandatum expirat, *c. Pastoralis, Et c. de causis, 4. de off. dele. l. diem proferre, de recep. arbit.*

¶ Sic enim receptum est, solemnitates iuris in fauorem litigantium inductas, ab eisdem posse remitti ex consensu, *cap.*

l. cet. de resti. spolia. l. 1. de for. P. ca. iuris. eo. tit. apud Greg. Quare prorogare possunt tempus iurisdictionis, nisi princeps vel qui delegat hoc excipiat. *l. 2. §. sed & si index. de iudic. P.* Regulariter enim delegationes & rescripta, cum sint stricti iuris, non extenduntur, nec a persona ad personam, nec ad alias res quam quæ rescripto continentur. *c. significante. ca. significauit. c. Rodolphus. de rescri. ca. cum olim. §. c. P. & C. de offi. dele. l. de quare. de iudic. P.* Quamquã in ordinaria iurisdictione, plerunque & maxime ex consensu partium, ad ista fiant iurisdictionis prorogationes expresse vel tacite, vt videbis tractatum apud Hostiensem, in summ. titul. de offic. & pot. iudic. deleg. §. quibus modis eius iurisdictione prorogetur.

21 ¶ Et proinde cum delegatio sit stricti iuris, & vix prorogationem personarum admittat, extinguitur morte delegati, *l. inter causas. manda. P. c. vno delegatorum. cui iunge. c. quoniam abbas. de offi. deleg. & delegantis. ca. gratum. eod. re. integra. & lite non cõtellata. non aliter. §. omne. & §. si vero civilium. de litigio. in auct. ca. relatum. 13. de off. deleg.* Item si delegatus semela se iurisdictionem abdicauerit, nec ex partium consensu eam resumere poterit. *c. significantis. 38. eod. minus etiam. si is qui mandauit reuocet mandatum. l. iudicium soluitur. de iudic. P.*

22 ¶ Rationes delegatorum præcipue colligi possunt ex necessitate iudiciorum: vt citius & facilius lites per plures expediantur, impeditis ordinatis, vt diximus, in aliarum causarum expeditione. *l. 1. §. fin. de offic. eius cui mand. c. iuris. d. in P. ca. si pro debilitate. de offic. deleg.* Et a natura causarum quoque fauor celeritatis decisionis apparet, vt cum de possessione controuersia est, sopienda prius per recuperatores: ne ad arma perueniantur. *l. equissimum. de usufructu. P. & sciamus quis partes actoris, quis rei sustinere debeat. §. commodum. de inter. cum similit.*

23 ¶ Ea de causa præter ordinem magistratum, dicuntur delegati, & conservatores appellantur a Summo pontifice delegati, vt a manifestis iniuriis & offensis defendere possint sibi commissos. *ca. 1. de offi. deleg. in Sex.* Quibus & datur iurisdictione ad huc effectum, cum potestate castigationis faciendæ in contumaces, obseruata tamen modestia & temperamento. *ca. 2. eod.*

24 ¶ Istius conservatoris potestas & qualitates, ponuntur in ca. fin. de offic. delegat. in Sex. vbi glossæ notant differentias & conuenientias delegatorum aliorum & conservatorum. Duplices constitui possunt eius species, vna est conservatorum electorum nominatim & personaliter: vt si Petrus Abbas Sancti Victoris, conservator detur pro conservandis priuilegiis Titii, vel pro conservando Titio. Altera species eorum qui electi nomine dignitatis dicuntur: vt cum datus est Abbas S. Saturnini conservator priuilegiarum scholasticorum in Academia Tholosæ a studentibus: & Abbates Marsiliaci & Moysiaci, conservatores priuilegiarum scholasticarum studentium in vniuersitate Cadurcensi.

25 ¶ Dantur conservatores diuersorum negotiorum & personarum, & nomen indicat, tantum conservandæ alicuius rei causa datus: vt dicimus defensores locorum & ciuitatum, ferme eadem cum potestate dari a principe. *oro. tit. de defenso. ciuit. in 1. C. tit. 5. c. in auct.* Sunt enim a principe introducti conservatores & defensores singulari iure, vt & iniurias repellant, patetis vicem sibi commissis exhibeant, de descriptionibus non patiantur affligi, officialium insolentiæ & iudicum proccacitati, salua reuerentia pudoris, occurrant. *l. 4. de defensor. ciuita. C.* De defensoribus iam tractationem executi sumus, lib. 18. Syntagm. huius, ca. 18. vt opus non sit hic crambem recoquere. De conservatore tantum ago.

26 ¶ Limitat autem Summus pontifex, vt plerunque per rescriptum, potestatem conservatorum: & generaliter tamen statuit, vt non nisi de manifestis iniuriis & violentiis scienter se intromittant. *cap. 1. §. ca. si. §. ut autem. de offic. deleg. in Sex.* Recipiet tamen super notoria iniuria probationes, si contestatio sit: ne negatione reorum, elidatur eius iurisdictione. *cap. bona. de electio. arg. l. si quis ex aliena. de iudicis. cap. super literis. de rescript.* Quamuis enim manifesta & notoria non indigeant probatione, *ca. ex parte. §. c. cum olim. de verb. sig. c. fin. de cohabit. cler. & mulier. c. manifesta. 2. q. 1.* tamen non omnia omnibus eodem modo manifesta sunt, & ideo egent cognitione. *d. cap. de manifesta. 2. q. 1. §. d. cap. cum olim. potissimum si negetur: quia negatione res videtur fieri dubia. l. 3. quib. ad lib. procl. non licet. C.*

27 ¶ Ab eo autem solo conservator datur, qui potestatem habet iurisdictionem constituendi: idcirco conservator non subdelegat. *ca. si §. vices. de offi. de leg. in 6.* nec alium conservatorem creat, quamquam alius delegatus a principe, subdelegare possit in totum, & pro parte delegatum. *cap. fin. §. cap. p. afforatis. eod. apud*

Grego. Quare & plures interdum dantur conservatores vnius negotii, vel personarum, vt altero deficiente ad alterum veniantur. Citationes nihilominus iure ipso & denuntiationes sententiarum, committere possunt: non alia, nisi ex beneficio literarum mandati liceat. *d. ca. si §. vices quoque.* Forma enim rescripti, vt dixi in delegatis aliis, & in istis est sequenda, quam si excedat, suspensus est ab officio ipso iure. *d. ca. fin. §. ut autem conservatores. eod. nu. 6.* & litigator qui potestatem eum excedere procurauerit, ipso iure excommunicatus est, & tenetur satisfacere expensis aduersario hoc modo perpetuum fatigato. *d. ca. fin. §. pars vero.*

¶ Illi vero idonei dicuntur ad conservatorum munus tantum, qui aliqua dignitate fulgent, vt Episcopi, & superiores, Abbates, quive dignitates aut personatas in cathedralibus vel collegiatis Ecclesiis obtinent. *d. ca. fin. in princ.* quamuis alii delegari possint esse & canonici simplices. *ca. statutum. de rescrip.* Nec potest tamen subditus cuiuscunque sit dignitatis, conservator deputari superioris. *d. ca. fin. vbi excipiuntur reges & regina. per cap. ne aliqui. de priuileg. in Sex: facit ca. accedens. 2. ut lite non cont.* quamuis in aliis causis iudex ei delegatus dari possit. Item nec conservator conservatoris esse potest. *d. ca. fin. de offic. deleg. in Sex.* veluti si datus sit Abbas S. Saturnini conservator Abbatis Moysiacensis: Abbas Moysiacensis, non potest dari conservator Abbatis Sancti Saturnini: etsi in aliis causis delegatis mutuo delegati iudices possint.

¶ Fines & rationes huius conservationis, nihilominus iudicum aliorum delegatorum propemodum generaliter similes sunt, & conservatores eodem ordine, iisdemque administris exsequi sententias possunt, & eadem statuere circa munera, expensas, assessores, notarios, testes. *d. ca. fin. §. officium autem. & c. statutum. de rescrip.* Possuntque in auxilium si egeant aduocare manum armatarum, & brachium seu potestatem iudicis secularis. *ca. 1. §. c. quoniam. de offic. ordina.* Verum illud obseruandum est conservatorum delegationem extingui cum potestate, per obitum concedentis. *d. ca. fin. §. officium. & c. cum plures. & c. si super gratia. de offi. deleg. in Sex.* Quod intelligo, quando personæ certæ & non dignitati conservatoris ius datum est. Nam si priuilegium sit personarum vniuersalium vt scholasticorum, qui quandiu viuierint, & studii scholæ permanent, superesse creduntur. Item si Abbati talis vel talis abbatis conferatur munus, hoc munus conservatoris tandiu perpetuum erit, quandiu extrema dignitas & subiectorum existent, cum beneficium principis perpetuum ex concessione conferatur, & perueniret etiam post mortem eius. *ca. 1. 2. 3. 4. 2. q. 2. cap. decet. & cap. priuilegium. de reg. iur. in Sex.* nisi a successore reuocetur, vel alio modo qui habent priuilegium illud amittant. Ita delegatio facta, transit ad successorem in dignitate. *cap. quoniam abbas. 14. de offic. deleg. apud Grego. l. mortuo iudice. de iudic. §. & hoc subuenit. ut null. ind. lic. hab. loc. confer. in auben.*

De Iudicibus qui ex numero Equitum Romæ eligebantur. Cap. 23.

- 1 Iudicum decuria.
- 2 Equites iudices. & eorum decuria. §. nu. 3.
- 4 Album iudicum quid.
- 5 Iudices ex equitibus per vices decuriarum iudicabant.
- 6 Sortitio iudicum, & per quem fiebat: & quomodo. nu. 7.

Ante Augustum erant ¶ decuriæ iudicum, habentes insignia in ferreo anulo, iique non equites sed iudices vocabantur.

¶ Equitum enim nomen subsistebat in turmis publicorum equorum. Postea iudices dicti equites & equites iudicum seminariunt. Equitum non nisi quatuor primum decuriæ fuere, illæque postea distributæ Tribunorum æris, selectorum & iudicum: fuerunt & non genti selectæ ad custodienda comitorum scita in comitiis, vt omnia recenset Plinius, lib. 33. cap. 2. Dio Cassius id ipsum propemodum refert, lib. 43. histor. additque antea in iure dicendo plebeos quoque affuisse, prius namque temporibus, ex lege Romuli populus tantum diuisus fuit in Senatores & plebem. *l. plebs. de verbo. sig.* postea vero, diuisi patritii & equites a plebe. *§. plebs scitum. de iure natur.* Deinceps & Iulius Cæsar, iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis, & Senatorii. Tribunos vero ætarios, quorum erat tertium genus, sustulit. *Suet. in Iulio. c. 41.*

¶ Augustus

3 ¶ Augustus primas tres tantum horum iudicum decurias, vnam auxit ex inferiore sensu, quam ducennariorum dixit a censu quae iudicaret de leuioribus summis, Idem in Augusto, cap. 3. 2. Si quidem a virtute primum, postea ex censu petiti sunt. Fuit & aliquando tempus quo Sylla ab equitibus iudicia transfudit. Vt & quando C. Gracchus frater Tyberii Gracchi Tribuni plebis, a Senata transfudit in equites. M. tamen Licinius Drusus Tribuni plebis, etiam eam potestatem, quam nacti equites erant, Gracchanis legibus, restituit Senatae voluit. Tandem autem & Cotta, inter vtrumque ordinem iudicandi munus partitus est, Vell. Patercul. lib. poste. histor. Rom. meminit, & Cicer. ait. 2. in Verrem. Scribit & Aurelius Cassiodorus in Chronico, & Iulius Obsequens a Seruilio Cepione Consule, anno ab vrbe condita 647. iudicia equitibus & Senatoribus communicata.

4 ¶ Et omnium porro istorum iudicum nomina, per decurias scripta erant in loco qui album dicebatur, Graecis λευκωμα, nostris matricula. Erat enim λευκωμάτιον γραμματεῖον, id est, tabula dealata. Lampyrius in Alexandro, vocat pictarium, illam tabellam dealbatam, vbi iudicii nomina scribebantur. Et Suidas quoque tradit fuisse parietem dealbatam, vbi edicta publica describereantur, verba cuius sunt, λευκωμα τῶν ἐν ἀλλοιῶν ὄψεσιν αἰεὶς ἡσυχῆν πολεμικῶν πηγυριῶν ἐπιπέδου, id est, Album, est paries ὑψηλῆς ad negotiorum politicorum descriptionem aptus. Suidae se opponit Alciatus, 1. praetermissorum, de pariete negans album dici. Cum Suida autem id asserit Turnebus in praefatione ad Plinium. Ego & de pariete & de tabella album dictum arbitror, fieri & de charta. Quod & indicat Vlpianus, si quis id quod, 7. de iurisd. omni iud. P. firmat id gloss in §. p. uales, de actio. gloss in ciem. dudum, de iudic. Si quis, inquit, id quod iurisdictione perpetua causis, non quidem prout incidit, in albo, vel in charta, vel in alia materia proposuit erit, dolo malo corruperit, datur in cura quingentorum auroorum iudicium. Meminerunt & iura de albo iudicium, utque qui ordine prior in eo scribitur, prior dicat sententiam, l. i. de albo scriben. l. 30. P. tit. 3.

5 ¶ Ex hoc albo equitum iudices capiebantur, Praetorisque imperio tenebatur iudicare illi qui de decuria, quae iudicandi vices habebat, erant: nam non omnes decuria continuo in officio iudicandi erant, sed vacationem iudicandi in orbem habebant, Augusti instituto, Sueton. in Augusto, c. 32.

6 ¶ Neque etiam in ea decuria cuius vices iudicandi erant, omnes iudicio vacabant, sed ex ea certus numerus assumebatur sortibus ex vrna ductis, cum res aliqua nata iudicium poscebat. Sortiendique iudices potestas erat, qui ob id dicitur iudex quaestionis in criminalibus. Praetor vrbani praerant iudicis capitalibus, quemadmodum & in Galliarum parlamentis vnus ex praesidibus praetor Tholo capitali, vocatur la Tourneille, non tamen is qui sortiebatur iurisdictionem, ut colligere possumus ex oratione Ciceronis pro Murena. Vocabatur & hic Praetor etiam Quaestor, a quaestione, id est causa & publico iudicio, in quo inquirendum & iudicandum de crimine. Hic vnam mouebat, iudices dabat, & iudicio praerant: vt sub persona Minois explicat Virgilius, 6. Aeneid.

Nec vero ha sine sorte data, sine iudice sedes, Quaestor Minois urnam mouet, ille silentium Consiliumque vocat, vnaque, & crimina dicit, &c.

Vocatur & Iudex quaestionis in iure, in l. 1. ad leg. Cor. de scar. Et apud Ciceronem, pro Rabirio. Iudex sedebat, Praetor querebat. Et Iuuenalis,

— improba quamuis Gratia fallacis Praetoris uicerit urnam.

Etab ea antiqua sortiendi iudices consuetudine, iurisdictioni adhaesit nomen resorti: & resortum dictum, territorium quod curiae alicuius notioni attribuitur.

7 ¶ Porro ex illo seminario iudicum, vel decuria eqpitum, ad iudicium publicum eligebantur 75. per tabellas in vnam coniectas, quibus singulis singula iudicum omnium nomina continebantur, 75. autem sorte prius exeuntes retinebantur, Cice. Orat. in Pison. Quod si ex illis 75. quidam essent reiecti, vel vt suspecti reculati ab accusatore vel reo: tunc iterum pilae seu tabellae, in quibus aliorum iudicum nomina scripta erant, in vnam coniciebantur. Et fiebat alia subfortitio in locum reiectorum, Acon. Pedsa. in Divina. Cicero. Et hoc fiebat, cum decuria iudicum ordinata fuerunt: nam antea alia methodus iudicandi de criminibus. Et Dumuiris etiam aliquando per duellionis a Tullio Regi facti, in causa Horatii, a quibus & ad populum fuit prouoca-

tio, Liu. in 1. Creati & postmodum Consulatu Cicero ais. a Praetore non a populo, vt is qui Saturniolum Tribunum pleb. sua manu occiderat, damnaretur, Cice. pro Rabirio.

De Centumuiris Iudicibus. Cap. 24.

- 1 Centumuiris iudices unde dicti, & ex quibus sumi. Et nu. 2.
2 Centumuiris, de quibus iudicarent. Eorum quatuor classes. n. me. 4.
3 Centumuiros quis in iudicium cogeret.
4 Centumuir alio iudicii imago in Germania.
5 Ad hastam cur iudices Centumuiris cogerentur. Hasta symbolum. num. 8.
6 Subhastationes quare dicte venditiones publica.
7 Baculus in iudicio, quod habet symbolum.
8 Equitum ordo, seminarium Senatus.

EX equitum etiam ordine eligebantur Centumuiris Iudices, quini proprium transferebantur album. Primum quia centum delecti erant, Centumuiris dicti: sed postea federunt centum & octoginta iudices, qui diuisi in quatuor partes & classes. Sic monet Plinius Iunior, lib. 6. Epist. epist. penul. Accia, inquit, Variola, quae duplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum & octoginta, tot enim consilii quatuor conscribuntur: ingen. v. tringue aduocatorum & numerosa subsellia, praestantium corona, &c. Antequam tamen equites in ordinem certum fuissent redacti, Centumuiris erant, & aliunde deligebantur. Nam vt ait Festus, ex 35. Tribubus vel curiis Romae existentibus, terni ex singulis electi sunt ad iudicandum, & centum & quinque viri constituti, qui faciliori appellatione dicti Centumuiri.

¶ Lapis in hac significatione Accursus, dum ratus est, in l. si de post. hered. C. Centumuiros Senatores esse: & Centumuirale iudicium, dici placitum Senatus, eo quod Senatus ad consultationem Consulum circa petitionem hereditatis, licet veniunt, 22. §. praeter hoc, & §. ait Senatus, eod. P. de qua Centumuirale iudicium cognoscebat. Nam aliud est legem dare petitioni hereditatis, aliud secundum legem cognoscere. Senatus quippe & nunc princeps leges imponunt inferioribus iudicibus de causis quas ipsi non iudicant, sed iudicandas inferioribus relinquunt. Neque Senatus iurispellabatur pro iudiciis, quae ad Centumuiros deferrebantur.

¶ Indicabant quippe de hereditate, & de testamentorum quaestionibus. Valerius Max. exstant exempla, l. 7. ca. 7. & apud Plin. Iun. lib. 6. epist. pen. epist. l. cura filiam, 13. & l. qui repudiantis, 17. de inoff. test. P. de causis vincapionum, tutelarum, gentilitatiffi, agnationum, alluionum, nexorum, mancipiorum, parierum, flaminum, stillicidiorum, vt ait Cicero, 1. de Oratore. Ex quibus Centumuirale iudicium fieri dicebatur.

¶ Conueniebat vero isti Centumuiris in quendam basilica dictam Iuliam, vbi diuidebantur in quatuor Thalos seu quatuor tribunalia seu classes, quas vocant curiae Gallicae, chambrs. Quod liquet ex Quintiliano, dum loquitur de Trachalo oratore his verbis, l. 12. inst. orat. c. 5. Certe cum is in basilica Julia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, in moris est, iugerentur, atq. omnia clamoribus fremere, & audire eum & intellegere, & quod ag. tibus ceteris conuulsi sum fuit, laudatum quoque, ex quatuor tribuna libus memini. Meminit & de basilica quoque qualitate causturum Centumuiralium, & de aduocatis eorum. Plinius Iunior. l. 2. epist. ad Maximum scribens, etiam sic ait. Disfringor, inquit, Centumuiralibus causis, quae me exercent magis, quam doleant sunt enim plerumque paruae, & exiles, raro incidunt vel qualitate personarum, vel negotii magnitudine insignis. Ad hoc per pauci, cum quibus iuuat dicere: ceteri audaces atq. etiam magna ex parte adolefcentuli obfuri ad declamandum huc expressi transunt, tam irreuerenter & temere, vt mihi Attilius noster recte dixisse videatur, sic in foro pueros a Centumuiralibus causis auferari, vt ab Homero in scholis.

¶ Centumuiris iure hasta praerant, vt legit apud Pomponium Budzum, in l. 2. ad §. deinde cum esset necessarius, de orig. iur. in P. Vbi tamen Zasius legit, pro Centumuiris Decemuiros. Et Badius etiam putat, Decemuiros illos ex Centumuiris fuisse, quive cum opus esset Centumuiros cogerent ad hastam, id est, cogerent in locum ad quem hasta fixa conuenire solerent. Suffragatur Suetonius, in August. cap. 36. dum ait auctorem fuisse Augustum, vt Centumuiralem hastam, quam Quaestura fundi conuegerant cogere, Decemuiris cogerent. Et Quintilianus,

dum agit de praedictis, li. 5. ca. 2. *Instit. Oratio.* monet Centumvrales partes in duas hastas diuisa, fuisse.

¶ Wolphgangus Lazius lib. 3. Reipubl. Romanorum, c. 10. refert, huius Centumvralis iudicii imaginem in Germania remansisse, ubi iudicia celebrata ex multis colonibus complentur, quibus Soulerus, veluti apud Romanos vir quaestorius cura haustula praesidet: quae & in Austricis regionibus consuetudo perseverat, ubi rustici passim aliquo numero a iudice provinciali quem vocant *Panrichter*, congregantur, cum de aliquo iudicium est habendum. Exstat Caroli 5. Imperatoris, in *constitut. Carol. 5. de causa capitali & publico iudicio. art. 82.* ex Germanico sermone translata, qua mores adhuc extitae hos constat. *Die dicta adueniente pulsata campana, iudicium publicum ex more aperitur, sequere iudices ad locum iudicii solitum & consuetum conferant. Index quoque seu Prator, scabinos ac reliquos iudices confedere iubet ipseque met sedeat, accepto in manibus suis bacillo, seu nudo seu educto velo maginato gladio iuxta regionis cuiuslibet vsus & consuetudinem, eaque decenter consensione sic vsque ad finem causa perseveret atque commoretur. Et rurtum eadem constitutione statutum, artic. 96. Quando reus per diffinitivam poena addicitur, declaraturque: Index loco solito bacillum suum frangat, remque litiori commendat, mandetque medio suo iuramento sententiam laetam fideliter exsequi, atque tunc ex iudicio surgat index, &c.*

¶ Ceterum remanet inquirendum, cur ad hastam iudices cogerentur, vel ad bacillum, quod nemo haecenus quod sciam, docuit. curve hasta figeretur.

¶ Existimo autem, hastam symbolum esse memoriae & praesentiae Dei, & regiae potestatis. Siquidem, ut ait Iustinus ex Trogo, lib. 43. per ea tempora quibus Romulus exorsus est imperium, reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci *anaxes* dixerunt: nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus priscae hastas coluerunt. Ob cuius religionis memoriam, haec simulacris addebantur. Accedit, quod Romani, Quiritis dicti sunt, a Quirino Romulo, qui ita dictus erat ab hasta quam Reges ferebant, potissimum Sabini, Curetes ab hasta dicti, quae illis curtis dicitur, ut ait Festus & Ovidius, *Falst. 2.*

Sive quod hasta Quiris prisca est dicta Sabinis,

Bellum a telo venit in astra Deus.

Sive suo regni nomen possidere Quiritis:

Sive quia Romanis imperat ille Cures.

Erant in sacratio, in regia, sacrae hastae, quas per se motas, malum omen Romanis portendere existimatum est: & ideo placandi numinis causa litatum, *Gell. lib. 4. ca. 6. Lin. lib. 40.* putabant enim per hastas, Romanos indicari. Sicque Romulum primum dictum, & ab eo Romanos Quiritis, testantur Liuius, in 1. Florus, in *Epit. lib. 1. c. 1.* & alii. Quare & iudicium sub hasta, veluti populare Romanorum & vulgi dicebatur: & ordinatum, propriumque & municipale Romanorum erat tribunal. Et in signa hastae, populum, iudicii rerum quotidianarum, & caussarum vulgariarum, admovebant.

¶ Hinc quoque factum est, ut cum publica venditio, ad quam qui voluisset ex populo admitti posset, exercenda auctionibus & licitationibus esset, sub hasta fieret, ut apparet ex titu. *De fide instrum. & iure hastae fiscalis, lib. 10. C. tit. 3.* Inde haec, & subhastationes, pro licitationibus & proclamationibus seu proscriptio-nibus rerum venalium. Et solemnibus venditio fieri dicitur, habitis hastis. *l. 1. & 4. de fid. instr. lib. 10. C. Dicitur & solemnitates hastarum. Lesinguanus solennels, l. 2. si aduer. sig. lib. 2. C. tit. 37.* Sic Suetonius scribit, in *Lato Casa, c. 5. Bello civilis*, inquit, *super alias donationes* (quas scilicet Iulius Caesar fecerat Seruiliae matri M. Bruti, qua abutebatur) *amplissima praedia ex auctionibus hastae minimo addidit.*

¶ Si bacillum vero ab hasta distinguas, f. rian non incongruum erit ad caduceum Mercurii referre, qui pacis habebat symbolum, ut hasta belli, ut not. *Gell. lib. 10. c. 27.*

¶ Et tempora pacis, legibus: & belli, armis regenda sint, §. 1. in *proc. Instit. sur. civi.* Sed haecenus de equitibus, transeamus ad Senatum, tanquam ex feminario ad fata, nam gradus ad Senatorium ordinem erat equestris ordo. Et ita Perseus Rex Macedoniae apud Liuium, lib. 42. appellat feminarium Senatus, & principes iuuentutis equites.

De Senatoribus Romanorum, & Senatu.

Cap. 25.

¶ Senatores unde appellati, Senatus a quo introductus, auctus. nu. 2.

- 3 Senatusconsultum a quo numero Senatorum rata fierent.
- 4 Senatores qui dicti.
- 5 Senatus vnus Roma tantum.
- 6 Senatum qui cogerent.
- 7 Quaestor candidatus principis.
- 8 Senatores a quibus lecti, ex quibus, & aetas eorum, numer. 9. & 12.
- 10 Censui Senatorium quantum, & Senatores ex censu electi, num. 11.
- 12 Senatores lecti ex aliis Magistratibus.
- 13 Senatoribus vna iussa.
- 14 Senatores abire Italia non poterant.
- 15 Senatus quoties, & quando habere cur. & in quo loco. nu. 16.
- 17 Togam Senatores deferre semper & iudices iussit Adrianus.
- 18 Praefecti pratorio dignitate Senatoria donati.
- 19 Senatus tria fuerunt Senatusconsultum decreta iudicia.
- 20 Senatus primi, antiqua quae potestas, & quod de iudiciis non cognoscebat.
- 21 Senatus Romani prisca, tituli honoris, potestas, aetate. num. 22. & seq.
- 23 Religionis contentiones a Senatu pacatae.
- 24 Senatusconsultum a quo modo fierent. Duo vno die non fiebant.
- 25 Senatus referentibus Consulibus tantum statuebatur.
- 26 Senatus non erat adstrictus legibus. & nu. 31.
- 27 Senatusconsultum per discessionem, & per sententiam fiebant.
- 28 Senatusconsultum tantum quomodo fieret.
- 29 Senatusconsultum facta euulganda deferbantur ad aediles, ubi, & per quos.
- 30 Senatus auctoritas quando iudicium decernendis priuatorum applicata. Ad eum appellatio, eod.
- 31 Senatus quomodo ius, non legem facere posse dicitur.
- 32 Senatus Principis ex Senatu magno.
- 33 Senator urbis Roma quis hodie, & eius iurisdictio.

Senatores & Senatus, ¶ a senectute dici, nemo est qui ignoret. ¶ Romulus quippe Rex primus Romanorum, suffragis curiarum & tribuum ex illidem centum delegit ab aetate dictos senes & patres: ex quibus nati Patritii dicti, vt docent historiae Romanae enarratores, Liuius in 1. Dionys. Halic. in P. Plutar. in Romu. Salust. in Coniurat. Catil. Senaeque & dici Senes, qui consilio, ratione & sententia pollent. Vnde & apud Lacedaemones hac appellatione, constituta *gerousia*, Senum consilium, *Plus. in vit. Lycor.* Addidit Tarquinius Priscus huic collegio alios centum, & ideo priores patres isti conscripti dicti fuerunt, *idem in Romulo, & problem. 53.* ¶ Vt & ii qui postea Censorum vel Consulium decreto alleciti fuerunt, vt ait Festus, & Fencitella, c. 1. de Magistrat. Creuit enim illius ordinis Senatorum numerus. Fuitque tempore Machabaeorum, trecentorum, *7 Machab. 8.* Refert & Appian. Alexand. lib. 4. bello. civil. tempore Triumviratus Lepidi & Caesaris fuisse procipt. Senatorum ordinis trecentos: Equestris vero, ad duo millia. Excreuit & mirum in modum dehinc numerus, vt vulgus eos vocaret abortiuos Senatores: donec Octavianus iussit per binas lectiones restitui Senatum suo pristino splendore, & numerum circueundi, *Suetio. Tranquil. in Octauiano. cap. 33.* ¶ Constat & antea supra modum auctum numerum, ex eo, quod vt Senatusconsultum rata essent, ea oportuisset fieri 400. Senatoribus praesentibus: donec etiam cum postea Octavianus videret non tot frequentes convenire, minori numero rata fieri voluerit, *Dio Cass. lib. 54. histor.* Et aliquando non perhibita fieri, si talem centum adessent, *Liui. lib. 9. de bello Macedonico, dum de Bacchanal. agit.* ¶ Ex quibus monemur, non omnes qui sententiam dicere poterant in Senatu, dici Senatores, nisi lecti & in illum essent ordinem cooptati. Siquidem & qui honoribus facti erant & Magistratibus, in Senatum venire poterant, & dicebant quidem sententiam, sed non erant Senatores. Innuat id Liuius, dum ait, *lib. 33. Consules edixerunt quoties Senatum vocassent, vti Senatores, quibusque in Senatu dicere sententiam liceret, ad portam Capenam convenirent.* Et iterum, *Liui. lib. 36. P. Cornelius Consul edixit, qui Senatores essent, quibusque in Senatu sententiam dicere liceret, ne quis eorum ab urbe abiret.* In quo lapsus videtur Paulus Iurisconsultus, dicens, *Paul. l. fin. de Senator. P. Senatores autem accipiendum est eos esse, qui a Patritiis & Consularibus vsque ad omnes illustres viros descendunt: quia & si soli sententiam dicere possunt.* Nisi intelligamus Paulum latius Senatorum nomen accepisse, pro iis qui sententiam dicunt, & ita Senatores extraordinarii sunt.

funt: alter vero aberrat toto cœlo Paulus: maxime cum eius temporibus iam inuallidisset mos, ut nec ex Patriciis Senator legeretur, sed potius ex censu, ut et eques, *Plin. lib. 33. cap. 2. Sueton. in Augusto.* At & Cicero, *6. ad Atticum*, Pontifices, Augures, & alios quous Sacerdotio præditos eius, nisi qui habuissent Magistratum, aut a Censoribus lecti essent, non uenisse in Senatuum.

¶ Vnus fuit Senatus Romæ tantum, nisi uelimus inter Senatus nū merari Senaculum mulierum matronarum, quod permittit Hellogabalus in colle Quirinali mulieribus haberi, ubi stantebant mulieres conuentu solemniter: quæ, quo uestitu incederent, quæ cui cederent, quæ pileto, quæ equo saginario, quæ asino, uerberentur, quæ carpento mulati, quæ bouum, quæ sella, eaque uel pellicea uel offæa, uel argentea, & quæ aurum & gemmas in calcamentis haberent, & alia de similibus rebus ridicula faciebant Senatui consulta, & proinde Senaculum illud sublatum est, *Lampid. in Hellogaba.* nec dignum est ut de eo plura dicamus.

¶ Senatus habebatur & cogebatur, ut ex Varrone notat Gellius, *lib. 14. cap. 7.* apud maiores Romanos, per Dictatorem, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum urbi, neque aliis præter illis quibus concessam ius fuit faciendi Senatui consulta. Alii tamen in faciendis Senatui consultis, ut dixi, sententiam dicebant, uel saltem intererant. Nec omnes qui intererant sententiam dicebant, nam & ex more antiquo, liberis Senatuum curiam ingredi, & latum clauum ferre permissum fuit, ut celerius Respublicæ administrandæ assenserent, sed non ut sententiam dicerent. Et hodie in Gallia Episcopi in orchestra intereisse possunt inter Senatos Parlamentorum, sed non omnes sententiam dicunt, nisi qui Patritii regni seu partes Franciæ sunt, aut si dignitate hanc consequuti sunt a principe. Qualem Parisi habet Auctistes seu Episcopus Lutetiæ, Heteriarctus S. Dionysii, *Iuan. Luci. lib. 4. Placit. tit. 7. plac. 2.* Et Tholose alii Episcopi quos uocant consiliarios natos, nempe quod ratione dignitatis Episcopalis adeptæ, simul alius sedendi in orchestra Senatus habeant.

¶ Ut & olim Romæ Quæstores, principis candidati, qui in Senatu orationes Cæsarium recitabant, habebant ius gerendorum primorum honorum, & dicendi in Senatu sententiæ, *Aurel. in l. 1. §. fin. de offic. Quæsto. P. Refert & Lampidius, in Alex. Alexandrum Cæsarem dedisse Senatoriam dignitatem Præfectis prætorio.* ¶ Senatores lecti aliquando a rege Romulo, & ab aliis postea Regibus, & a Consulibus & Censoribus pro arbitrio, ut ait Festus: donec lata fuit lex Quinia Tribunitia, qua sancitum, ut Censores curiam in Senatum legerent, *Sigoni. lib. 2. de antiquo iure Roma. cap. 2.*

¶ Electio idè idoneis fiebat, inspecto genere, ordine, censu, ætate, magistratu. Genus fuit secundum Zonaram, primum plebeium a Romulo delectum, secundum alios, Patriciorum, *Plutar. prole. 53.* Succellit tamen & plebeiorum genus. Aliquando ex cunctis ordine suppletum a Bruto, ut ait Liuius, *in 2.* & est ea de re lex apud Appianum. Censu postea fecit distinctionem Plebei, Equestris, & Senatorii ordinis, *Senec. 2. declama. Arnob. lib. 6. con. gentes, Plin. lib. 33. cap. 2.*

¶ Censu Senatorii etiam ampliatum qui prius erat centum millium drachmarum, scilicet 26. millium aureorum, ad ducenta quinquaginta millia drachmarum productum, *Susto. in Augusto, cap. 11. Dio Cass. lib. 54.* Fuit tamen seculum quo Equestris & Senatorii census idem uidebatur, quando Equites & Tribuni ararii si muliudicarent ex lege quam tulit Anrelius Cotta, de quo uidebatur Asconius Pedianus in orationes Ciceronis in P. Sonem, pro Milone, & in Diuinatione: Budæus quoque in annotationibus posterioribus in Pand. ad l. munerum, §. iudicandi quoque: necessitas, de muneribus & honoribus.

¶ Melioribus interdu seculis etiam, non tam census Senatorii quam probitatis est habita ratio. Et Tyberius Cæsar, Senatores ad paupertatem redactos, ideo eo ordine cedere uolentes, & multos locupletauit, non tamen nisi adhibito examine, quod & Octavianus fecerat: multis Senatu propter luxuriam & paupertatem, cuius rationem reddere non possent, motis, ut ait Dio Cassus, *lib. 57.* Sicut & Adrianus Cæsar, Senatoribus qui non uicio decoxerant, patrimonium pro libero eam modo, Senatorie professionis expleuit, teste Helio Spartiano in eius uita. Solebant & posteriores dona largiri Senatoribus, quorum partem quandam Nicephorus Phoca Imperator Orientis retinuit in sisco, causatus sibi ad bella gerenda deesse pecuniam, ut legitur in primo

libro iuris Orientalis eius constitutionem ea de re ordine. ¶ Nec dubium etiam est, etatem sane certam & grauem huic Magistratu desideratam fuisse, & eorum qui iam aliis antea perfunditi essent minoribus Magistratibus. Et legebantur olim in Senatores quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia ualidum erat, ut ait Salustius & alii, *Sal. in Catil. coniura. Cic. in Caro. Quentil. l. 1. Infit. orat. cap. 6. Plutar. in libel. num. sem. sit. rogenda resp.* Sicque refert Cicero in lege duodecim tabul. scriptum, *Omnes Magistratus iudicium au spiciumque habent, exque iis Senatus esto, eius decreta rata sunt.* Sine etiam lectione Censorum fuerunt facti Senatores, qui Tribuni plebis essent, post Attinium plebiscitum, ante quod Senatores non erant, quamuis eis ius habendi Senatus esset, *Gel. lib. 14. c. 8.* ¶ Senatoribus tria iussa esse Cicero ait, in legibus: primum, ut adint: nam granitatem res habet, cum frequens ordo est. 2. ut loco dicant, id est, rogati. 3. ut modo, id est, ne sint in dicendo inuoliti. Lex 12. tabularum erat: *Senatori qui non aderit, aut causa, aut culpa esto.* Et olim Senatores captis pignori in curiam uenire cogebantur. Atque Octavius Augustus, & Caius Caligula, tarde ueniētibus absque uerisimili causa, maiore quam ante multam preposuerunt. Et sub Traiano, cum quidam Senator cessasset in Senatum uenire, Praetor Licinius Nepos, ei multam indixit: quæ tamē innumeris postea deprecationibus a Pretore remissa est, *Dio Cass. lib. 54. & 60. & Plin. Nepos. lib. 4. epist.*

¶ Idem etiam Octavius edixit, ut facilius adesse posset muneribus nequis Senator Romanus iniussa suo permissuque extra Italiam abiret, quod suo tempore Dio Cassius testatur seruatum. *Cum. nulli, inquit, Dio Cassius lib. 52. histor. Senatori aliquo, quam in Sicilia, Gallia, & que Narbonensem liceat proficisci peregre: eo autem propter propinquitate, ac quia pacata sunt regiones armisque uacat, etiam sine uenia impetrata, liceat Senatoribus quoties uelint proficisci, iis qui aliquam habent locorum possessionem.* Scribit tamen Seneca, quod Senator post sexagesimum quintum annum in curiam uenire non cogebatur, nec ueretur, *Senec. 2. declam.*

¶ Cogebatur autem Senatus non quotidie, nec absentibus Consulibus olim, nisi necessitate urgente, ut indicat Cicero his uerbis Cornificio scribens, *Cic. lib. 12. epist. fam. epist. omnium, 267.* *Senatus sepius pro dignitate tua appellatur, si absentibus Consulibus, unquam, nisi ad diem non am ageretur.*

¶ Locus ad quem cogebatur Senatus, maxime triplex erat, sic enim scribit Festus: *Senaculum locus Senatorum.* Et antea: *Senacularia fuisse Roma in quibus Senatus haberi solitus sit, memoria prodidit Nicostatus in libro qui inscribitur de Senatu habendo: unum ubi nunc est ædes concordie inter Capitolium & forum in quo sedit Magistratus D. T. cum Senatoribus deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra eadem Bellona, in quo exierant nationum legati, quos in urbem admittere uolebant. Senatus dabatur. Primum Senaculum, ut colligere est, magis frequens & curia dicebatur & opinio basilica, apud Græcos *πρωτοία*, auctore Varrone, *4. de ling. Lat. uide Annum, in commentar. ad Fabrum Pictorem de aureo seculo, Dion. Halic. in 2.* Et hinc cogebatur, oportebat esse in auguratum locum & consecratum. Nam in templo tantum, non alibi haberi poterat, ut ait Varro & Gellius, *lib. 14. ca. 7.* Ideo Vestalium ædes uel templum, sine consecratione erat, ne apud eas Senatus haberetur, *Seruius, in lib. 8. Æneid. Virg. in illos uers. Est ingens gelidum lacus prope Caritis amnem. Religione patrum late sacer.* Formam his omnibus firmiorem uidetur dedisse Augustus, ut narrat Suetonius, *in Augusto, c. 35.* *Qui autem, inquit, lecti, in Senatores scilicet probatique religiosus & minore molestia Senatoria dignita & fungerentur, sancimus, ut priusquam consideret quisquam, ibi ac mero supplicet apud aras eius Dei, ut ait, in cuius templo conuenerit, ut ne plus quam bis in mensis legitimus Senatus (id est, ordinarius) indictus enim alius, qui pro occurrente necessitate cogebatur quolibet tempore) haberetur, Calendis scilicet & Idibus. Neve Septembri Octobriue mense, uis adesse alios, necesse est, set quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent.**

¶ Adrianus Imperator, semper Senatores & equites Romanos togatos in publico esse iussit, nisi a curia recederentur, *Spart. in Adrian.* Toga tamen Senatorum non erat ipsigne, sed calceus limatus & latus clauus, uide & illi Laticlaui dicti. Latus clauus, erat uestimentum succinctorum, quod clauus, uocant Galli *agraphes ou crochets*, iungebatur in pectore, quale uestimentum quod apud Hungaros hodie circa pectus & longitudinem brachiorum claus aureos uel coccineos habet, supra quod uestimentum toga poterat iniici, ut scribit Wolphgangus

Lazius, lib. 2. *commentar. de Repp. Rom. ca. 3.* Omittit plura quæ de palmata veste hac dicuntur a Lazaro Baylio, quæ apud ipsam videre poteris libello de re vestiaria, ubi tamen fatetur ingenue non satis illi liquere post multa prolata, quæ vestis diceretur latus clauus. ¶ Nam florente quidem imperio, & Præfecti prætorio, quibus Senatoriam dignitatem concessit Alexander Cæsar, Lampridius in *Alexand. Sicuti* & Claudius princeps, Heduis: quia foderati antiquo iure cum Romanis & Galli fratres dicti, *Cor. Tacit. lib. 11.*

19 ¶ Tria ex potestate Senatorum & eorum imperio prodidisse accepimus, nempe Senatorum consulta, decreta & iudicia. *Senatus decretum*, ut scribit Sex. Pompe. Felt. a *Consulo* *Elus Gallus sic distinguit*, ut id dicat particulam quandam esse *Senatus consulti*: ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum *Senatus consulti* est. ¶ De iudiciis, *Senatus* prius nunquam antea, & nisi quando præualuit imperium & declinavit eius auctoritas, cognouit: ut series eius potestatis explicabit. Principio namque Romulus qui regnum fundauit, de potestate *Senatus* Augusta quædam & magnifica constituit, de quibus *Dionys. Halic. sic scribit, lib. 2. Rom. antiquita.* *Senatus Romulus hanc dignitatem & potestatem addidit*, ut is de quibus a Rege ad ipsum referatur, de his decernat: & ferat calculum, ita ut semper obtineat plurimum sententia: & id quoque a *Laconica Repp. desumptum est.* *Lacedæmonum enim Reges non erant sui arbitri, ut quicquid vellem facerent, sed Senatus erat potestas in negotiis ad Rempubl. pertinentibus.* *Phobianus commisit tria hæc, magistratus creare, leges sancire, de bello referre ad auctoritatem.* Idem & postea auctor alibi scribit, idem in 3. aliam *Senatus* fuisse potestatem eligendi inter regem, mortuo Rege, donec alius crearetur: & subinde cum inter regem eius facultatem eligendi Regem, quare post mortem *Tulli Hostilii* elegit *Ancum Martium*, eo que mortuo accepit potestatem regendi *Rempubl.* quapropter inter regem elegit, & postea Regem *Tarquintum Priscum*.

21 ¶ Dixerunt ideo quidam, *Senatum Romanum* constare regebis, *Liv. lib. 9. de cad. 1.* *Cicero, Senatum orbis consilium dixit, Cic. circa finem Philipp. 4.* Et alibi, *Pro Sex. Roscio.* *Maiores cum regiam potestatem non tulissent, ita Magistratus annuos creauerunt, ut consilium Senatus reipublica præpõnerent sempernum: de legentium autem in id consilium ab vniuerso populo, ad ius quo in illum summum ordinem, nisi qui omnium civium industria ac virtute pateret Senatum Reipubl. custodem, presidem, propugnatores collocauerunt.* *Theodericus rex Gothorum, conuentum Senatorum ait dignitatem esse imperantium, in epist. 3. Senatui in vrbis Rome, apud Cassiod. lib. 1. varia.*

22 ¶ De *Senatus* potestate *Polybius* sic scribit, *Primum potestatem ararii habet, etenim in ipsius arbitrio sunt reditus & sumptus.* *Neque enim Quæstoribus ne ad particulares quidem vsus intergrum est aliquid expendere sine illorum decreto, nisi in consules tantum: per hunc namque, & sumptus sunt, & est quod indultum est Censuribus.* *Consimiliter & quacunque flagitia per Italiam commissa publicam animadversionem requirunt: ut pote proditiõis, coniurationis, versificii, cædis dolo perpetratae, horum puniendorum cura Senatum concernit.* *Præterea, si quis priuatus vel ciuitas quapiam ex Italicis, vel consiliatione aliqua, vel astinatione, vel auxilio, aut custodia opus habet, horum omnium procuratorum habet Senatus.* *Denique, si legatio quadam aliquo mittenda sit extra Italiam, que vel consiliet quosdam, vel adhortetur, siue omnino imperet aliquid vel accipere, vel bellum denuntiare, de his prouidet Senatus.* *Similiter cum Romam legati veniant, quomodo tractandi sint quilibet, quidque respondendum, cuncta hæc periciuntur per Senatum.* *Potestatem quoque exercuisse Senatum in Tribunis plebis, docet quod recitatur a *Dione Cassio* lib. 40. Senatum Q. Pompeium Rufum Tribunum plebis, et si sacrosanctum magistratum, tamen quia seditionem agere videbatur, impediendo ne comitia Consulium fierent, in carcerem comitici fecisse.*

23 ¶ *Senatus* idem de pacandis nonis de religione ortis seditionibus cognouit, sub *Tyberio, Corn. Tacit. sub Tyberio.* *Concessisse & ius nundinarum inuinit *Plinius Secundus* lib. 5. Epist. epist. 4. Valeriano scripta.* *Ante Prætorium Soleis, a Senatu petiit, ut sibi institueret in agris suis nundinas permitteretur: Contradixerunt: Velocinorum legati, adfuit *Tusilius Nominatus*, dilata causa est alio Senatu. Quod ius ad solos principes postea translatum est, l. 1. C. de nundinis. Credo & de sacerdotis Senatum aliquando itauisse. Siquidem scribit *Dio*, eum in honorem *Iulii Cæsar* constituisse, ut si ei filius nasceretur Summus pontifex esset, *Dio Cassius**

lib. 44. ¶ *Senatus* consulta erant statuta per *Senatum* ad rogationem seu consulta. In enim eorum qui ius agendi & habendi *Senatum* haberent, solent mori facta, sole exorto & ante solis occasum. Siquidem cautum illud lege erat, ante solis ortum aut post occasum, facta rata non haberi. & *Censuribus* notis exposita esse, *Gell. lib. 13. cap. 7.* *Hæc non fiebant de rebus quæ alicuius momenti essent minori numero quam centum conueniente, *Liv. in 9. de bello Macedo. dum agit de Bacchanal.* interdum & plures adesse debebant pro varietate temporum, ut & paulo antea monuimus. Atque quamdiu matestas in *Senatu* fuit conseruata, duo *Senatus* consulta eodem die fieri non poterant, *Inl. Capit. in Maximiano.* propter auctoritatem que erat in *Senatu*, ut potestas in populo, *Cic. 3. de legib.* Ille namque cenfebatur, hic iubebatur. Ita *Livius*, lib. 7. de bello *Maced. Senatus* eam pacem seruandam censuit, populus iussit.*

¶ Et ita *Senatus* vix quippiam aut nihil, nisi referentibus *Consulibus*, aut aliis quibus ius cogendi erat *Senatum*, quos enumerat *Gell. lib. 15. cap. 7. & 8.* decernere poterat. Ea ratione conuenitur *Cicero*, in orat. de re ditu suo, quod de eo nolissent *Consules* referre ad *Senatum*, qui tamen cum equitibus maxime eius exsilium lugebant: sed non referentibus *Consulibus* quippiam statuere non possent. Et sæpe *Senatus* provincialium querelas delatas ad *Consules* reiciebat, & expositas sibi, *Consules* vel ad *populum*, vel ad *Patres* referebant.

Senatus cenfebatur & statuere ex arbitrio, non additis legum formulis aut laqueis, *Quintil. 3. lib. loquens de controu. simplic. & conuulsiis, & li. 7. de quali. loquens.*

¶ *Senatus* consulta olim fiebant in consilio, ut ait *M. Varro*, aut per discessionem *Senatorum*, si consentiret: aut si res dubia videretur, per disquisitionem sententiarum singulorum. Singuli autem consulebantur gradatim, incipiebatur vero a *Consulari* gradu, ex quo gradu super quidem antea rogari solitus fuit qui *Præceptus* in *Senatu* lectus fuisset. Fuit & modus postea consilium mutatus, ut is primus rogaretur, quem rogare vellet qui haberet *Senatum*, *Gell. ubi sup. li. 15. ca. 7. meminit de discessio. illa Suet. in Tyberio ca. 31.*

¶ Fuit & genus *Senatus* consulti quod tacitum dicebatur, de hoc *Jul. Capit. in Gordianis, & Phi. Beroal. ad Suet. ca. fin. in Domitiano.* eo quod illa *Senatus* consulta, quæ huiusmodi erant, non essent omnibus publicanda. Fiebatur autem huiusmodi tacitum, ut non scriberet, non ferui publici, non censuales illis actibus interessent, sed *Senatores* exciperent, & *Senatores* officia scribarum explebant, ne quid forte proderetur. Ut etiam *Fabius Maximus* perhibetur punitus, quod belli *Panici* sententiam forte fortuna per imprudentiam *P. Cæsurus* narrauerit, *Val. Max. li. 2. c. 1.* Et sic probe respondit *Papyrius* matri interroganti quid in *Senatu* ageretur, tacendum esse, neque id dicit licere, *Gell. li. 1. c. 23.* *Caius* moris exemplo & *Paulus* respondit, consiliorum *Principis* renuntiatores, vel viuos vri, vel furca suspendendi, si quis aliquid, *38. de pan. in P. Testituit & Augustus*, ne acta *Senatus* publicarentur, *Suet. in Augusto, ca. 36.*

¶ *Euulgabantur* antea, quæ ipsi voluissent. Nam & deferebantur *Senatus* consulta olim quæ vnoquoque tempore fiebant per *Consules* ad *Ædiles* in ædes *Ceræ*, nec ultra in potestate *Senatus* erant, neque *Consulium*: cum tamen ante arbitrio eorum *Consulium* supprimerentur vel enantiarentur, *Livius* in 3. Postea & *Senatus* consulta ad erarium deferri institutum, ubi & leges in gre incisæ erant, meminit *Cæc. Philip. 5.* *Dio Cassius* scribit, li. 54. *Senatus* consulta seruanda data *Quæstoribus* tempore *Octavian*, ab vrbe vero condita 744. cum *Tribuni* plebis, & *Ædiles*, quibus illud negotium traditum erat antea, per apparatus suos hoc egissent, & inde error & confusio incidisset.

¶ Retinuit aliquando sibi *populus* iudicium de capite ciuis, neque *Senatus* de eo poterat statuere iniussa *populi*, *Liv. lib. 6. belli Panici secundi.* Neque certe *Senatus* eo suam demittebat auctoritatem, ut iudicia priuata exerceret, quamdiu in sua integra maiestate fuit, sed ex quo institutus fuit, & ante monarchiam, maiorem receperat potestatem: ut etiam, cum *populus* legis faciendæ causa difficile in vnum conueniret, legis faciendæ potestatem in eum transfulerit, §. *Senatus* consultum, de iure natural. l. 2. §. deinde quia difficile, de orig. iuris. *Pandectus.* At postea, adueniente principatu; oppressa *Republica* a *Iulio Cæsar* & *Octauio*, caput corruere eius iplendor. Nec postea *Senatus* amplius exercitum mandauit, nec provincias decreuit, nec insignia regni gessit: quia tunc ad vnius arbitrium trans-

De Senatu Gallicano. Cap. 27.

- 1 Galliarum rex distribuit ex arbitrio iurisdictionem.
- 2 Senatus Francicus primum fuit apud regem.
- 3 Conuentus Gallici mobiles, & summa iurisdictionis. & nu. 4.
- 4 Curia Francia dicebatur Parlamentum Parisiorum.
- 5 Scacharium quid, & quando Rothomagensis concessum.
- 6 Parlamentum, cur curia suprema dicta.
- 7 Iustitium quando rumpatur & indicatur in Senatu.
- 8 Parlamentum Tholosani introductio, & antiquius Parisiensis.
- 9 Iure scripto iudicari debent homines lingua Occitana.
- 10 Parlamentum Burdegalense quando creatum, quando Delphinale, Aquense, Rothomagensis, Diuionense. nu. 12. 13. 14. & 15.
- 11 Parlamentorum potestas.
- 12 Magistratus dari debent probatis, non probandis.
- 13 Parlamentorum cause, & iurisdictione. nu. 19. & 20.
- 21 Parlamentum an legem facere possit.
- 22 Curia ordinat: formula placitorum parlamentorum est, non inferiorum iudicum sententiarum.
- 23 Parlamentorum classes, & tribumalia.
- 24 Chambre criminelle, & du temps de vacations, de quibus indident.
- 25 Requestarum iudices recuperatores, & notio eorum.

Princeps noster Monarcha solus, nullius addictus Principis vel legum imperio, iura subditis & Magistratus ipsos præscribit, iurisdictionisque cuiusque modum ex sententia distribuit, cum regni maioribus districtis & occupatis negotiis, tot populorum non possit audire vel dirimere controuersias. Atque ut id faceretur & iustis faceret, gradus iudicum minorum & maiorum constituit: ut quod a minoribus iudicatum fuisset, a maioribus, ad quos prouocatio esset, diligentius & rursus discenteretur, & si opus esset emendaretur. Attamen ne in infinitum litantium malitia aut contumacia per varios iudices excurreret, meram imposuit, quatenus prodire fas esset, summosque quosdam adiecit Magistratus cum maiori potestate, in quibus his finem acciperet.

Hos summos secum principio esse voluit Rex Galliarum & Francorum, ut illis maiestatem vltimæ dictionis adferret. Neque prius huius consilii status, vel certus locus, vel ita prius curia, vel tempus definitum fuit confidendi, sed indicebatur conuentus eo loci que Regi, ut Senatus ille videretur ambulatorius, ibi consistens vbi Regi, & quandiu placuisset: & ad hunc consuebat ex quacunque regni parte, ut sine spe prouocationis contententes negotiorum finem in iure caperent, quemadmodum scribit Gaguinus in Pipino, li. 3.

Cuius consilii vestigium remansit in conuentibus, qui postea dicti sunt *grands iours*, *Des grands iours*, in consilio. Ludo. 12. art. 72. quando videlicet pars Curie Parlamenti, ceteris potissimum diebus, quibus iustitium in sede præcipue est, in aliquam prouinciam ad tempus se transfert, ut sua præsentia facilius crimina expedit prouincialium, aliaque maiores controuersias. Ignorat Gaguinus, unde hic conuentus habendi mos profuaxerit. ¶ Ego tamen arbitror, a Britannia ex instituto Druidum in Gallias peruenisse. Sic enim docet Iulius Cæsar, de Druidum Senatu agens, *Inl. Gest. lib. 6. Commenta. Si certo anni tempore in sinibus Carnutorum, quæ regio totius Gallie medio habetur, consistunt in loco consecrato. Hinc omnes vndeque qui controuersias habent, conueniunt, eorumque decretis iudicari que parent. Disciplina in Britannia inuenta, atque inde in Galliam esse translata existimatur.* Meminit & idem Iulius Cæsar, de his conuentibus Gallicis, lib. 5. *Cæsar conuentibus Gallie peractis in Illyricum proficiscitur.* Et in Italia fuisse hos conuentus in 7. *Quieta Gallia. Cæsar ut instituerat, ad conuentus peragendos proficiscitur.* Fuerunt & in Bœthica, iudicij conuentus quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis, ut ait Plinius lib. 3. dum de Bœthica agit. Ita & tempore Regum Francorum, longo interdum annorum intervallo, ut scribit Paulus Æmilius, lib. 8. in Phil. Pulcro. in paucos admodum dies indictum consilium alias abbi agebatur raris iactio controuersis: quod ciuitates suæ quæque præfæcturæ iudicij domesticis contentate, turpe ducebant longinquum summumque auxilium appellatione implorare. Sed paulatim gliscente calumnia, multitudine causarum incremente, primum quotannis semel, idque in paucos dies: postea & semel & iterum, sed alio quam proxime semper loco, iurisdictione exercebatur.

¶ Tandem a Philippo Pulcro Basilica Lutetia Parisiorum in

regia vrbis insula ædificata, vbi iudicia sine prouocatione fierent, ac velut a sinu Regis ius peteretur. Gaguinus refert Ludouico Hudno Philippi Pulcri Regis filio. Sed id ad patrem melius primum institutum relatum ab Æmilio, ut quæ vaga fuerat antea iurisdictione in regia vrbe certis sedibus consisteret: ne litigatores peregre semper & incerti vexarentur in posterum. Id factum circa annum Domini 1294. autumat sub Philippo Pulcro, Joam. Monraigne de auctoritate sacri consilii, & ideo Parlamentum Parisiense, prius dicebatur Franciæ curia, Joam. Fab. l. 1. C. de summa trinit. Exstat constitutio edita a Philippo illo Pulcro, anno 1302. ne Consilium Parlamenti ab vrbe abnectant, quominus omnibus accessibus curiæ interessent.

¶ Tunc temporis & Normani domi iura petere velle perueherant: Rothomagi, quod ea sit vrbs regionis princeps, quotannis vere ineunte ac autumno sexies septenis in singula ea anni tempora diebus forum agebatur, si per bella aliaue occupationes liceret, quæ sæpenumero vel vere accidebant, vel fando prætexebantur: eum conuentum iuridicum Scacharium, pro statario vocitabant, Paul. Emil. in Phil. Pulcro, lib. 2. Sic enim Scacharium interpretatur Paulus Æmilius. Alii tamen Scacharium, dicunt conuentum iuridicum, qui per prouincias fiebat, cum summa potestate dicendi ius de omnibus, non secus quam Parlamenti esset a Germanica voce *Schickgen*, id est, mittere. Quia in constitutionibus Regis & Imperatoris Caroli Magni, dicebantur missi dominici, qui illos conuentus iuridicos per prouincias Principis peragebant.

¶ Parliamentum, Curia illa regia stataria Parisiensis dicta, a causarum auditione & decisione: est enim nomen vulgare Gallicum *parler* loqui, unde Parlamentum compositum a verbo Græco *παρῆρ*, & illam appellationem curiis maioribus antiquorum attributam, ostendit Annus Viterbiensis, in commenta. ad 2. librum *hrentarii Philonis*, in quibus explicatæ & peroratæ causæ decidere videntur, ita docet Senatores, qui *parados* & *peres* dicebantur etiam verbi gratia dictos, i. magistratos, quorum verbo pareatur. Hincque dictatores, ut Varro etiam & Festus affirmant, quod eorum dictis obtemperaretur, & quod diceretur is quoque a Consule: & Senatum Romanum publicæ potestatis, Senatorium consilium dictionale hoc vnicum Parlamentum, postea dum modo diuisum est per Philippum Longum fratrem Ludouici Hutini, anno Domini 1306. ut notat Budæus, ad l. si de Senator. in annotatio. prior. ad P. ¶ Sed legendum puto apud Budæum, anno Domini 1316. quo anno tatum regum obituit: anno quippe 1306. fuit Rex frater Hutinus. Is Philippus Locus trifariam diuisit Parlamentum, quod ex centum uiris constitutum est: nempe in eo essent duodecim Pares Franciæ, seu Duodecem uiri curandæ Reipublice. causa octo Magistri supplicationum vel requestarum de multis regiæ: octoginta alii, quorum quadraginta essent clerici, alii laici, gloss. antiqua ad §. quocirca in verb. *Parlamenta*, tit. de conclusio. Ecclesia Gallica. in pragma. sanction. Guil. Bened. in repet. c. *Raynium*, in ver. & uxorem nomine, decis. 2. nu. 187. 188. 189. Ioannes Lucius, lib. 3. placito. curia. tit. 1. plac. 4. totam originem paucis explicat, ut Philippus Pulcer anno Domini 1302. certum locum curiæ Reipublicæ assignauerit. Lutetiana regiam vrbe. Postea perennis Ludouico Hutino constituta sit anno Domini 1315. Quo tempore vel non multo post cepit amplissimus ordo quotannis posttride Martinalium iurisdictionem onem auspiciari, & persequi usque ad 5. Idus Septembris, reliquo anni tempore iustitio optima ratione contributo.

¶ Cæperant & actionum curialium tunc formulæ, siue stylus Parliamenti. Quo tempore curia Parisiensis introducta & statata fuit, eodem & Tholosanum Parlamentum constitutum inuenio, anno 1302. in constitutione Philippi Pulcri, art. 47. ea lege si id Tholosani ere tua videretur. Sic enim fe habent constitutionis verba. *Propterea, propter subiectionum nostrorum commodum & causarum expeditionem, proponimus ordinare, quod duo Parlamenta Parisiis: & duo Scacharia Rothomagi, die que Trecentis, bis tenebuntur in anno. Et quod Parlamentum apud Tholosam tenebitur sicut tenebatur solent temporibus retroactis, si gentes terra consentiant quod a præfidentibus in Parlamento predicto non appellabunt.* Ex quibus etiam postremis verbis, *Sicut antea tenebatur, temporibus retroactis.* Colligo etiam Parlamentum fuisse antiquius apud Tholosanos, quam Parisienses: sed intermissum fuisse, propter bellorum tempora. Verisimile enim non est, tantam ciuitatem que regia fere semper fuit, & suis Regibus & Comitibus liberis tantum seruitebat eosque habebat, ceterisque vicinis imperantibus Senatu

Senatu vel consilio summo caruisse. Fuit & Wisigothorum regia, tempore Clodovei primi regis Francorum, quæ Alaricum regem tum habebat, cum eo necato in imperium venit Clodovei. Sicuti & Burgundia, Vefates, Cadurci, Rutheni, Arverni, totaque Aquitania, usque ad Pyrenæos montes. *Iaco. Meyerus, lib. 1. Annalium Fland. Annoni. lib. 1. ca. 22.* Et Aribertus cum Aquitaniam fovendam accepisset a Dagoberto rege Francorum & fratre, Tholosam regni sedem erexit, *idem Annoni. lib. 4. histo. Franco. ca. 17.* Postea autem & ad reges Francorum rediit, obfessa sæpe & bellis agitata: ut non mirum, si eius Senatus alio aliquando translatus est, & iterum in suam pristinam sedem restitutus. Quare & apparet ex constitutione Caroli 7. anno Domini 1444. stabilitum iterum Tholosæ Parliamentum pro lingua Occitana, & pro Aquitania, ad quod Senarchorum & aliorum iudicium qui intra fines earum regionum iudicarent provocaciones decidendæ pervenirent ultimo iudicio. ¶ Conventum tamen tunc inter Regem & actores seu Syndicos provinciarum lingua Occitanæ, quorum incolæ a Iustino Teologice sunt nominati, quod scripto iure & communi regeretur. Ex quo nec pro iniqua provocacione, multa sui emenda non deberetur. *Guil. Bened. ad ca. Raynarius, ad ver. & uxorem nomine, dec. 2. nu. 191. de testam. Fecit subinde Parliamentum translatum Montepessulum, & p. Rea reuocatum Tholosam, a Ludouic. 11. anno Domini 1611. Joan. Montaigne tracta de auctor. sacri consilii. ¶ Et postea Burdegale in Aquitania a Ludouico 12. erectum, de quo vide constitutionem eius. arti. 75. anni Domini 1499.*

¶ Delphinale quoque, quod primum fuit consilium creatum per Hubertum Viennensem Delphinum, die 1. Augusti, anno Domini 1040. a consilii nomine mutatum in Parlamento auctoritatem, per Ludouicum 11. anno Domini 1453. *Guid. Pap. q. 44. & q. 45. 4.* ¶ Parliamentum vero provinciarum Aquense, primo erectum in Senatu per Ludouicum illius nominis 11. Comitum provinciarum, patrem Rhenati vicini Comitum, anno Domini 1415. Deinde mutatum nomen in consilium, quod & rursus rediit in Parliamentum, anno Domini 1507.

¶ Rothomagi quoque Scacharium transfuit in Parliamentum anno 1489. Et Diuioni aliud constitutum. ¶ Unde colligamus, illam primum curiam vnicam Franciæ Lutetiam diuisam fuisse in septem sedes, quarum illa primam & digniorem, propter regiam ciuitatem habeat: secundam, Tholosanum Parliamentum: 3. Burdegalense: 4. Gratianopolitanum: 5. Diuionense, *De Diuionensi parlamento, vide Barto. Chassa. in proo. consuet. Burgun. ad ver. de noz. Parliamentis. 6. Aquense: 7. Rothomagense, Joan. Montaigne, ubi sup. Quare opinor omnes Senatores, omnesque curias Parliamentorum, cum sint eiusdem propemodam priuilegii & auctoritatis, & ab eodem fere fonte, dici collegas & vnum veluti tempus constituere, non secus quam omnes Cancellarios in regno Francorum. Sicque alterius Curie seu Parliamenti Senatoribus, in altera Curia re & aditum patere debere, & ius dicendi sententiam, habita ratione temporis quo in album transcripti sunt eius ordinis. Et ita etiam Joan. Lucius scribit iudicatum & seruatum lib. 4. placito. curia. tit. 7. plac. 5. ¶ De auctoritate & potestate Parliamentorum, multa adfert Boerius in commentariis tractatus sacri Consilii: ideo pauca de his monerimus. Magna quippe & quotidiana eius Senatus est auctoritas & potestas, & que exigat viros non trium vel quatuor horarum examine in sermone & ingenii perspicacitate probatos, sed multis annis graues, certæ experientie & bonæ vitæ, sine examinatione disputationis, sine disputatione & longa temporis serie persequos, quorum virtus, conscientia & ingenii dexteritas & probitas, a multis annis coeperit, & perseverauerit. Memini enim aliquando me legisse in constitutione Ludouici 12. anni 1512. etiam prohibitum in sede Senescalli Tholosani, ne in consilium assumerentur iudiciorum, nisi praxim aliarum sedium exercuissent, & per seculationis munus ultra tres annos. Experientia cum de cetera in iudiciis necessaria est, maxime ubi alterius iudicis superioris calculus emendatorius non expectatur, ut in Senatu: in quo non tantum dicere eloquenter & acute, quantum sincere, mature & bene deconsiderandam est. Respublica ægra, Senatui curanda vicima sententia committitur: huius morbi, non loquendo subtiliter, sed probe considerando curantur. Desseo quod in multis Galliarum supremis aliisque Curis, collegæ admittantur imberbes, & rudes, & noni omnino, sub spe discendi, Dolendum quod sufficientiæ eorum Censores, impetere iudicium & calculum præferunt, preclata inquisitione, Deus bone, tam per sanctiorie de vita & mori-*

bus & breuissimo examine de cetera, si modo a tribus per tres horas placuerint. Cum tamen nummulariæ & argentarij noua nummularia suspecta habentes, non tantum tantum, sed & lapidæ Lydio bonitatem probent. Turpius efficitur, quam non admittitur hospes. Discunt quidem noui & iuvenes Senatores, idque non diffiteor, sed dum discunt, Respublica detrimentam in medicabile capite discuntis vex trutinam in peiorem partem rapit, & vobis regno cui hæc sunt, ubi numerantur non ponderantur voces. Discendi illis non est tempus & locus: sed iudicandi, idque vltimo iudicio. Nam a senatu seu Parliamentis, ut de Senatu Remar dictum est antea, prouocari non potest: licet quamuis supplicare contra Senatus iudicium, in consuetu. Ludouic. 12. anni Dom. 1479. non quidem ut olim intra 30. annos, sed intra biennium tantum, exemplo supplicationis præfecti Prætorio, *l. 1. de offic. præf. p. 10. C. ¶ Egredendum est, quod hodie prius Magistratus dentur vel vendantur, quam persona probetur. Melius olim, & Respublica etiam hilarior, quado etiam probatis meliores ad hoc munus eligebantur, dum ex peritissimis Iuriconsultis, aduocatis: ex optimis, aduocatis, Senatores & iudices: ex optimis iudicibus & Senatoribus, Præsides & Cancellarii. Et certe mihi videtur non valde angustum, audire codicillis donatos officium & Senatorum sub incudem reuocari iudicium: idque turpius enim codicillis & munere regio, repuliam merito pati ob ignorantiam: hoc enim mihi videtur esse crimen sacrilegii, reprobare quem Princeps codicillis approbauerit. Sed tamen in hoc curia supremæ est pro salute Reipublicæ cautio, contra ambitionem petentium Magistratus. ¶ Causas, quæ sint cogitacionis Curiarum sub premarum tradidit, cor stituit Caroli 7. arti. 5. 6. 7. 8. & quæritio earundem circa iurisdiccionem rerum iuris diæmatis, vel domanii, constitutio Francisci 1. eius tit. art. 11. 5. 43. exstet & cor stitutio Latina, de foro competent. Cognoscunt & de beneficij vacantibus in regalia in prima adione, vide de isto casu *Egidium Magist. tit. de regali. c. 12. de causis Parium Franciæ, si modo illorum interest dicere, non si per obliquum, ut explicat Carol. 7. arti. 20. Cognoscunt, in causa prouocacionis, nisi expresse prohibeantur a constitutionibus, etiam de iudicatis a Præsidentialibus & iudicibus regis, delegatis a Rege, & a conservatoribus, vniuersitatum, conservatoribus apostolicis, & aliis iudicibus Ecclesiasticis per viam abusus, executoribus arrestorum, consiliariis libellorum supplicum palatii. Magistris supplicum domus regie & thesauri, vide Rebuff. in constitutio. regias tit. de appellationibus ab abusu. gloss. 3. art. 1.**

¶ Sed est nomophylax seu cancellarius interdum prouocacionis codicillos negauerit, ad curiam prouocantibus, per tractulum Parliamenti impetrantur: & proinde ac si obteriti essent eius auctoritate pronuntiat, *Jo. Lucius, lib. 4. Placito curia. plac. 2. & 4.* Præfectis etiam rationum regiarum curiam appellari posse, pronuntiatum est 4. Nov. Septemb. 1383. *idem eod. pla. 5. 6. & 7.* Commituntur & pleraque a principe supremis curiis, præter ordinem discendum, quæ ibi tantum explicari possunt: ut causæ capitulares, Prælatorum, Comitum, Baronum, ciuitatum, quibus id iure singulari datum est ex Caroli 7. consuet. arti. 5. Proculdubio etiam apud Senatum, tractanda omnis accessoria arrestorum curiæ eiusdem, a qua processerunt: executiones, interpretationes, reformationes arrestorum, sine per viam supplicationis ciuilibus, siue per propositionem erroris impugnentur. ¶ Interdum cognouerunt de duello, & monomachia priuatorum. Decretendæ item in exteris pignorationis seu clarigationis, quæ nunc *repressalia* appellantur, ius & potestatem olim curiæ supremæ fuisse probare potest Senatus curiæ Parisiensis supremæ placitum: quæ tamen nunc penes solum principem esse videmus, *idem Luc. ubi sup. pla. 1.* ¶ Sicuti & leges quidem ratione iurisdictionis in suo territorio Parliamentum facere potest, & de quibus constitutio regia aduersum non inhibeat sine consensu principis leges statere, non potest. *Jo. Faber in l. si. C. de legi. Ausie. in additio. ad qua. Tholos. 405. Joan. Faber. & Angel. Arctin in §. sed & quod Principi placuit, de iure natur.* Sicque intelligo quæ de summa eius potestate traduntur: multa quamuis publicanda mittat Senatu: Princeps hæc ita demum constitutionis vim in territorio Senatus habent, cum publicata seu approbata fuerint, iuxta l. humanum Cod. de legibus. Consilii enim causa, non tanquam Rex, id facit. Melius tamen non diffiteor Rempublice habituram, si Rex noster Christianissimus ex Senatu tantum suorum eorum filio, leges ferret plurius iudicio expensas, & matris consilias, plus enim plures probi & boni, quam pauci, ingenio &

consilio pollent. Et Magistatus optimi, regi addictissimi, ea etiam conscientia esse debent, vt malint se addicare magistratu, quam in Deum & principem consensu adulatorio peccare.

22 ¶ Observarunt interpretes curiam supremam non vti inscriptione regia, sed curia. Dum enim statuit, hae formula vtitur, *La cour ordonne*, non autem *Le Roy ordonne*, aut *Le Roy vous dit*: quia formula illa, *Rex statuit*, est propria consilii, in quo Cancellarius, magnus Regis Consiliarius, eo modo edicta pronuntiat, *Iacob. Bonaudus de Sanse*, ad Ioan de terra rubea, in proo. contra rebelles, *Joan. Monta gne in tracta. de auctor. magni. consil.* Neque etiam illa verba, *curia statuit, curia precipit*, aliis iudicibus quam Parlamento permittuntur, *Bonaud. de Sanse. vbi sup.*

23 ¶ Curia Parliamentorum in classes diuisa est, primumque tribunal, Parlamenti nomen retinet, vocat *l'audiance*, vbi perorare causae deciduntur. Reliquae classes propria nomina habent, vt prima & secunda aut tertiae classis inquestarum, in quibus sunt proprii Doctores seu Praesides. Alia classis si adest, dicitur Requestarum seu libellorum. Tribunal primum, & classis Inquestarum, supremo iudicio sine prouocatione decidunt lites. Primum vt plerumque, ex tempore explicata, terminat: vel si quid consilio dignum sit, non liquere tunc, sed amplius deliberandum censet. In classibus veto Inquestarum, negotia quae ex scripturis & probationibus perpendendis & percurrendis constant, diiudicantur. Statuit Ludouicus 12. anno Domini 1499. artic. 74. Senatores seu Consiliarios priusquam in orchestrum maioris tribunalis seu audientiae, dicant *cameram magnam*, consendant, versari debere & veluti praeludere in classibus inquisitionis, seu inquestarum.

24 ¶ Est & Tholus criminalium causarum, vbi & causae perorantur criminales summo iudicio, vocat *Chambre de la tournele*, pro quarum decisione ex curia certi delignantur quotannis, eaque classis nunquam iustitiam facit, & exigit affluosus Senatores, ex constitutione Caroli 8. artic. 90. Et tempore iustitiae, residet in curia quoque classis iudicum delectorum ex omnib. ante finem Parlamenti, vocat *Chambre seant au temps des vacations*, aut *Chambre retenue*. Cui certae summae tantum notio, videlicet reditus centum librarum, vel rerum valoris centum librarum, datur: & beneficiorum valoris anni ducentorum aureorum, ex constit. Franc. 1. des *abbreviations de proces* anni 1519. artic. 1. 2. 3.

25 ¶ At requestarum iudices, sunt ex Parlamenti corpore, veluti recuperatores & delegati a Principe in causis ciuilibus priuilegiatarum personarum: vnde vocantur Commissarii requestarum, & privilegia quae illis dirigitur, vocantur *Committimus*: quod per diplomata Cancellariae, illis notio committatur causarum possessionis & personarum, *Constitutio Ludouici*, 12. artic. 42. & 43. *Caroli 8. artic. 76*. Quae personae habeant causas committas huic curiae, tradunt constitutiones propriae. Ab istis ad curiam supremam est prouocatio, vt a iudicibus regis aliis. Non cognoscunt de criminalibus principaliter, vbi regii procuratores instant: nisi illae criminales quaestiones incidant post motam causam in quaestionem. Non item cognoscunt de hypothecariis, *Molina. in 7. par. styli parlamen. aristo 93*. nec generaliter de in re in actionibus aliis, neque nisi inter personas priuilegiatas: quales sunt praecipui officarii diadematis, seu *de la couronne*, Senatores priuati consilii, Magistri libellorum ordinarii domus regiae, notarii & secretarii, domestici & officarii salario donati, eius, vel augustae, fratrum, sororum, auunculorum, materterarum, filiorum Franciae, nisi negotiatores sint. Item officarii curiarum supremarum, duodecim aduocati Senatus Parisiensis, famae hilarioris: sex aliorum Senatuum, totidem & procuratores, capitula, communitates, ecclesiae pro rebus ecclesiasticis tantum.

De Consilio Principis, seu de consilio Praetoriano vel aulico. Cap. 28.

- 1 Senatus olim, consilium proximum Principis.
- 2 Octauius sibi consilium semestrale elegit.
- 3 Consilium magnum & priuatum Principis: quis ei praesideat, & ex quibus Senatores eius delecti. Et nu. 4. & 5.
- 6 Consilium magnum, olim consilium priuatum Regis sine iurisdictione contentiosa. Nec tanta auctoritatis, ac Parlamentum: a quo eliguntur eius Senatores: eius iurisdictione & sedendi modus, fines, & priuilegia. nu. 7. 8. 9. 10. & 11.

¶ Vandiū ¶ Senatus Franciae sequebatur principem, nec certum locum receperat, tandiu is erat & sacrum illius consilium. Sed vbi legem confedendi perpetuo in aliquo loco accepit, opus fuit delectu virorum, qui sequerentur consilii causa principem. Quemadmodum & apud Romanos Aelius Adrianus quodammodo Senatum Romanum in aulam suam transfudit. Nam receptis Senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quae superiorum Imperatorum temporibus promiscue constare solebat ex Equestri ordine ac Senatorio, domesticum quendam Senatum circa se habuit. Qui, quoniam is contriuitis pene delectaretur peregrinationibus, comitatus Caesaris dici cepit: & ipius amici, Comites, quorum consilii & opera, in bello & pace vti est, *Aelius Spartianus in Adriano*.

¶ Octauius Caesar etiam sibi instituit fortitri semestria consilia ex Senatu: ne inuidia contemnere aliquos videretur, cum quibus de negotiis ad Senatum frequentem referendis ante tractaret, *Suetonius in August. ca. 35*. Legimus fere omnes reges & monarchas aliquod consilium penes se habuisse, cum grauium pettracharent. Vt de Aethiopo legitur *Hesler cap. 1. de Alexandro Magno, & aliis*.

¶ Consilium Magnum est veluti consilii priuati & sacri Regis appendix, in quod tantum proximi sanguine heroes, & selecti admodum pauci admittuntur, vide *Budaeum, ad l. fin. de Senator. vbi priuatum strictum & interius aulicum fuisse dictum sit*.

¶ Cancellario magno, & Magistris libellorum domus regiae assident Senatores huius ordinis, semestri partito labore, *Ludo. 12. in consil. de l'augmentation de grand conseil*. Praesidet namque sibi adiit Cancellarius, & eo absente praeses sit. Sin minus olim in tribunali iuridico controuerstarum, antiquior ex consiliariis laicis: in sessionibus consilii, antiquior ex clericis.

¶ Consilii istius causa, olim aduocabantur ex curiis supremis Senatores principis: subinde tamen, cum illi in propriis sedibus desiderarentur necessarii: factus visum est ei ordini alios allegere, qui sequerentur sine prouincialium incommodo Principem, & cum Cancellario negotia ad principem relata, eius auctoritate diiudicarent. Quemadmodum Praefectus praetorio, & Quaestor sacri palatii, tempore Theodosii & Valentiniani, Iudicis sacris praesidebant, & disceptationibus ad Imperatores relatis, illis in negotiis orbis occupatis, *L. praecipimus, de appellatio. lib. 7. tit. 62*. Scribit *Cassiodorus* curiales dictos fuisse olim appellatione minoris Senatus, quos poterat verberare Praefectus Praetorio, *Cass. li. 6. variar. c. 3. in formula praefecti praetor.*

¶ Carolus Molinaeus ad quaest. 192. in decisio peraresta apud Ioan. Gallum, per illam quaestionem tradit, magnum consilium olim vbi erat Cancellarius, nihil aliud fuisse quam priuatum Regis consilium: hodie tamen fieri iurisdictionem contentiosam & ordinariam.

¶ Notat & in quaestione 109. consilium fuisse regium, quod magnum consilium dicitur, ne tantae esse auctoritatis, ac est curia parlamenti. Sicque in omnibus diplomatis, vt scribit *Ioannes Lucius, lib. 4. Placito. tit. 1. plac. 10.* in quibus ordinis amplissimi, id est, Senatus, & Praetoriani consilii, id est, magni consilii mentionem haberi contingit: ipse semper amplissimus ordo praeposendus est. Quod & Carolus 8. rescriptit, & in acta publica regestum est Idib. Junii 1499. Profert idem placita, quibus dictum a curia ad praetorianum consilium auocationem non fieri, *idem. Luc. d. lib. 4. tit. 1. pla. 8.* & contra praetoriano consilio prouocanti ad curiam supremam, exercendae prouocationis potestatem fieri, eamque in rem curiales codicillos dari, *idem eo pla. 9.*

¶ Deliguntur istius consilii Senatores a Principe, nec enim ab alio Principi dantur, vt dabatur Lacedaemonijs regibus. Neque tenetur Princeps, si nolit, sententias eorum sequi: quia neque qui tenetur aliquos in consilium adhibere, tenetur eorum sententiam sequi, *cum olim de arb. Facit dictum & ratio Xerxis, qui Graeciae bellum inditurus, adhibitis Asiae principibus: Ne videror, inquit, meo tantummodo vsue consilio, vsu contraxi. Veruntamen mementote, parendum magis vobis, quam suadendum, Val. Max. lib. 9. c. 5.*

¶ Huic consilio quae iurisdictionis contentiosae & ordinariae, praescripta sunt constitutionibus regis, quae pragmaticis vel cogitatae sunt. Cognoscebant & de controueris ex causa episcopatum, abbatiarum, archiepiscopatum, & aliorum beneficiorum ad nominationem regiam pertinentium exceptis regalibus. Item de leproatis, hospitalibus, pedagis petitis a dominis contra mercatores, qui terra vel aqua negotiantur: nisi aliis curiis priuilegio

uilegio cõmittantur. Item de contrarietate & nullitate aresto-
 rum, *Rebuff. in cons. reg. tit. du grand. consil. artic. 14. vide plenam
 horum & aliorum iurisdictionem illis concessam edito Henri. 2. an.
 1557. 2. Septemb.* nisi aresta data essent in privato Regis consilio.
 ut aresto dictum est magni consilii 4. Ianuarii 1553. Cognoscunt
 de controuersis finium seu territorii curiarum lupremarum, de
 prouocationibus a præposito domus regie, in causis tantum ciuili-
 bus. Alia Franciscus Rex eius nominis primus, quædam illis
 concessit, anno Domini 1531. Maii 10. Quæ postea ademit &
 assignauit iurisdictioni Parlamentorum, Baniuum, Senarcho-
 rum, & iudicum regalium, ut de ceberit constitutio eiusdem mē-
 sis Martii, anni 1545. Ceterum, constitutio Comitiorum Acre-
 liæ habitiorum, art. 37. inhiuit consilio prætoriano iurisdictionem
 aliarum caularum, quam suæ creationis prioris: neue se im-
 miniscerent de contrarietate aut nullitate arestorum curiarum lu-
 premarum. Remanet autem illius potestas in sua iurisdictione su-
 prema: sine prouocatione: & causarum de quibus, rite cognouit iu-
 dicia in quacuoque regni parte exsequi potest, *ex consuet. Lud. 12.
 publica an. Domini 1498.*

10. *Formulas* sedendi iurisdictioni, & conueniendi, poterit fa-
 cile discere ex stylo magni consilii. Fines & rationes institutionis
 huius ordinis sunt, iuuare consilio Principem, vel eius magnum
 Consiliarium Cancellarium, *Livis. super ius de excus. tit. 1. l. vni.
 de præpos. lib. 12. C. tit. 18.* Inter domesticos principis transcri-
 ptis, literis seu codicillis publice ea de re datis, 10. Martii 1547. pu-
 blicatis & actis inscriptis, regesto consilii magni, 23. Apr. 1548. In-
 dultum & personis Ecclesiasticis eius ordinis, ne ad contributionē
 decimarum, quas a beneficiis percipit Rex, teneantur pro benefi-
 ciis per illos possessis: exceptis abbatibus & Episcopis, ut codi-
 cillis regis declaratum, publicatis in dicto consil. 26. Apr. an. Do-
 mini 1548. Omitto cetera privilegia, quæ fati nota sunt.

De Cancellario seu Nomophylace, vel
 Iuris præfecto Galliarum.

CAP. 29.

- 1 Cancellarii scriba dicti.
- 2 Cancellarius Francia curia dictus, a quibus & ex quibus ele-
 ctus, potestas, & officium eius, nu. 6. 7. 8. & 9.
- 3 Rex Galliarum per interpretem respondet.
- 4 Reges Assyriorum non omnibus visis.
- 5 Perlarum Regem nemo videt, nisi eductus a Chiliarcho de adora-
 tione eius.
- 10 Cancellariorum in Gallia varia nomina.
 Et Cancellarius officium quis seruetur instituisse: eius insignia,
 similis Quaestori Cancellario, nu. 11. 12. 13. & sequ.
- 14 Cancellarius fuerunt Imperatoribus: Regibus Angliæ, & a quo
 tempore, nu. 15.
- 16 Cancellarii officium: & munera: ad iura, nu. 17.
- 18 Libellorum Magistris qui quot per successionem temporum in Gal-
 lia: ordinariis, & extraordinariis: eorum notio, nu. 19. 20. & 21.
- 22 Officiorum controuersia coram quo iudice tractentur in Gallia.
- 23 Cancellaria cur singulis Parliamentis coniuncta.
- 24 Sigillorum regiorum in Cancellaria Senatores custodes.
- 25 Audiancier quid & eius munus.
- 26 Cancellaria quos codicillos veniales concedere potest.
- 27 Cancellarius magnus que rescripta per se subscribat.

Meminimus superiori capite, de Cancellario consilii Præ-
 toriani præfide, seu principe: ideo pauca de eo teorium dicē-
 da. Cancellarii nomen in constitutionibus Caroli Magni, & Lo-
 tharii, pro notario & scriba quolibet ponitur. Sic enim legitur in
 Capitularibus Caroli Magni, *commentario illustratis per Amerba-
 chium, c. 11. tit. hæc sunt capitula, que pro lege obseruanda. Ut nullus
 Cancellarius pro villo iudicato, aut scripto, aliquid amplius accipere
 valeat, quam dimidiam liberam argenti, de maioribus scriptis, &c.*
 Est & in legibus Longobardorum, *lib. 2. leg. Longo.* titulus de Scabi-
 nis & Cancellariis. *Wolfgangus Lazius,* Cancellarios scribas
 dictos, quod intra Cancellos scriberent, & ita in lege Salica vñ-
 pari, *lib. 2. commentar. de repub. c. 4.* Consentit Philippus Beroal-
 dus, in Poesi, & in Hendecasyllabis de officio scribæ.

*Cancellarius, inquit, vt recentiori
 Scribas nomine nuncupem, vetustus.
 Dicit qui curi, &c.*

1. *Sic* & in iure Iudices dicuntur habere Cancellarios, in ru-

bric. l. 3. de assess. & domesticis, & Cancellaria iudicum, C. lib. 1. tit. 52.
 Sed hæc est appellatio nominis generalis, quæ in Magistratu hæc
 summo restringitur, *ut ego in,* ad vnum Cancellarium, dictum
 magnum Consiliarium olim Regis. Et alii quidem putant, Cancellarium
 hunc dici, a cancellis aulae Principis, intra quos Princeps
 reſiſebat supplicantiſ aut conſulentiſ reſpõſurus: iſ autem
 Cancellariuſ ei aſſiſdebat, & eiſ nomine per Cancelluſ reſpon-
 debat.

¶ Non enim per se Principes nostri perpetuo respondent, sed
 per alium sæpe vt per interpretem. Cuius munus Cancellari-
 us exsequitur nunc. Et maxime tunc cum nostri Reges non nisi
 Calendis Maii videri poterant, quibus tantum prodibant in publicum
 & salutabatur, reliquo anni tempore per Maiorem domus
 & alios negotia expedientes regni, *Tritem. lib. 1. breuiarii histor.
 Franci. ¶* Sicuti apud Assyrios a tempore Nini, qui Zames Ni-
 neas dictus, vsque ad Sardanapalum, cui regnum ab Arbacto ad-
 emtum, & in Medos translatum, Reges per internuntios respõ-
 sa tantum dabat, raro a vitiſ vitiſ, *ſeſtiniſ ex Trogo li. 1. ¶* Narrat
 & *Emilius Probus,* quod nemo ad Regem Periarum accedebat,
 quio prius more patrio ad Chiliarchum eius veniret, qui doceret
 & moneret eum qui in conspectu Regis venturus erat, Regem ven-
 nerat, *in Conone.* Tradant & Hannibalem post Cannensem victo-
 riam elatum, non nisi per interpretem loqui solidum.

¶ Alii ¶ Cancellarium a cancellando, id est, a lacerando & in-
 ducendo: Illud enim cællare significat, *Val. Max. li. 9. c. 5.* quod
 potestatis eius sic Cancellarius, vt possit, si præter æquitatē & ius
 videat libellos vel codicillos oblatos subscribendos, vel sigillo re-
 gio authorandis inducere, cancellare, & reticere, *l. cancellauerat,
 de his que in test. delen. l. inductum, cum glo. C. de solutio.* Quemad-
 modum & libellorum alii Magistri, æquitatis & iustitiæ tantum
 libellos admittere & suscipere, male autem & iniuste conceptos
 reticere debent *glo. in l. 1. in verb. libellis, de offic. assess. rex. & glo. sa-
 cerdotibus, l. 1. q. 1. sicut. de paga. C.* Vnus hic Cancellarius præci-
 pius ideo absolute dicitur Cællarius, vel magnus Cancellarius,
 vel Cancellarius Fræciæ: alii namque eius sunt subadiuuæ, vt Ma-
 gistri libellorum, & Cancellariorum officia.

¶ Eligebatur ¶ hic Cancellarius olim ex Curia Parisiensis su-
 prema per Senatores & Præfides eiusdem, summa cum diligen-
 tia, qui magis esset idoneus tanto muneri. Sed postea Rex sibi hæc
 electionem referuauit, & non tantum ex vno Senatu, sed ex reli-
 quis eum qui sibi videtur huic muneri commodior, Cancellariuſ
 constituit, qui post electionem iurat in manibus Regis, se probe
 & incorrupte officio suo sancturum, quod mādatis eius obtem-
 perabit, quod consulet quod ere eius, & vtilitate Reip. sibi iustū
 æquumque videbitur, nihil odio, fauore aut gratia cuiuspiam fa-
 ciet: eiatque sacramentum fidelitatis, si quod aliud alicui fecerit,
 videformam optimam & vere dignam Rege, & iuramenti verba
 concepta, apud Ioan. Lucium, *lib. 3. placitor. tit. 7. plac. 1.*

¶ Est ¶ huius maxima potestas & dignitas Principis os, quod
 mente Regis explicat, & leges eius nomine figit & refigit, præ-
 fectus iuris & æquitatis cultos, & dispensator supra iuris rigidas
 leges. De potestate & dignitate Cancellarii Luc. de Pen. in rubr.
 de Præ. præ. lib. 12. C. Bad. in tit. de offic. Præf. Præto. in P. &
 ibi, Purpuratus in l. 1. col. II. Chassa. in Catal. glorię mundi, 7. par.
 consil. 7. Guillelm. Bened. in cap. Raynautius, in verba, & vxorem
 nomine, nu. 205. de testament.

*Hic est qui leges regni cancellat iniquas,
 Et mandata pri Principis æqua facit.
 Si quid obest populo, vel legibus est inimicum.
 Quicquid obest per eum desinit esse nocens, Luc. de Pen. ad l. ne-
 minem. de decurio. lib. 12. C.*

Paulus Æmilii Cancellarium nostrum posse dici præfectum
 iuris, vt ce etiam a Liuiio vñrparata, ait lib. 3. in Philippo primo. Re-
 fertq; lib. 8. in Ludouico Hutino, tãtam potestatem sibi arrogas-
 se Engerranum Cancellarium eius, vt vnus omnia posse & solus
 dominari videretur, & nullus regis literis obediret, nisi coniuncta
 ab Engerrano epistola, quæ dicto audientes esse iuberet: nec co-
 actores regie pecuniæ, ¶ mensarii, cum quippiam numerare iussi
 erant, a rege, ne assentem quidem de promissum, nisi Engerrano.

¶ M g. a ¶ auctõritas huius Cancellarii semper in Gallia, sed
 nomen aliud, nam Momaldus Allefolius, quatenus per histori-
 as memoriam huius Magistratus alius repetere licuit ex Trithe-
 mio breuiario & aliis historie auctõribus, Magnus consiliarius di-
 ctus est Franciæ, sub Meroueo, & Childerico eius filio. Annoni-
 us vocat hanc Vniuomadum, seu, vt alii, *Aymon. lib. 1. hist. Franc.*



ca. 7. cuius consilio Childericus omnia ageret, dum regi poritur ceptro, anno D. m. 461. huic in regimine successit in potestate sub Clothario & Chilperico, vtriusque Vincentius Beauuazius. Paulus: postea Inuitus, cui successit Bauduinus Episcopus Tullensis in Lotharingia, & eum dictum referendarium tunc testatur Hidorus H. spalenis in Chronico ab initio mundi vsq; ad Heraclium Imperatorem. Alii successerunt, qui nec his nominibus dicti, sed feruli annulorum regiorum, quales dici possunt, *garde des anneaux ou se aux du Roy*. quales fuerunt paulo ante Poth. herus Senonensis Archiepiscopus, Montelonus, Chemantus, Bertrandus, Mortuleus, qui tamen Cancellarii tunc non erant sed pro Cancellario, custodes sigillorum. Cancellarii dignitatem in officium etiam transiisse quidam putant, quod tempore Ch. Id. berus eius nominis Rex primus, iustitiam illud officium regum, sicuti & Conestabulum, Admirdum, Magistrum Balistiarum, Camerarium & cubicularium, Praefectumq; equorum regiorum, quem vocarunt postea *grand Escuyer*. Sic enim refert antiquus Chronicon Galliae auctor. ¶ D. cunctur & Archigrammatel Cancellarii, Archicancellarii, qui regum diadema pro insigni ferant, vocant *Mortier*, insignitum vniombus & auro, & paludamentum, & focale, & sigilla regia, seu anulum signatorium olim. Ferunt enim diadematis speciem ii & praefides Senatuum, qui expressius referunt Maieftatis regiae munus. ¶ Sic tradit Plato in Minoe, Rhadamantum curam regiam pro Minoe subitisse, & instructum in parte regia ea, vt ius probe omnibus diceret. Nec fuerunt vquam vix Principes aut Monarchae, qui secum aliquem non haberet, qui praecipuam consilii sui & annuli seu sigilli habuerint curam, & eam ea fere regiam post principem auctoritatem, quamuis nominibus aliis appellaretur. ¶ Talis praefectus a. n. n. & sigilli regii, legitur fuisse Aman Affueri Imperatoris Medorum & Persarum. *Hester. c. 3. & 8.* qui nomine Regis rescripta & mandata signabat: cui suspeso ob calumnias & annulli abusu successit Mardochaeus, cui etiam traditus anulus Regis, & factus est princeps palatii, & super scribas & librarios Regis fuit praepositus, *ib. d. c. 8. & 9* Balhisar etiam talem constituit Danielem, postquam explicauit diuina mysteria, *Dani. s. 6.* Talis in d. m. Pharaonis regis Aegypti Ioseph, ad quem Rex dixit, *quia ostendit tibi Deus omnia quae locutus est: nunquid sapientior es tibi similem inuenire poteris? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni solio te praecedam. Rursumq; ad eum. Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti: tuisq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitq; eum stola Byssina & collo torquem aureum circumposuit, fecitq; ascendere super currum suum secundum clamantem praecor, ut omnes coram eo genua flecterent, & scirent praepositum vniuersae terrae Aegypti, & c. Gen. 41.*

¶ Haecq; haec dignitatem Caluodorus *h. 6. varia. c. 3. in formula Praef. Praeor.* dixit esse Cancellarii munus. Litus quoq; indicat. Regis scribam fuisse secundam post Regem dignitatis, dicit de Ca. Minutio. in 2. sic scribit: *Cum militibus stipendium forte daretur. Scriba cum Rege sedens pari fere ornatu multa ageret, & c.* Et postea scribam pro rege, obruncatam ait. Scribit Plutarchus in Alexandro, Eamenem fuisse Archigrammatea, id est. Principem Cancellariorum Alexandri mag. ii. Acque hoc munus fuisse inter Imperatores, sub Caio saltem Caesare, non obscure indicat Iustinus ex Trog. dum refertate Iustino, *lib. 43.* Troogus scripsit, patrem suum Troogum Pompeianum sub Caio Caesare multas se epistolarumque & legationum simul & anulorum curam habuisse. Quod habuerint autem & alii Caesares Cancellarii nominis viros eximios, probabit Abbas Vripergensis qui in Chronico anni millefimi centesimi vndecim, tradit Hericum 4. eius nominis Imperatorem habuisse Cancellarium Episcopum Maguntiae, & eius consilio omnia fere gessisse. Et rursum dum agit de Fridetico 3. Anno barbo, seu *Barberous*, dicit ei fuisse Cancellarium nominis Raynaldum.

¶ Polydorus Vergil. *lib. 9. hist. Angli.* narrat Guillelmum Conquistorum d. cum regem Angliae, anno Domini 70. cum & conuentus iuridicos statuisset, vt in Gallia antea ex eius voluntate iudicatos statiam etiam sine prouocatione curiam apud Westmonasterium, hunc, & procuratores etiam, i. constituisse etiam collegium scribarum, qui diplomata scriberent, & eius collegii magistrum vocasse Cancellarium, qui paulatim supremus effectus est Magistrus, qualis hodie habetur. Dicit alibi, *lib. 13. in Hen. 2.* magni regni Cancellariu, & munus eius esse consultantem de Reipub. in Comitibus generalibus per procuratorem populo eam Rege, rogandi sententias etiam Regis, *idem lib. 11. in Henr. 1.* Est apud Mal-

cauita. supremus Confiliarius, qui apud principem versatur, dictus, O. solink, *Sigism. Baro. in reb. Moscoviticis.* ¶ Cancellarius autem dicta rescripta, vel dictata legit, & subscribita principe impetrata. Sicuti olim faciebat apud imperatores Quaeitor, vt constat ex §. 1. Nouel. Vt diuina iussio. hab. subscriptio, gloriosi. Quaeitoris. Similem enim faciunt Cancellarium quidam huic Quaeitori Principis: vel hanc dicunt habere eius potestatem. *Guil. Ben. ad c. Raynui. ad ver. duas habens filias, 2. decis. m. 195. & seq.* Quamobrem vtilis Quaeitor, & hic cauet, ne contra id quod oportet rescripta dicentur, vel eliciantur. §. *quia vero verisimile, de non alie. reb. uel. in auth. l. fin. de duor. res. C. neue ea subscibantur, l. si. de pr. bono. subla. li. 1. c. 11. 12. Verq; Quaeitor olim, minoris laterculi seu thesauri & officiorum eius habebat curam, l. 1. de offic. q. li. c. tit. 33. sic & hic, curando thesaurum, quod vocant, Financias, officiu exhibet. Fungitur & officio Quaeitoris palatii cognoscens de appellacionibus, & aliis quaestioibus, quae ad Imperatorem deferebantur: et occupatus circa negotia imperii, remittebat eas ad illustrem Praefectum praetorio, & illustrem Quaeitorem sui palatii, *l. praecipimus, 32. l. si quando, 36. c. de appellat.* Per hunc Regem legationes ad se milas audit, & respondet eidem. Huic sigilla regia conferuat, huiusq; subnotat: affidet Regi in sacro interiori consilio: praefidet autem in magno. In curiis supremis cum aduertit, primum locum post regium occupat. Huic aliquando curia suprema Parisiorum imperavit codicillis aliquos subscribere: Verum Cancellarius a Patro impetravit a priacipe Franciae eius nominis primo, pro se & successoribus in officio, ne posthac curia supremae obtemperare tenerentur. ¶ Et quia sub dispositione vniuersi illustri Quaeitoris, erat et leges dictandae, & preces: sic & illi habebat subadiuantes. & adiutores memoriales de scribis diuersis, qui tantam leuant curam, in *lib. inscripto, notitia vrag. sum. Orientis, tum occidentis,* Magister scriniorum erat qui habebat & sube magistros scriniorum memoriae, epistolarium, libellorum, Magister memoriae, annotationes omnes dictabat, emittebat, & precibus respondebat. Magister epistolarius, legationes ciuitatum, consulationes, & preces tractabat. Magister libellorum, cognitiones & preces tractabat: officium autem nemo ipsorum habebat, sed adiutores electos de scribis, vt scribitur in notitia vrag; imperii. Adiutores magistrum officiorum, duodecim: magistri epistolarii seu libellorum sacrorum, septem, *l. compertimus, de praes. sacri. scripio. l. 12. c. l. si quando, c. de appellat.* Erant & Referendarii sacri palatii, qui libellorum oblatorem referebant petita ipsi principi, quae subditi ab eo postularent. *Constituti. Nouell. 11. not. vni. de referend. sacri. pala. & §. non enim aliter, tit. quom. opor. episc. in auth. de libella agente Papin. in l. rescriptum de distract. pign. P. vide de libell. scribis, & eorum praepositis Buda. in l. nec quicquam, de off. proc. P.**

¶ Partim & Cancellarii Franciae habent sub se adiutas, qui eos releuent ab onere subscribendi, nempe quos vocant Secretarios: habent & in libellis excipiendis vel perpendendis, magistrum libellorum, & illis minores in Cancellariis subadiutas, & referendarios: dicit §. qui referunt in consilio, coram Cancellariae praefide vel magistro libellorum, sigillorum tunc custode, petita per libellos. Et horum omnium in dispositione legum Romanorum Imperatorum quodammodo adumbrata officia in titulo, de proximis sacrorum scriniorum, *l. 12. c. tit. 19. & in tit. 20. de ageat. in reb. & 21. tit. de praepositis ag. 2. tit. in reb. eo. lib. 12. c.*

¶ Primum in Gallia, magistri libellorum tantum duo, vnus laicus, alius ecclesiasticus, qui in comitatu Principis oblatas ei preces susceperunt. Subinde anno millefimo ducesimo octoagesimo quinto, paulo ante tempora Philippi Pulcri, constitutum, vt duo literati viri Cancellario assisterent, tres autem iura redderent ad vestibulum regiae: anno 1342. numerus auctus, & sex facti, quo tempore Magistri libellorum ceperunt dici. Rex Ioannes inde quatuor constitutione ea lege creauit, vt bini in comitatu Regio altem mensibus essent. Dehinc anno 1407. octo creati, plures postea, *vide Rebuffum, in ordinatio. princ. lib. 1. tit. 5.* Faerunt ¶ & 20 magistri libellorum in duplici differentia alii ordinarii, qui stipendiis regis gaudentali extraordinarii sine stipendiis, & codicillares vtiq; a rege creati. Verum postea Aurelia in comitiis, constitutione art. 3. expuncti extraordinarii, omnibusq; aliis qua ordinariis interdicitur munus.

¶ Illorum ¶ iurisdictioni relinquebatur notio, de officiorum controuersia & eorum litium disceptatione, quae us in tederetur, qui in comitatu Principis officio aliquo fungerentur: & de personalibus actioibus, & possessione inter eadē personas controuersa, *Const. Phil. Pulcri in 3. par. sty. parla. tit. 2. §. 10. Quae postea inuisal.*

Atio, translata est in recuperatores libellares ad basilicam, quos vocant *Commissaires des requêtes du Palais*, referunt quibusdam capitulis. ¶ Nam magistri libellorum regii hospitii in propria curia quæ sedet Parisiis, sicut & curia requestrarum, cognoscant in prima actione seu instantia, & de causis magistrorum libellorum palatii, vel filiorum illorum, promouent in pure personalibus actionibus, & possessoriis, ex constitutione Ludouici. 12. edita 1499. artic. 45. & 49. & olim cognoscebant de controuersis a Equariorum, in sinuacionum pro finibus, limitibus, & locis excipiendatū in sinuacionū, ex constitutione Henrici 2. an. 1553. Hodiernam controuersiarum illarum fomes iublatus, suppressis in sinuacionum a Equariorum, & delata in sinuacionū auctoritate ordinariis locorum iudicibus, per constitutionem editam in comitiis Aureliæ habitis, art. 83. Retinet & hodie notionem de causa possessionis & personalium actionū inter aulicos officarios qui in comitatu ordinario sunt, quos vocant, *de la suite*, idq; tantū defendendo: & concurrūt cum præposito hospitii, quem & vocant *Præpositus de l'hôtel*, in iurisdictione illorum, vt liquet ex constitutione regis Ioannis, an. 1355. artic. 1. constitutione Philippi Palerit, art. 6. Franc. 7. an. 1539. Iudicant & de omni controuersia, iudiciorum regiorum, siue illa fiat antiquæ vel nouæ creationis, quomodoque: & per quemcunq; modū vacationis fuerat impetrata: si inter impetrates quæstio de titulo sit, vtroq; dicat se habere iustum, quo defendatur, titulu. Si tamen quæstio in officio moueatur contra impetrantē officium, per illos qui intercedunt, & obiciunt, vel per subreptionem impetrati, vel in damnum Reipublicæ creatum, notio tunc ad Senatū, cui dirigitur publicatio vel receptio officiarū, pertinet: perinde ac si quæstio solum esset de executione vel exercitio officii, vt notat Rebuffus, lit. ordinatio. Regia. tit. 5. Horum quoq; magistrorum libellorū munus est, dum in comitatu sunt, referre & exponere Principi regulaciones propositas libello contra curias suprenas Parlamentorum, easq; iudicare in priuato vel sanctiori Regis consilio, vt habebatur in constitutionibus Aureliacensibus, art. 38. Atq; in aula principis modus edulius ex eorum consilio imponitur.

¶ Iuuant etiam Cancellarium magnum illi, qui Cancellariis seu officiiis æquitatis iuxta singulas suprenas curias, præpositi sunt. Voluit enim Princeps ita distribuere officinas, vt sumibus litigantium parceretur: & ne prouinciarum negotia turbarentur. Et ideo quia vnaqueq; curia suprema habet propriam codicillorum officinam, qua seu a Nomophylacia, & velut a Rege impetrantur remedia appellacionum, & aliarum rerum, quæ ibi expediendi solent, re & curia Parisiensis veritum voluit: ne quis de rebus intra suæ iurisdictionis fines agendis alibi supplicaret, quam in Cancellaria sui Parlamentii: nisi quis impetrauerit ab ipso Rege, regii oraculi antistitium, cuius diplomata effigie regia obsignata, per omnia tribunalia, in summa, & in summa, liberaque, suo iure sibi vindicant impertum, *Io. Luc. lib. 3. Placito curie tit. 7. pla. 3.*

¶ Sunt etiam Senatoribus curiarum suprenarum quidam custodes sigillorū, quibus earum Cancellariæ vtuntur. Sicuti & in quibusdam Præfidiarum Iudicum sedibus, alii sunt, qui ex Regio lario manus consequuntur expediendi & sigillandi literas, quas vocant supplicationes ciuiles propositionis, erroris, restitutionis in integrum, appellacionis, desertionis, anticipacionis, consensus seu, vt dicunt acquiescentiam, & similes in negotiis, quæ coram sede illa Præfidiarū, vbi statuitur custos sigillorum, tractanda sunt. Iſq; custos sigilli, consiliari etiam eius sedis officium & priuilegia exercet, in consilio. Henrici. 2. anni Domini. 1557. Omittit alios alterius negotii sigillorum regiorum custodes, qui in contractibus obligationem sigillo suppositam firmiter reddunt, & eorum executionem faciorem.

¶ Defert et adiuua custodis sigilli Præfidiarū, ei quem vocant, *le Cler des gardes seaux aux Præfidiarū*: prouentus & reditus sigilli quotannis ad suæ Cancellariæ præconem iudicarium, quem etiam vocant, *audiantier*: Fuerūt namq; ab Henrico 11. an. 1555. mens. Ianua. per edictum creati sex præcones iudicarij, & totidem antiographi vel eorum obseruatores, quos vocant, *contrevolleurs*, vt sex Cancellariis Parlamentorum Galliarū interessent: singulis videlicet, vnus præco. iudicarij & antiographus vnus, cum stipendijs ex sigilli prouentibus, quorum cura & receptio ad illos pertinet, vt reddant rationem magno primæ Cancellariæ audientiaro & Cancellario. Et ideo non debent huiusmodi præcones audientiaro a loco suæ Cancellariæ abesse, sine urgente necessitate: qua adueniente possunt munus suum delegare interim cuiquam ex secretariis aut notariis seu referendaris suæ Cancellariæ. Munus etiam ho-

rum præconum, æstimationem iuste inire eorum quæ pro codicillis præstanda sunt. Fuerūt ius alij postea additi, vt neq; vix inuenias alterius officij genus in nostra Francogallia, quod non haberit incrementum in numero: pluraq; alia in alijs sunt & de iure Cancellariæ nuper inuicta, plura antiqua inducta & expuncta.

¶ Reuocatum est autem illud intractamq; mansit, quod statutū ne adita Cancellariæ ingredientur, et q; accedant loco quo sigilla custodiuntur, famuli, ligatæ, pragmatici, aut alij quam magistri Requestrarum, curiæ supremæ Senatores, Secretarij, & qui pro ministerio exiguntur necessarii, *consist. Ludoni. 12. 1499. artic. 136.* Interdictum ne concedatur codicilli gratiæ, debet vt iudicandi pœna corporali: nisi in casibus iustitiæ, in consuet. Franc. 11. anni 1539. artic. 168. & de casib; vide ibi *Constantium*, in *Coment. Et in artic. 164.* id est, qui sunt iure ciuili excusabiles. Iuuenies in constitutione Caroli 8. anni 1489. tit. *de la justice du pays de Languedoc*, ad art. 64. duos Senatores curiæ supremæ a Cancellario committentes Tholose, vt sigillum Cancellariæ tenerent: quod tamen imputatū est, & vnus sigilli custos factus. Item art. 65. veratur, vt Secretarij referant vel consulant codicillos, sed subscribant: prius tamen consultatos, ab vno ex referendaris, qui in cauda illorū scribat nomen suum. In 66. ne codicillis appellacionum Cancellariæ concedant, omisso medio, &c. Subiungit autem in art. 71. & seq. vsq; ad 96. traduntur quæ de custode sigilli parui Montis pessilani feruanda sunt, & circa vicarios eius in ciuitatibus constitutis certis, numeratis art. 78. circaue rigoris expeditionem, & executionem, quæ ibi videto. Sufficit mihi f. in res indicasse, & in summa ad mouisse, Cancellariæ magnæ & sigillorum, quæ in potestate Cancellarii magni sunt, ista omnia proxime relata officia & operas, esse appendices, & veluti auxilia magni effectus & vniuersi Cancellarii.

¶ Neque enim necessarium est, ipsummet Cancellarium omnibus rescriptis regie auctoritatis se subscribere: hoc enim & nimium laboriosum esset, & impossibile: cum quotidie ex diuersis Cancellariis plura prodeant. Itaq; per regios Secretariis hoc munus impletur, etiam in magna Cancellaria: in qua tamen ipse se subscribit, in remissionibus seu abolitionibus criminum, gratiis, legitimacionibus, literis naturalitatis, vt ait Boerius, in *additio ad tract. de auctoritate mag. Consist. nu. 10. ad ver. quis literis*. Sic & in priuilegijs per Regem codicillis concessis, codicilli subscribi & signari debent per vnum ex Secretarijs regis, & testificari per ipsum Cancellarium, qui hoc verbum adicit, *visa*, & subscribit, in consuet. regia Francis. 1. de la declaration touchant les amortissements.

De Prætoribus, & de Præfectis prætorijs diuersis. CAP. 30.

Lib. 1. P. tit. 24. Lib. 1. C. tit. 29. 30. & 43. & lib. 2. C. tit. 2.

- 1 Continuator Prætorum ad Cancellarios.
- 2 Prætor quis dicitur, prætorium quid, & prætoriana cohortes.
- 3 Prætor urbanus loco Consulis ordinatus.
- 4 Prætores qui in prouincijs mittuntur.
- 5 Prætorum differentia. & species. & seq.
- 6 Prætores Roma vnus primum, postea duo, postea plures. & n. 7.
- 8 Prætores urbani. & prouinciales. & nu. 9.
- 10 Prætores de quibusdam negotijs Roma plures creati: Illi de quibus vnus electus, & a quibus.
- 11 Prætorum ornamenta. & insignia.
- 12 Præfecti prætorio qui, & species.
- 13 Præfecti prætorio Orientis diocesces & prouincias: Æthiopia, Galliarū, & Africa, nu. 14. 15. 16. & 17.
- 14 Prætorum in iure constituendo & interpretando auctoritas.
- 15 Edicta Prætorum annata, & perpetua: quando, & quomodo in albo scripta, & cur difficilia intellegi nu. 20.
- 16 Edictis potius: quam per epistolam vel alio modo, cur Prætor inas constitueret.
- 17 Prætorum urbanorum quedam causa. & iurisdictione eorum.
- 18 Prætorum prouinciarum potestas in iure dicendo & alius.
- 19 Magisteria dignitas, qualis, & quanta. & nu. 25.
- 20 Magister officiorum quis olim, & eius cura.
- 21 Magisteria dignitas militum præfidiarum, alia a dignitate magistreria.

¶ Via pleriq; istius seculi viri illustres, doctrina & eruditione Cancellarii nostri, auctoritatem Præfectorum Prætorio partati æquant, dicendum ordine censeo proxime post Cancellarii munus & iurisdictionem, de Prætoribus, eorum distinctione,

& potestate. Prætor dictus, qui præter iure & exercitum, ut notat M. Terentius Varro, 4. de ling. Lat. & alii, Cic. 3. de legib. Insuper. §. 1. Nouel. 2. 4. de præfide Pyth. Theophi. §. quatuor. diximus, de iure nat. gent. & civ. Ex actis Regibus dicti Consules Romani Prætores. Sicq; Festus vel Paulus apud eum ait. Prætoris porta in castris appellatur, quæ exercitus in prælium educitur. Quia initio Prætores erant, qui nunc Consules, & ii bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium. Docent idiplum verbale legis de clauo ligendo, apud Lium, lib. 7. dec. 1. Lex vetusta, inquit, est præfide literis verbisq; scripta: ut qui Prætor maximus sit, is sedibus Septembribus clauum pangat. Et paulo post, quis fuerit ille Prætor indicat, a Consulibus postea ad Dictatores, quia maius imperium erat, soleme clauo ligendi translatum est. Et alibi, idem lib. 3. dec. 1. Prætores & Consules iidem auspiciis creatos fuisse tradit: & Consules non iudices, sed Prætores dictos. Prætorium adiectiue, id quod ad Prætores pertinebat dictum est: ut de porta Prætoria iam dictum ex Felto, & domus vbi Prætor habitabat, seu vbi ius dicebat. §. 1. cons. 2. 4. Nouel. de Prætorio Pythæ. Dicerent nunc palatium: quamuis, & aliquando inter palatium & Prætorium distinctio apponitur, nulli iudicum, de off. re. lib. 1. C. tit. 44. Sic consilium Principis, qui est Prætor, & præit omnibus, & Imperatoris, vel Consulibus, quando præerat ceteris, Prætorianum dictum, & cohortes circa aulam horum Prætorum, siue in castris, siue in vrbe Prætorianæ dictæ. Et per quandam translationem ædificia magna, quæ digna sint Principibus & Prætoribus, Prætoria dicta aliquando, ut apud Suetonium, in Caligula c. 37.

¶ Et præfectus Prætorio dictus tempore Cæsarum qui manu & potestatem militarem in palatio seu Prætorio Principis habebat: ut tempore regum Tribunus Celerum qui eandem potestatem habebat, leg. 1. de off. Præf. Prætor. P. Et præfecti etiam Prætorio Orientis Illyrici, &c. qui in illis locis vicariam Imperatoris, ut præceteris, gerebant administrationem Prætores ab initio soli Romæ Consules annui, qui & bellica & ciuilia negotia regerent: donec oportuit Consulibus necessario bellis adesse, & vrbe relinquere: vel suo loco alios delegare. Et tunc loco illorum alii creati in partem oneris, & Prætores dicti. Siquidem vrbe abeuntes, vnum iuris dicendi causam in vrbe reliquerunt, qui Prætor dictus est Urbæus, l. 2. §. eumq; Consules, de orig. iur. P. Theoph. in d. §. quatuor in primis, de iure natur. quia in vrbe ius diceret, maximusque respectu Prætorum postea additorum. Et hic absentibus Consulibus consulare munus obibat, ut ait Cicero ad Plancium, lib. 11. Epist. fa. Et alibi, idem lib. 10. Placuit nobis, ut suffragium ad Cornutum Prætorum vrbe, litera deferrentur, qui, quod Consules aberant, consulare munus sustinebat. Minor autem potestas Prætoris vrbanus ipsa Consulari, quia in suffragium illius erat iurisdictionis, & minus imperium habebat. Gel. lib. 13. c. 14. Val. Max. lib. 2. c. 3. dum agit de controuersia iuris triumphis, qui præbant Prætoribus siue iure siue exercitum, dati sunt fasces, & totidem lictores: Consulibus vero duodecim, ut ait Appianus Alexandrinus, in Syriaco, nisi si quando cum dignitate consulari missi essent in provincias: nam tunc addebantur Prætoribus sex alii fasces & lictores, Plutarch. in Paulo Emilio.

¶ Quos præterea mittebant Consules sui loco in provincias quibus nec ipsi adesse possent, & illi Prætores dicti sunt: quamuis non essent omnes insignibus consularibus exornati, & Prætores etiam dicerentur. Sicque ait Sextus Pompeius Festus in libris de verborum signific. Prætor ad portam nunc salutatur, is qui in provinciam pro Prætoris aut Proconsule exiit. Cuius rei morem ait fuisse Cælius lib. de Consulibus potestate talem. Albanos verum potius vsq; ad Tullum Regem. Alba deinceps diurna, vsq; ad Publium Decimum Murem consulem, populos Latinos ad caput Oetina, quod est sub monte Albano consulem solitos, & imperium communis consilio administrare. Itaq; quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini, complures nostros in Capitolio a Sole oriente auspiciis operam dare solidos: vbi aues addixissent, militum istum, qui a communi Latino missus esset, illum quem aues addixerant, Prætoris salutari solitum, qui eam provinciam obtineret, Prætoris nomine. Ita differentia plures cœperunt esse Prætorum, postquam alterius potestatis ac curæ plures additi sunt. Fuitque Prætor vrbanus, peregrinus: alii minores iuridici. Prætores provinciales, Præfecti prætorio Principis, in aula Principis: & Præfecti Prætoris Principis, extra aulam eiusdem. De quibus ordine dicendum, & de eorū potestate. Prætor itaq; vrbanus vnus fuit pro absentibus Consulibus creatus, ut munus illorum obiret.

¶ Postea vero crescente multitudinem populi, cum is non sufficeret oneri, alius additus est, qui de peregrinis, qui in vrbe confluebant, eorumque de causis iudicaret: dictus ideo Prætor peregrinus, l. 2. §. post deinde aliquot annos, de orig. iur. P. Lucius Florus consilium Posthumii duos Prætores primum creatos fuisse tradit, lib. 19. Epist. Lium in fine 6. primæ & decadis refert, seditione fuisse orram inter plebem & Senatum, cum rogationibus Tribunitiis Dictator victus, & primus de plebe factus est Consul. L. Sextius, eamque seditionem a Dictatore his conditionibus, vt concessum a nobilitate esset plebi de Consule plebei: a plebe nobilitati. De Prætoris vno qui ius in vrbe diceret ex patribus creando. Et postea lib. 7. in principio tradit, annum illum fuisse insignem duobus Magistratibus, Prætura & curuli Edilitate, quos sibi Partitiū qualiterant honores, pro cœso altero plebi consulatu: & Consulatum L. Sextio a plebe datum: & Præturam Sp. Furio. Edilitatem M. Filio Camillo patres dedisse: collegam autem L. Sextio, L. Æmilium Mamercum Prætozem. Dicit & Collegam Consulatum Prætozem, isdemq; auspiciis iura cum iis redderem & creatum. Rursum lib. 8. notat anno ab vrbe 114. C. Sulpitio Lengo, & P. Elio Petr. Coss. Q. Pub. Philonem Prætozem primum de plebe aduerfante Sulpitio Consule, factum. ¶ Quo tempore Illyrici, quibus bellum inditum ob legatum occisum, subacti fuerunt, in deditionem venerunt, ampliatum Prætorum numerus, & quatuor fuerunt, Florus lib. 20. Epist. Lium. Et ipse Lium sæpe meminit totidem creatos, lib. 3. 4. §. 5. decad. 3. §. seq. & lib. 9. decad. 4. transiitque nomen Prætoris, quod summam quandam principio referebat Consularem dignitatem, in Magistratum, & Prætores dicti a præcedendo ceteris Magistratibus, in iure sibi commissio dicendo. Et ann. ab vrbe condita 180. Cn. Cornelio & Q. Minutio Coss. primum sex Prætores creati cœperunt, crescentibus late provinciis, & sese diffundente imperio.

¶ Verum præterea non omnes has vrbes fuisse, sed ex illis sex, 8. duos tantum sortitos vrbanam & peregrinam Præturam, reliquos sortitos provincias. Nam tunc vrbanam, M. Sergio: peregrinam iurisdictionem M. Minutio Rufio contigit. Sardiniam provinciam vero, L. Attilius Siciliam, L. Manlius Vollo: Hispaniam citeriorem, T. Sempronius Longus: vltiorem, Mælius est consecutus, ut ait Lium, idem lib. 2. decad. 4. Illudque apud ipsum obseruauit alibi, idem lib. 5. decad. 3. dum ait, Appianus Claudium Pulcrum Magistrum equitum dictum, cui Sicilia in provincia fuerat. Et paulo post creatos quatuor Prætores, eosq; Prætores provincias sortitos, & P. Cornelium Syllam, vrbanam & peregrinam habuisse, quæ antea duorum fors erat: Cn. Fulvium Flaccum, Appuliam: Claudium Nerone, Sarsellam: M. Iunio Syllano inter Consules relicto, quibus bellum cum Annibale & binæ legiones decretae. Sic ergo constat Præturam in iure dicenda sorte datam inter Prætores Romæ. Cic. manius Oras pro Muræ. ibid. Sors ea fuit, scilicet Prætura, quam omnes sui necessarii optatum iuris dicendi. Et orat. 7. in Verrem, cum tibi fors contigisset, ut ius diceres, &c. Hinc intelligimus quod dictum est per Pomponium Iurisconsultum, capta deinde Sardinia, Sicilia, Hispania, & Narbonensi provincia, tot Prætores fuisse creatos. Pompon. in l. 2. §. capta deinde Sardinia, de orig. iur. P. Sicq; distinctio natiua Prætorum iuridicorum maiorum, duorum videlicet vrbanis & peregrinis, ab iis qui sortiti erant provincias administrandas.

¶ Nam præterea creati qui auctoritatem Prætoris gererent, sortiebantur Consules cum illis prætorias provincias, & secundum sortitionem sine inuidia in earum administrationem mittebantur cum Imperio Prætorio: neq; enim mittebantur cum hoc imperio ad omnes alias administrationes Præfæti. Et isti soli hoc nomine mittebantur ornati, quo ceteris omnibus præter & præponerentur: permilla eis tam Reipubl. quam legum præscriptio. Unde & ea loca in quibus publice ii Magistratus vel ius reddere, vel habitare solebant, Prætoria appellarunt, atq; vt præterq; in Reipubl. leges, ex vno Prætorum voce inferrentur Romani constituerant. Et multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam insulam, partim Hispaniam, partim terra marisq; alii aliud vel Imperio adiecerunt, vel rexit, vt scribit Iustinianus §. 1. Nouel. 24. de Præf. Pythæ, annotatq; olim Romanos maioribus Magistratibus, in provincias missis, plus dignitatis sibi comparasse, & Prætores vocasse, & eis legum & armorum potestatem dedisse.

¶ Pro præterea necessitate quoq; negotiorum in ciuitate Romana accidentium, additi Prætores ciuiles, vt pro necessitate provinciarum alii, cum potestate certarum rerum. Sic creati aliquando a suffragiis & comitiis populi, interdum a Dictatoribus, interdum a Senatu inter-

interdum ab Imperatoribus, prout Reipublicæ ad ministratio & summa hanc varietatem incidit. Tempore Syllæ & Marii, fuerunt Romæ etiam senes Prætores, *Uelle. Paterni. lib. p. hystor. Roma. Sylla cavit, ne Prætor fieret prius, quam Consul. Quæst. 11. & ne esset Consul, nisi decem annos post Præturam excurreret. Ap. pia. lib. 1. de bellis civil. Iiq;æ publicas cum constituisse, & quæstiones de patriciis, de falsis, de sicariis, quatuor adiecit Prætores, leg. 2. §. deinde Cornelius Sylla. de orig. iur. P. Ad iudic. daes Iulius Cæsar. Auxit & numerum Octavianus, Sueton. in Octavio. cap. 37. Inventi sunt & cum illis ab aliis instituti septemdecim, n. d. leg. 2. §. diuus Claudius. Subinde tandem ad numerum ternarium reducti, cautumq; a Martiano & Valentiniano, *l. si. C. de offi. prætor. l. 1. C. tit. 43.* ne ultra tres in vrbe creatur per singulos annos itq; iudicio Senatus ordinaretur, exiis, qui proprium larem in vrbe haberent, nõ ex provincis. Cicin leg. b. is, Prætor esto. *quocumque Senator creverit, populusq; iussit, tot esto.* Addit. b. lex eo miti s. populi, auctoritatem Senatus, vt a populo & Prætura petita sit, *conf. l. a. ex l. Barbarius Philippus de offi. prætor. lib. 1. P. tit. 14.* Verum tamen Leo Imperator, postea Nouella constitutione, inter excusas 47. admittit potestatem Senatori præficiendi tres illis Prætores in vrbe, & ad potestatem Imperatoriam transfuit, titulo *αρχων τρις διεκοιλις τρις διεδυτοις τρις τρις διεκοιλις τρις διεδυτοις τρις τρις διεκοιλις τρις διεδυτοις.* De abrogatione legis quæ Senatui Prætores: decutionibus, vt, Præfectos statuere permittebat.*

11 ¶ Caius ¶ autem referrent auctoritatem Prætores, iam ex his quæ diximus liquere arbitror, consularium & propemodum regiam per illos sustineri, idque & eorum etiam insignia probabat: cum Prætoriorum nomen a seculis, latus clauis, paludamentum, toga prætexta, dimidiatus fascium consularium numerus, *Wolph. Lazius lib. 9. commentaria reipub. Roman. cap. 6.* Et Traianus Cæsar Consul, ad Prætores multa remittebat, atque vt collegas vocabatur in quod ita populare gratumque audiebatur, sed quia ita sentiebat, vt scribit Plinius in Panegyrico Traiani. Et vix fuerunt Prætores missi in alias provincias, quam in eas quibus olim antequam ditioni Romanæ iunctæ fuissent, imperauerat. Rex. vel alia potestas, quæ summo & libero iure vixisset. Vt viderentur per Prætorum regiam quodammodo dignitatem, Romani illas regere. Et si pendens Prætorias prouincias in Nonellis Iustinianensis relatas, sic plerumque obseruatum inuenies in Prætoribus Pyfidie, *Novell. const. Iust. in l. 24.* Lycaonia, vbi regnum olim Archadii, *Const. Nouell. 25. & 145.* Phrygiæ, *d. Nouell. 145.* Thraciæ, *Novell. 26.* Paphlagoniæ, *Novell. 29.* Siciliæ, *const. Nouell. 104.* &c. Quæ tamen fuerunt factæ prouincie, consulares, vel prædiales, aut ducales, secædum alia Imperatorum tempora, vt inuenies in notitia vtriusque Imperii. In locis vero vbi erant Imperia olim, Romani quoque in memoriam, quod sibi imperia quæ fuissent maiores Prætores constituerunt annuos: & Prætorum Principis sub Imperatoribus dici voluerunt Cæsares, sed em illius gubernationis, & eos qui eo mittebantur, præfectos prætorio nominauerunt.

12 ¶ Ita ¶ & recte quidem a dignitate, & quod præterent ceteris in prouinciis sibi commissis, Prætores quoque dicitur. *l. g. §. Deo iung. nobis. de offi. præf. Afri. lib. 1. C. tit. 30. & tit. de offi. præf. præ. Orient. & Illyrici.* Si consideres vero principem, Imperatorem, cuius ibi vices gerebant, non Prætores recte vocabis, quia Prætor erat ipse Imperator, qui omnibus præerat iure & potestate, sed Præfectus prætorio principis, id est, qui administrat Prætoriam am & primam principis curam: vt in aula ipsa Principis non recte dices Præfectum prætorio, appellari Prætozem, quia ibi is non præest, sed Princeps aut Imperator: At non falleris, dicendo eum esse Prætozem, respectu sibi subditorum quibus præest, *l. vni. de offi. præf. prætor. lib. 1. P. tit. 11.*

13 ¶ Fuerunt ¶ autem illustres Præfecti prætoriorum Principis quinq;æ. Primus præfectus prætorio vbi erat Princeps, de quo in Cancellario sumus locuti. Duo in Africa Orientis & Illyrici: duo in Occidente, Italiæ & Galliarum. Et vtrique vtriusque in notitia vtriusque Imperii sub dispositione virorum illustrium præfectorum prætorio per Orientem, vltra tempore Archadii & Honorii CC. quinq;æ diæceses erant, Oriens, Ægyptus, Afiæna. Pontica, Thracia. Prouinciæ Orientis quinq;ædecim. Palæstina, Phœnicie, Syria, Cilicia, Cyprus, Arabia, Dux & Comes rei militaris, Iustitia, Palaestina Salutaris, Palaestina secunda, Phœnicie Libani, Eufratenis, Syria Salutaris, Oriëntena, Mesopotamia, Cilicia secunda, Ægypti sex prouinciæ, Libya superior, & infer. Or Thebais, Ægyptus, Archadia, Auguttanica. Afiæna prouinciæ decem, Pamphilia,

Hellespontus, Lydia, Pyfidia, Lycaonia, Phrygia, Pacatia, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria, Italia. Pontica prouinciæ decem. Galatia, Bithinia, Honorias, Cappadocia prima & secunda, Pontus Polemoniacus, Hellenopontus, Armenia prima & secunda, Galatia Salutaris, Diæceses Thraciæ prouinciæ sex, Europa, Thracia, Hæmimontis, Rhodope, Mœtia secunda, Scythia.

¶ Sub ¶ dispositione vero virorum illustrium præfectorum 14 prætorio per Illyricum, duæ erant Diæceses vltra tempora Archadii & Honorii CC. Macedonia, & Dacia. Macedonia prouinciæ sex, Achaia, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus noua, & pars Macedonia Salutaris. Daciæ prouinciæ, Dacia mediterranea, Dacia Ripensis, Mœsia prima, Dardania, Præualdana, & pars Macedonia Salutaris.

¶ Sub ¶ dispositione viri illustri præfecti prætorio Italia rtes 15 Diæceses, Italia, Illyricum, Africa. Prouinciæ Italia decem & septem, Venetiæ, Æmilia, Liguria, Flamma, & Pæeni Annonarii, Tuscia, & Umbria. Piceni Suburbicarij, Campaniæ, Sicilia, Apulia, Calabria, Lucania & Bruttiorum, Alpiam Cottiarum, Rheetiæ prima, Rheetiæ secunda, Samni, Valeria, Sardinia, Corsica Illyrici prouinciæ sex, Pannonia secunda, Sarmia, Dalmatarum, Pannoniæ prima, Norici mediterranei, Norici Ripensis. Africa prouinciæ 7. Byzantium, Numidia, Mauritania Sitifensis, Mauritania Cæsariensis, Tripolis, præfectus annonæ Africa præfectus fundarum patrimonialium.

¶ Sub ¶ dispositione præfecti prætorio Galliarum, Diæceses 16 Hispaniæ, Galliarum, Britannæ. Hispaniæ prouinciæ septem, Bœthica, Lusitania, Callectia, Tarracoenensis, Carthaginensis, Tingitania, Baleares. Prouinciæ Galliarum decem & septem, Vienensis prima, Germania prima, Germania secunda, Belgica prima, Belgica secunda, Alpes maritimæ, Alpes Penninæ & Graiæ. Maxima Sequanorum, Aquitania prima, Aquitania secunda, Nouem populi, Narbonensis prima, Narbonensis secunda, Lugdunenensis secunda, Lugdunenensis tertia, Lugdunenensis Senonia. Britanniarum quinq;æ prouinciæ, Maxima Cæsariensis, Valentia, Britannia prima, Britannia secunda, Flauia Cæsariensis.

¶ Ignorandum ¶ autem non est, mutatam fuisse hanc imperii 17 dispositionem. Et eodem tempore Iustiniani, tres præfecti prætorio fuerunt in Oriente. Cum enim fuisset antea Africa erepta, & postea recuperata, is fecit maximam eius Africa præfecturam. Ita fuerunt præfecti prætorio tres, Orientis, Illyrici, & Africa, *leg. 1. de offi. præf. prætor. Africa.* Sub fratribus namque Cæsariibus Archadio in Oriente, Honorio in Occidente regnantibus, iam imperium in varias partes scissum est. ob præfectorum perfidiam, *Socr. lib. 6. hystor. Eccl. scap. 1. & Blaud.* Iustinianus autem per Ducem Belisarium, Cæsarem regem Parthorum vbi cum Parthis rediit, & Tyrannos Vandalorum in Africa superauit, *Enagoras. lib. 4. cap. 16. Procop. lib. 1. 2. 3. 4.* Lapsa est dehinc paulum imperii ditio, & partem sibi Franci, partem Germani, partem Turca vindicauerunt, deliqueruntque istæ Prætorianæ etiam potestates: vt hodie illis non sit locus. Verum tamen nec necessarium est eas in suo statu prout fuerunt constitutæ considerari, ad iura ciuilia Romano intelligenda, quæ de Prætoribus Romanis & prouincialium sequeuntur inculcant tractationem, vt quæ fuerit illorum potestas prima, & incrementum eiusdem, sine maximis erroribus ignorari non possit.

¶ Prætorum ¶ R. imæ auctoritas in negotiis, & in prouinciis 18 sibi commissis magna fuit, in iure constituto conservando, interpretando, & statuendo cum æquitate. Et sic fere omnia Prætoris edicta, quæ præter ius civile aliquid statuunt, semper rationes ad æquitatis anchoram referunt, vt in *l. 1. de part. P. in l. quod quis iur. P. & simil.*

¶ Videtur tamen Vatro, *de ling. Lat. iudicia primum Prætoris ad legem conformia & Censuram ad æquum reducta significare, dum ait, In Comædis vides dici spædo tuam gnatum filio uxorem meo: Quod iurum & Prætorium ius ad legem, & Censuram iudicium ad æquum æstimabitur.* Et ab initio quidem limes huius potestatis videbatur esse solius iuris interpretatio. Vnde neq; extra casus iuris Prætores heredes facere dicebantur, sed quasi heredes: imitati hoc ius civile. *l. 1. & 2. de poss. her. per. in 25. P. tit. 5. §. quos prætor. de bon. poss. Paul. l. præ. 118. de reg. iur. P.* Et si qua iuris cõditi potestas inter ita uddum concedebatur, tẽporalis illa erat, vt Magistratus annua auctoritas. Et ut aiebat Cicero, *3. Verriua. Quo plurimum auctoritatis Prætoris tribuebant, legem annuam eius esse dicunt.* At tandem tanta in iure constituendo concessa prætoribus in iudiciis, potestas, vt priora abrogare, & noua inducere possent: maxi-



musque tum illos h- n s habitus, & eius præt- rium honorarium d- ctum est per excellentiam. §. Prætorum quoque ed- ctia de iure nat- gent. & civil- ius autem civile §. 1. de iustit. & iure, P. Et de Præto- rum munere, honos, Bond. lib. 2. triumphan. Rom. Fines. de Ma- gistrac. 19. quamuis alia quæ ceteris Magistratibus honorem ef- fe dicamus, l. 1. de alb. scrib. P. ut de muner. & honor. P. a. licet, de pro- batio. cum honor sit omnis administratio Reipublicæ. l. honor est, demuner. & honor. P.

19 ¶ Ita factum & deinceps, vt & edicta eorum, quæ annalia antea consueverant Prætores, efficerentur perpetua. & tantæ auctoritatis ac ius civile. §. sed cum paula. m. de testam. Quoniam & aliquando proprium ius illis variare liceat, & ex voluntatis ar- bitrio diverso modo iudicare, donec modus eius lege impositus, ne pendente Magistratu iure variare liceret: & quo iure essent vsuri proponerent. Locus Dionis id mihi manifeste docere vide- tur, quem e Græco sic conuersum habes, Dio Cass. lib. 36. Prætores solebant iura ea, secundum quæ essent iudicaturi, scripio edere: neque enim Prætores id ius quod ad contractus dirigendos positum erat, ob- seruabant, neque id unquam fecerant, neq, iuri scripio iterant, sed sepe numero ea variauerunt, crebroq, per gratiam Sedium certorum hominum, veluti fieri assolet, multa gererantur. Dicit C. Cornelius Tribunus plebis rogationem tulit, vt statim ab initio ante fores prædi- carent: quo iure essent vsuri. & deinde ab eo nequaquam desisterent.

20 ¶ Ex quibus verbis, qui iura tractet discere facile possunt, quor- sum album Prætor s dicatur, & quid in eo proscriptum esset. Nam proscriptio illa fiebat edictorum in albo Prætoris, iuridi- ctionis perpetuo sequendæ causis, l. si quis id quod, de iurisdi. omn. iud. P. non enim interdita, quæ erant decisiones singularium ne- gotiorum, sed edicta secundum quæ interd- ctu iudicabantur & alia, descri- bebantur. Exemplaq, ed- ctu in genere concepta semper inuenies, vt in l. iurigenium 7 §. prætor ait de pact. P. in l. 1. §. ait præ- tor, de postul. l. 1. §. ait prætor, quod mos can. cum siml. Documtus an- tea l. b. 2. c. 19. edicti & interditi differantiam, vt opus non sit repetitione. Fuerant annotationes & commentaria plura in edi- ctis Prætorum antiquorum Iuriconsultorum, eo quod illa ver- bis Laconicis, vt paucis scribi possunt, concipiebatur. d. ficill- ita cõtextu bre- uitas enim sermonis hoc habet naturale vitium, ob- scuritatem. Dum breuis esse laboro, inquit Horatius, obscurus fio. Quare illis subtilior fuit adhibenda tractatio. Scque & Iustinia- nus, l. meminimus. 1. §. de legis. hered. C. lib. 6. tit. 57. Sed §. 10. quid, subtiliore tractatu habito necessarium diximus. Et si quid ex Præto- ris iurisdictione frugi inueniuntur est. Et hoc cum perf- ctissima d- spon- sione disposita per nostras leges amplari. Et Q. Scævola clarissimus, legum vates & certissimas, quæ tunc inque de iure præ- torio con- suleretur, ad Partum & Casellum, quia hæc scientiæ dediti erant, consultores reuocabat. Val. Max. lib. 8. cap. 14.

21 ¶ Dignum tamen est obseruatione quod annotauit Theo- philus, in §. quatuor diximus, de iure nar. in iustit. iur. civil. quod Prætor constituebat ius non per epistolam, aut per decretum, sed per edicta tantum: eum tamen Principes vtriusque faceret. Quia inquit, Magisteris multis est obnoxius suspicionibus amicitiæ, corruptionis per dona & odium, quæ in principem non cadunt: neque enim is a se in se cadit, qui fortunarum & personarum no- strarum est dominus; nec gratia ducitur, quoniam ei quem diligit aliter prodesse potest: nec od- ctu aliter necare & vindicare po- test. Porro id eo tantum per edicta iura constituere Magistrati- bus permillum est, quod edicta res ipsas præcedat, id est, ante- quam negotia & causæ existant, proponi soleant: ita omnis de- terior suspicio cessat.

22 ¶ Liuius scribit cognouisse prætores de Legatis, lib. 6. deca. 5. ab illis, & a Tribun. pleb. peti. l. ius tutores, idem lib. 9. decad. 4. seipso tamen dare non poterant, l. fin. de offi. prætor. C. Factus de- hinc & prætor tutelaris, cum ante tutor a Consulibus daretur, & liberatus est Prætor urbanus magnus ea molestia, sub Marco I. m- peratore, vt scribit Iulius Capitolinus, in vita Marci. Habue- runt & Prætores curam ærarii cum Quæstionibus, Cornel. Tacitus lib. 13. Iudices dabant & recuperatores pro interd- ctis, vt iam di- ximus cū de delegatis & equi- bus paulo ante locuti sumus: Et, vt ait Cicero, pro Flacco Iustissimus Prætor iuris disceptator, qui prima- ria iudicat, iudicari vult inbeat. Et alibi, idem pro Cæcina, Prætor qui dicit totos aut vim fieri velat, aut vsu sui factum inbet: qui de fossis de- cloacis, de minimis aquarum itinere, conuenerit in uerba sit. In §. deinde Cornelius Sylla, l. 2. de orig. iur. P. alias aliorum Prætorum notiones refert Pompon. Iuriconsul. cum plures constituti sunt sin- gulis peculiare, de falso, de patriciis, de licariis, de frumento,

de fideicommissis, qui inter fideum & priuatos ius dicerent. Vlp. l. 1. de offi. prætor. P. Prætor concedit, vt pater eius apud illum ma- numittere possit: & Paulus, l. 1. eod. scriptum quid se emancipare vel in adoptionem dare: quamuis ipse necesse tutorem, vt specia- lem iudicem dare possit, l. fin. eod. Constantinus notione in illis statuit, in l. 1. de offi. prætor. de libertatis statu, de restitutione in in- tegrum, de tutoris datione, vel ordinatione curatorem, de eman- cipatione liberorum. Iustinianus pene collapsum Pictoris digni- tatem iterum subleuauit. Nouell. 13. vbi dicitur Pictoris digni- tatem plebeis. Statuitque ita non in andos eos qui tuendæ quieti & disciplinæ publicæ profuit. Refert & ibi eorum antiquam digni- tatem, quo modo ea non ablit longe a Consulatu, & quem secun- dum leges locum obtineat. Et quemadmodum olim Consules in amplissimo ordine principatum tenebant, Tribuni plebis au- tem plebem moderabantur: ita & se velle, vt ex Senatoris vitis prætores omnia prædicta munera obirent, ex auctoritate & co- d- cillis imperatoris, datq, notione de perpetratis cadibus, de adulteriis, de aggressionibus, de rapinis, & id genus aliis: de ma- ior populari. Dat illis alleuorem, viginti milites, triginta matricula- rios, qui illorum inuisionibus vsurent, flagitiose viuentes conti- nerent, vniuersum statum ciuitatis ad formam competentem re- digerent. ¶ Prætores t provinciales, potestatem maximam & fe- re regiam quoq, habere dicebantur, habebantq, iurisdictionem & auctoritatem legum, & contra eos qui non obtemperarent, potestatem armorum, §. ac si is magistratus, constit. 24. Nouell. Ju- stiniana. Maiorem qui Præfecti prætorio per nicipali erant, quos ad similitudinem Tribunorum Celerum, & Magistrorum militum Imperatores sibi adlegerunt, data eis pleuiori licentia ad discipli- nam publicæ emendationem, sine spe promotionis ab his quæ il- li d- cernerent, vel restitutionis per alios, quam per illos contra sententiam eorū faciendæ. l. 1. de offi. prætor. lib. 1. P. in u. Cassio- d- rus in Formulæ Præfecti prætorio, eius latius d- scribit potesta- tem. lib. 6. Variar. c. 3. Hinc, inquit, dignitati eum Principe iura com- munita sunt: ex h- bec enim sine præscriptione longinquos, magna quan- titate multas erant: sicut pro sua debet assone d- scribitur: enclio- nos simili potestate largitur: vacantia bona præscribit, d- scribit provin- cialia: vt iudicium punit, vt bonorum d- catur: quid est quod non ha- beat commissum, cuius vel ipse sermo. Iudicium pene est, vt non posse leges condere, cum sine appellatione possit iudicare: potestati q, tur di- gni ac nulla est æqualis: vice sacra obiq, iudicat, nullum miles de foro sibi præscribit, excepto officiali Magistri militum: credo vt vel illis a quid antiquus cederet qui videbantur pro re publica bella tractare. Et Præ- fectus, militia perfunctis Tribunorū & notarios honore tribuit, &c. ¶ Excipit tibi Cassiodorus officium Magistrum militum, ne illi im- peret Præfectus prætorio. Erat enim illo tempore, quo ipse lo- quitur, magistratus dignitas inter Prætorias cohortes & urbanæ præ- fectū & milites primatum habens, & a quibus, vt idem Cassiodo- rus notat, ei humile præbatur obsequium, idem in formulæ Ma- gisteria digni. lib. 6. Variar. c. 6. Huius etiam Magistri iurisdic- tionem fuisse ait & officium, circa palatii disciplinam, & insolentiū scholarum procellosos mores, Senatores & alios venientes ad principem trepidos admonere, loquentes componere, & verba sua etiã interpretare, vt princeps d- ceter au dicit. Erat ille dona- tor alicui consistorii, promissor diei: per eum Legatorum quan- tus festinatio denuntiabat aduentus, nemo per prouincias Iudicum olim falces assuebat, nisi & hoc ipse fieri decreuisset, æ quatores quoque victualium rerum in vrbe regia propria au- thoritate constituebat. ¶ Quidam t hunc magistratum in Gallia putant dici, Grand Maître, qui olim cognoscebat de contouer- sis aulicorum, & eorum qui curiam petebant, de criminibus & furtis in domo Regis seu palatio commissis, qui olim quocq, con- cede- bat officia regia, & eo absente loco eius cognoscebat de gra- uioribus negotiis: sub cuius cura erat etiam magister ordinatus domus Regis. Sed qui contulerit potestatem vtriusque, recte cognosceret aliam vtriusque fuisse auctoritatem. Magisteria nam- que Romanorum dignitas, maxime belli curam habebat. Et su- per omni limite sub sua iurisdictione consistit, inquirere, quem- admodum se militum numerus haberet, dabatque operam circa castrorum curam, & singulis annis omnia Principi referebat. l. 1. de offi. magistr. offic. lib. 1. C. tit. 3. 4. Nominabat Principi milites & duces, quidonei curis & honoribus militibus essent. l. 1. C. eod. Rerum maiorum militarium & Senatoriarum personarum exau- thorandarum solus habebat potestatem. l. 3. eod. Erant illi comitibus castrorū positiones, & valli, fossæ, tentoria, tabernacula, torma- ta bellica, & similia. Et magistratus etiam potestati inter milites in-

esse iurisdictionem Imperatoris Honorius & Theodosius rescripserunt. *Magisteria, 6. de iur. iud. c. 1.* Fuit ante Arcadium & Honorium tempus, in quo erat adhuc Magister officiorum alius & Honorium militum. Nam Anastasius, Magisteriam dignitatem magnificentiam per Orientem constituit, cui & duces & milites praesentales obedirent, *l. si. de re milit. lib. 12. c. 1.* Fuerunt autem per Orientem ante tempora Arcadii & Honorii Magister officiorum per Orientem, & Illyricum, vnus: & per Occidentem alter, vt scribitur in notitia vtriusque Imperii. Sub Orientalis dispositione erant schola Senatorum prima, & secunda gentium sagittariorum, clibanariorum, armaturarum iuniorum, agerium in rebus, mensores, lam padarii: scrinia memoriae, memoriae episcolarum, libellorum, dispositionum, officium admissio: fabricae Orientis, Ponticae, tres: Aethiopiae, Thraciarum, duae: Illyrici, 4. Erantque illi Magistro officiorum de schola gentium in rebus adiutor, subadiutor, adiutores duo, Fabricarum tres, Barbariorum tres, Orientis vnus, Aethiopiae vnus, Ponticae vnus, Thraciarum & Illyrici vnus. Curiosus cursus publici praesentis: vnus curiosus per omnes provincias, interpretes diuersarum gentium. Rerum earundem schola & scrinia, & fabricae in Illyrico, Italia, & Gallis fuerunt, eademque munera fuerunt Magistro officiorum per Occidentem. Deferunt leges istis notiones militarium causarum quendam, *d. l. 1. c. 3. de offic. magi. offi. c. 1.* C. quas i. fin. de re milit. lib. 12. C. Magistris militum & peditum, & Ducibus concedunt illi namque & Magisteriam dignitatem habere dicuntur militarem, vt docuimus antea lib. 19. c. 17.

¶ Veruntamen ex illis colligitur, Magisteriam dignitate Magistrorum equitum & peditum praesentium, minorem Magisteriam dignitate, de qua tractat Cassiodorus, quam etiam dicit non cessisse Praetoriae seu Praefecti praetorio Principis, cuius maximam fuisse docuimus potestatem, & fere a rege secundam. ¶ Ad cuius etiam imaginem tres Praefecti Praetorio in Oriente, & duo Praefecti in Occidente, dignitatem & potestatem magnam subiecerunt: vt legem quoque condere possent, modo legibus iam constitutis non aduerterentur, *l. 2. de offic. praef. praet. Orient. lib. 1. c. 11.* 29. in lices suarum administrationum deponere ex causa delictorum, & alios subrogabant, *l. 3. c. 4. eod.* Rescripta Principis ad eos solos referrebat, *l. si. c. eod.* Et in lumen in sua Praefectura habebat dispositionem iuris & actionum, excepto quod libellus illis oblati, non constituebat litis contestationem, *l. 1. eod.* sicut in libello Principi oblato receptum aliquando est, *l. 1. c. 2. quan. libel. princ. oblat. lit. cont. fac. c. 1.* Et leges generales constituere non poterant, nisi Principis essent iudicio approbatae, *d. l. 2. de off. praef. praet. Afric. l. 1. c. si. C. de legib.* Aderant singulis Praefectis maiorum Praetorium, Princeps cornicularius, adiutor, commensariensis, ab actis, numerarius quatuor, in his aut vnus, operum alter, subadiutor, cura episcolarum, rege datus, exceptores adiutores, singulari: vt scribitur libro notitiae vtriusque Imperii, de quibusdam etiam meminerunt *l. 1. c. 3. de apparitionibus Praefecti Praetorio & priuileg. eor. lib. 12. c. 2.*

De Aedilibus. Cap. 31.

1. Aediles unde dicti, & qui.
2. Aedilitate ante Tribunatum plebis antiquior.
3. Aedilium duo ordines aediliumque, Curulium origo, conatus, & potestatis incrementum, nu. 5.
4. Aediles a quibus crearentur, munera & officia eorum, insigniaque, nu. 6, 7, 8, & 9.
10. Annuariarum cura, penes quos, nu. 11, 12, & 13.

¶ Via aedilium edictum, & iuris honorarii & Praetorii pars dicitur, & coheret iuri Praetorium vrbani & peregrini, *l. 5. §. praetoriae de verbor. oblig. P. §. praetoriae de iur. iud. §. Praetorum quoque aedilia, vers. proponerent, de iure iur. apud Iustin. & ibi Theophil.* dicendum post Praetores de aedilibus. Theophilus Aediles dictos esse ait, §. porro aediles, eod. vel a cura aedilium sacrum quam habebant, ne quis ante quadagesimum forte annum ad sacerdotium admitteretur: item aediles quasi aediles ab aedeundo, nam, inquit, quo tempore plebs recessit a Senatu, quem ad modum Consul inter patres ius reddebat, ita & in plebe creatus est quidam quem illi adirent, qui ope aliqua egerent, vel ita dicti, quod magis est, placet quod foris curarent, a Graecis ἀγορανομος. Sextus Pompeius Festus, de Aedilibus, inquit, initio dicitur Magistratus, qui aedilium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. Postea hoc nomen & ad Magistratus transfusum est. Dicitur esse autem aedilibus, quod facilius ad eum plebs aditus esset. Sed & aedilitas dicebatur ca-

dem dignitas: sicut Pontificatus, aut Magistratus. Et Varro, *de ling. Lat. Aediles, qui ad sacras & privatas procurarent. Item inquit Pomponius, l. 2. §. si idem temporibus, de orig. iur. P. vt essent qui aedilibus praesent, in qua omnia scia sua plebs referebat, duos ex plebe constituit, qui etiam aediles appellati sunt.*

¶ Dubitat Fenestella, vtrum aediles ante Tribunatum plebis creati ceperint & aedilitatem plebeiam pro vetustissimo Magistratu habet, *Fenest. de Magistr. c. 13. atque iuxta sententiam comicuriam adfert, quod exactis Regibus ad secessionem plebis in sacrum motem factam, maxima pars populi tanto tempore absque aliquo in Repub. Magistratu qui eum tueretur existerit. Et quod apud Livium non multa post Tribunos plebis creatos legat quodam tempore, cum alter Consul obiisset & alter agram antiuam traheret. ¶ Oppugnant hanc sententiam plures & verius, Plutarchus, in §. Mario duos constituit aedilium ordines, vnum in quo ipsi aediles in iure dicendo, sellis curuos pedes habentibus, vterentur, qui nomen Magistratus retinebat. Secundum autem aedilem popularem Magistratum appellatum. De plebeis viris tantum aediles eligebantur ab initio, postea vero anno ab vrbe 390. creati hinc ceperunt ex patriciis, in tertia secessionem plebis a patribus, quando concordia facta, ludus fieri maximos ceu fuisset Senatus, & vt dies vnus triduo adiceretur, aedilibus plebis id recusantibus, conclamantibus autem iuuenibus. Patriciis, se id immortalium causa lubenter facturos, si aediles fierent. Vnde factum, vt Dictator qui comitia habebat, duos aediles ex populo rogauerit. Et ita Cn. Quinctius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio, ex Patriciis primi aediles additi sunt duo. Quos, vt Praetorem curulium sella & praetexta instrui placuit, haec & plura Livius lib. 7. Decad. 1. Fenest. l. 2. §. deinde cum placuisset creari, de Magistrat. Cicero, aedilibus curulis Magistratum, multis annis post Decemvros institutum ait, *Cic. lib. 6. Epistol. ad Atticum, eius lib. omnium autem. 107. ¶* Cuiusmodi tamen conditionis fuissent, prius a suffragiis populi creabantur, vt ceteri Magistratus, ad quod alludit quod scribitur a Plauto, in Sycho.*

Sine populi suffragio, tamen aedilitatem hic quidem gerit.
Notans temeritatem Parathici, qui in domo aliena sine potestate imperabat. Aliquando & postea, Caesares aediles creati sunt. Et refert Pomponius Iuric. l. 2. §. deinde Corn. Sylla, de orig. iur. In litem Caesarem duos Praetores, & duos aediles qui frumento praesent, a Cerere, Cereales dictos constituisse. Deinceps aediles Senatus, creatos fuisse, & sex in vrbe aliquando ius dixisse. ¶ Magistratus Principio aedilibus fuit populi: subinde, vt de Praetoribus dictum est, adeo creuit eius auctoritas, vt ad eos summa rerum & maiestas consularis Imperii aliqua do venerit, *Pompon. Latius, in Magistr. in aedilibus. Dion. Halic. de illorum ortu, causa, & potestate, & formula creandi sic scribit, in 6. circa fin. Petierunt a Senatu permitti sibi vt quorundam duos ex plebe crearent subministraturos Tribunos plebis, quicquid oppes sit, & lites nonnullas eorum permitti diiudicatos, adimq. sacrarum, locorum publicorum, atque annonae curam habituros. Hoc quoque per Senatum concessum, creauerunt, quos tunc ministros & socios Tribunorum ac Iudices appellabant: nunc vero ab officiorum vno aediles vocant, potestatem habentes alterius ministrum vt antea. Curant autem multas magnas res, suntque maxima ex parte Graecorum agoranomis similes. ¶* Exemplo ¶ Reipub. Romanorum, fuerunt coloniae quaedam gubernatae, & ciuitates & oppida formam Magistratu popularium mutuari sunt. Ideo & in municipiis quibusdam aediles fuerunt, qui aedilium munera Romanorum, saltem aliqua cum eorum nomine obibant, vt in *l. qui in Italiam, §. 1. loca. P. in l. non tantum, §. si qui in aedilitate, de exco. iuto.* Et Spartianus quoque per latina oppida Dictatores & aediles fuisse, vt Vlubris Aeti Monariae oppido scribit, *Spart. in Adria. Meminit & Iuuenalis, Sat. 10. sed hinc plebeium, & veluti minimum facit Magistratum.*

Et de mensura vis dicere, vasa minorum
Frangere pannosus vacuus aedilibus Vlubris.
Et Pertius, Sat. 3.

Frangeri heminas Aeti aediles tinguas.
¶ Ex quibus etiam colligimus, vnum aedilium mutuas, circa menturas, vt curarent huius & probae essent: talia essent & pondera: quae si talia non reperissent, liceret frangere, *l. item queritur, §. si quis mensuras, loca. P.* Praecipua namque circa forum venale eorum, & circa venalia: idcirco de his edicta proponebant quae vendebantur, vt res sine vitio morboque venderentur: & si cum illis venderentur, palam facerent, §. proponebant, de iure natu. gen. & civil. l. 1. de aedilibus. P. Et ita tradit Aulus Gellius, in edicto aedilium Curulium qua parte de mancipiis vendendis cautum est,



scriptum sic fuisse, *Tiulus seruorum singularum, ut scriptus sit curato, ut ut intelligi recte possit, quid morbi viciq. cuiq. sit: quis fugiunt erro de sit, noxae solutus non sit, Gell. lib. 4. c. 2. Deceptis etiam succurrebat emtoribus vel actione redhibitoria, vel quanto minoris, vel in factum, l. 1. § 4. § 1. sciendum, 9. l. reddibere, 2. l. cum autem, 23. de adul. edict. P. cum similib. ut ostendimus alibi copiose, lib. 25. Syntag. c. 21. *Asperius* similis dixit potestatis aliqua parte Dionysii. *Haiycarollæus*, lib. 6. quod venalium curam haberent, ut ait *Budæus* in commentar. ling. Græcæ, & de macello ius dicerent, quod hodie politici decuriones, vel capitolini nostri curant. *Suidas* *asperius*, *Adiles* magistratus fore dicit, *Suid. in vers. d. asperius*. & rerum venalium curatores, & forte quinos deligebat in Pyrcæum, totidem in ipsam urbem Athenis. Idem alibi, *idem in ver. d. asperius*, hos *adiles* seu fore curatores, quantum cuique meretrici dādum esset decreuisse tradit: item in classibus, bellitemporibus in conferendo tributo, quantum cuique pro facultatibus conferendam esset, statuisse, inde *de asperius*, id est, descriptores d. etos. Et alibi, in *ver. d. asperius*, citat *Theophrastum* lib. de legibus, qui scribat *Adiles* & *agoranomos* duas res curare debere: tum vt in foro modestia seruetur: tum vt mendacis abstineant non vendentes modo, sed ementes etiam. Cura etiam eorum, ne vita venderentur, emerentur ve, & potestas eos qui hæc facerent flagellari, vt ex verbis *Suetonii* arguitur, dum de stulticia & itacondia *Claudii Cælaris* loquitur, *Sueton. in Claud. Cæsar. 38. Idem scribam Quæstorium, nemq. Prætura sanctum virum Senatorium, inauditos & innoxios relegauit: quod illi se aduersus priuatis intemperantius habuisset, hic in adulterate iniquinos prædiorum suorum, contra verita coacta vendentes, multastet, villam quoq. interuenientem flagellasset.* *Aristoteles*, lib. 6. *Politico. c. 3.* curam ædilitatis duas partes habere præcipiunt: quarum prior rerum necessarium, vt in foro ad finem vendanturq; super qua cura constituendum cæsar Magistratum, cuius officium sit circa contractus, & circa honestatem. *¶ Altera* maiorem curam huic muneris coniuncta: propinquam, circa urbem de publicis priuatisque rebus, de ædificatione decenti, de viarum conseruatione, ac directione, de finibus regundis, vt sine querela sint, & sic de similibus. Partes eius muneris esse, *Præfectos* de maris rescindendis, fontium curatores, portuum conseruatores. *Varro*, *Festus Pompeius Iurisc. Dionysius & Theophilus*, vt paulo ante diximus, circa ædificia publica & priuata curam ædilitatis fuisse, in notatione nominis docent. *¶ Plato*, lib. 6. de legibus, etiam id munus proprium ædilis putat: *Iuri vero curam alterius agoranomi, ad viam inquit, ædificationum que exordinandorum curam præpositi, ne aut homines iniuriarentur, vel ipse feræ noceant, & vt tam in ipso urbis ambitu, quam in suburbis consentanea queq; gerantur, ædiles sint: qui vero fori venditionisque rerum curam habebant, rerum sint venalium curatores asperius.* *Papinianus*: ad ædiles pertinere ait, *l. pen. de viapubl. lib. 43. P. tit. 10.* curare adæquare vias que sunt secundum vel iuxta ciuitates, ne effluxione neccat domibus, pontem fiant vbicunq; oportet, si ad eant ne parietes domorum que ad vias publicas ducunt, labi possint: ne quis effodiat vias, ne subruat vel construat in his aliquid, ne permittat proici stercora in vias, non rixari in eis.*

9 *¶ Cicero* de hac ædilitate altiora & præstatiores recenset muneris, vocatq; ædilitium maximum mæus, & ipsam ædilitatem magnificentissimam, lib. 2. officiorum. Et cum ipse eam adeptus esset, his verbis eius curam sic exprimit, *Cicero. Orat. 7. in Verrem. Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid a populo acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremoniâ Cereis. Libero Liberæq; faciendos: mihi Floram matrem populo plebiq; Romane, ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate & religione, esse faciendos: mihi sacrarum ædium procuracionem: mihi totam urbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum sollicitudinem fructu illos datos antiquiorem in Senatu sententia dicende locum, cogam præcædâ, sellam curulem, suis imagines, ad memoriam potestatemq; præcedam.* *Prohibebant* & ædiles, ne incendia ædium fierent, *l. 1. de offi. præf. vigili. P.* Erant & frumento præpositi illi, qui dicti ædiles Cereales, *l. 2. de indi. Corne. Sylla, de orig. iur.*

10 *¶ Loco* quorum, vel in eorum auxiliu, creati fuerunt & Præfecti annonæ, qui præessent panis & aliis rebus venalibus ad vsum quotidianum pertinentibus, *l. numerum, §. Irenarche, vers. item Episcopi, & §. qui annonam, de muner. & honor. Præfectura* prætoriana triticeas copias procurabat: Præfectus vero annonæ, propius curâ excuquebatur, & efficiebat, vt panis per urbem exuberaret, per officinas pistorum, ciborumq; pensum & mundiciam panis exigendo. Cuius etiam dignitas par cum Præfecto urbis, & eius carpentum mixta glorificatione cõcedebat, vt refert *Cassiodorus* in formula Præfecti annonæ, *Cassio. lib. 6. Varia. ca. 18.* Munus & hoc Lutetie, cauendi ne annonæ venderetur vel fraudetur, Præfecti eius urbis etiam est, vt notat *Ioannes Lucius*, lib. 6. *Placito curia tit. 3. plac. 3. ¶ Romæ* etiam aliquando, anno ab vr. be condita 759. cum fames vltiq; adeo magna oborta fuisset, vt gladiatores, mancipiaq; venalia ultra octoginta milia passus fuerint ab vrbe Romana reiecta, multosq; ex suis ministris tum Cæsar tū alii ablegauerint, iustitiam in dictam, & Senatoribus, vt quo vellente proficiscerentur permissum fuerit, viri Consulares frumento & pani præfecti, *Dio Cass. lib. 55. histor.* Res ardua certe & sollicitudinis necessitate quæ annonam respicit, & vitam omnium qui in Reipub. sunt, & ad cuius procuracionem viri sapientes & experientia insignes, præfici debeant, similes *Iosepho*, cui hoc munus Pharaõ vt sapientiori delegauit, *Genes. 41.*

11 *¶ Siquæ* *¶ Carolus Bonus Comes Flandria*, ipse met manum admodum huius negotio: & cõ anno Domini 1116. sterilitas in Gallia & Flandria grassaretur, iussit in tota Flandria canes occidi, ne exiguum annonæ consumerent, *Mejerus lib. 4. histor. Fland. ¶ Erant* & Romæ Episcopi dicti, qui curam panis & annonæ, & prætorii haberent, *l. si. Episcopi, de mune. & hono. P.* Et tanta dehinc fuit habita hæc sollicitudo, vt etiam ad sacros ecclesie Episcopos delata sit, *l. 1. de Episc. aud. C.* Et in Gallia & alibi diligenter prouisa fuerit circa annonam: vt explicauimus in lege Julia de annonæ, lib. 36. Syntag. huius c. 30. vbi plura. His addendum, curam quoq; adh bendam, ne fallites qui apparitores sunt curatorum annonæ, p. stes clandestina fraude conuectiant, & si faciant ordine moueantur, *l. fin. de apprior. præfect. urb. lib. 12. C.* caueriq; debeere Magistratus superiores, ne decutiones ipsi prætextu dignitatis monopoliorum sint factores aut auctores, vt propriam explent auaritiam, *contra l. de monopolis. C.*

De Provincialibus Magistratibus aliis quam Prætoribus. Cap. 32.

- 1 Inconstantia rerum mutat omnia.
- 2 Provincialium Romanorum varia diuisio. Et qui Proconsules in provinciis dicti: qua illis subdita: ubi potestas eorum, & quod maiores Consulibus, qualis eorum potestas: iur. iudic. & curæ. §. num. seq.
- 3 Reptoris provincia nomen, commune omnibus regentibus provinciis.
- 9 Præfides provincia imperium & potestas. Iurisdic. & officia. num. 14.
- 10 Proconsules qua habeant sub sua d. potestate, & officia.
- 11 Vicarij Proconsulum qua habeant sub sua d. potestate: & eorum potestas. nu. 18.
- 12 Consularis provincia rector quid habeat sub se.
- 13 Correctoris iurisdic. & officia.
- 15 Curatoris Cæsaris munus in provinciis.
- 16 Quæstorum aratorum munus & officium.
- 17 Receptorum generalium financiarum in Gallia.
- 19 Legati Proconsules quam iurisdictionem haberent, & qui dicantur.
- 20 Legatus Cæsaris, Præf. & Corrector.
- 21 Legati Summi Pontificis auri, missi a latere.
- 22 Legati Principis a legatis Proconsulis differentes.
- 23 Præfectus Augustalis quis, & iurisdic. & officia.
- 24 Ininuati instrumentorum coram iuridico Alexandria.
- 25 Provincialium rectorum militares.
- 26 Limenarche duces.
- 27 Reptor provincie generaliter quis, & forma constituendi eundem, insignia.

Inconstantia rerum humanarum efficit, ne perpetuo tenore, i provincia, eorumque rectorum aut leges perseruari potuerint, §. vt autem lex. de non alie reb. eccles. in aui. Et proinde cogimur mutatio naturalis, vel ex præscripto Imperatorum aut populis, stylum dicendi variate, & varias Magistratum ordinationes præferre, vitandæ in iure confusionis causa. ¶ Provincie tante Imperatorum monarchiam in Consulares & Prætorias distinde erant, vt ait *Cicero*. *Philipp. 1.* Octauius Cæsar, postquam solus Imperator fuit declaratus, provincias ditioni Romanæ subditas, in se & p. plium diuisit: militia & custodia egentes sibi referuauit, pacatas populo tribuit, Quos in suarum provinciarum gubernationem

rationem mittebat. Praefectos vocabat veluti illius locum tenentes, & Praepositores. Eos vero qui eas quae essent populi, regerent, Praefectos tanquam propinquiores pacis omnes etiam Praefides dicebantur, ut auctor Dio Cassius, lib. 53. vide & Sueton. in August. c. 47. A Dione tamen in appellatione missorum ad gubernacula provinciarum, dissidet Strabo, in reliquis consentiens, Strabo, lib. 17. ut in mirum non debeat videri, si parum in his nominibus immoremur. Atque secundum generalem appellationem, omnes Praefides provinciarum in suo quemque gradu, dici posse non dissent iura. Sic enim Martianus, *Nomen Praefidis*, inquit, *lib. de offic. Praefid. lib. 1. p. tit. 18. generale est: eo quod Praefides Praefides appellatur.*

¶ Communis ¶ & appellatio rectoris provinciae, quae omnes iudices & moderatores provinciarum complectitur, lib. 1. c. 2. ¶ *101. tit. de offic. recto. provin. C.* ¶ Praefectus ¶ erant vicarii Consulium in provinciis illorum administrationi commissis: imperium enim residebat penes Consules, sed administratio & executio committebatur Praefectibus. Ante tempora Archadii & Honorii, in Oriente erant Romanorum provinciae Consulares quindecim. Praefides provinciarum, 40. Praefectus duo, Asiae & Achaiae. Comes Orientis, & Praefectus Augustalis. Vicarii 4. Aetnae Dioceseos, Ponticae, Thraciarum, & Macedoniae Comes rei militaris duo: Aegypti, & Iantiae, Duces per Aegyptum, duo: Libya & Thebaidos. Per Orientem, 6. per Ponticam unus: per Thracias, duo: per Illyricum, duo. In occidente erat Praefectus Africae cuius vicarii sex: v. b. Roma, Italia, Africa, Hispaniarum septem provinciarum, & Britanniarum. Comes rei militaris, sex: duces 12. Consulares provincias regentes, 22. Correctores, tres: praefides 3. ut videbis in notitia vtriusque imperii, ubi observabis distinctionem potestatum secundum nomenclaturam, accipiendo proprie nomina secundum illius temporis dispositionem. Nam Praefectus maioris potestatis inuenies, quam comites: & hos maiores quam duces, & consulares provincias ministrantes, minores iis. ¶ Praefectus ¶ vtramque potestatem & armorum & iurisdictionis habebat, sed non tantam, quantum Consules vbiq. In ciuitate namque Romana, potestate sua Praefectus non fungebatur, *lib. de offic. praef. c. leg. lib. 1. p. tit. 12.* & portam Romae ingressi deponere imperium, *lib. 1. c. 10. tit. 1.* quia illic Consulium locus erat, quorum erant illi vicarii. Neque etiam plenissima potestate & iurisdictione contentiosa vtebantur, donec peruenissent in eas provincias, quae eis decretae erant, *lib. 1. c. 3. c. 4. §. post hoc, eod.* Neque mandare iurisdictionem poterant, priusquam eo peruenissent: nisi mora maxima terenda esset in itinere necessario, *d. §. post hoc, c. l. aliquando, §. eod.* ¶ In ¶ ea porro provincia quae sibi commissa erat, Praefectus maius Imperium habebat omnibus post principem, *lib. 1. c. 8. eod.* Neque quicquam in provincia erat, quod per ipsum non expediret, excepta fiscali pecunia, quae ad procuratorem Principis respicit, *lib. nec quicquam §. eod.* Explicat Iustinianus Nouella 30. Praefectum datum esse provinciae magni nominis & imperii aeterni: & ideo, talem dari Cappadociae edicit, ut non solum praeficeret legibus & cohorti civili, sed etiam militibus provinciarum Pontici tractus & Tamiacis. Sicque Nouell. 103. de administratore Palestinae statuit, quem in Praefectum erigit, tum quia olim erat solita illa provincia per Praefectum Regi: tum etiam quod in ea Dominus noster Iesus Christus natus fuerit. Data ei Praefecti potestate non tantum in iurisdictionis causis, sed etiam in militibus: ita tamen, ne spectabilis locorum Dux confunderetur cum Praefecti potestate. Eundem magistratum cum toga purpurea & summo imperio, *insigne hoc stola etiam dicitur in Nouell. 31. §. 1.* Praefecti assignando cum suis militibus: Magistro vero militum eorumque Ducibus, praefidia & omnia quae armatae militiae sunt. Ita exceptis illis, Praefectus habebat plenissimam iurisdictionem, & omnium partes, qui Romae vel quasi Magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, *lib. in aliquam, §. 7. §. de offic. Praef. c. p.* iure tamen Magistratus.

¶ Ideo, ¶ quia tanquam Magistratus indicabat, statutum, ne quod decretum pro negotii decisione desiderabat, per libellum expediret, *d. lib. nec quicquam, §. 9. §. 1.* v. t. que eos solos aduocatos patiatur postulare, quibus per edictum permittitur, *d. lib. nec quicquam, §. 1.* detque non habentibus, *d. lib. nec quicquam, §. observare.* De piano tamen cognosceret de causis obiectis filiorum & libertorum, erga patentes & paternos, *d. lib. nec quicquam, §. de piano.* u. des. factas & opera publica facta recta custodiret, coepa perfici pro-

rate, prout vires eius Reipublice permittere curatores operum diligentes praeficeret solemiter: in iusticia quoque iustitia, si opus esset, ad curatores adiuvandos daret, *d. lib. in aliquam, §. 1. §. P.* & omnia negotia provinciae curaret, v. t. que ad aduentum successuris, *lib. meminisse, §. 10. eod. lib. 1. de offi. praef. August. lib. 1. p. tit. 17.* At modestia, abittuentia a maioribus, qua vti debent provincias sibi designatas ingressuri, & formula, describitur ab Vlpiano in l. obseruare 4. & in l. in aliquam, 7. & in l. lolet, 6. §. nou. vero, de offic. praef. Et in summa quae Praefectum communia sunt, ab illis obseruantur, *d. lib. nec quicquam, §. 1. c. eadem namque quae de Praefectibus relata sunt, de Praefectibus quoque tradita sunt: & si quos potentiorum habent contumaces, vel ad Praetorianam praefecturam, vel ad principem referre possunt, lib. 2. de offic. recto. provin. C. lib. 1. tit. 4. §.*

¶ Restrieta ¶ tamen vel dilata potestas fuit ex arbitrio Imperatorum, ut in Nouel. Iustinae, 31. inuenies in quadruplici distinctione Armeniae, primae partis Praefectum civilem constituit: tertiae autem, dici Praefectum comitem Iustinianum, cum potestate in milites civilem & militare Magistratum: duarum autem aliarum partium Armeniae praepositos esse ordinarios. Rursum autem in Nouel. 28. ex duobus Praefidibus, Ponti vnum hominem constituit praefectum, quem vult vocari, moderatorem Iustinianum Helenoponti: assignans ei cognitionem causarum civilium & criminalium in vrbibus suae Dioceseos, ea tamen lege, ut vicarios non habeat in illis, sed ipse oberrando vrbes lustraret, *§. in super, Nouel. 28.* Vlpianus etiam in l. 1. de tutor. & curat. dat. ab us, & c. lib. 26. p. tit. 5. moderatorem provinciae ad tempus dictum constituit, qui defuncto Praefectus vel Praefide, temporis causa moderatorem provinciae habet, eumque vices Praefectus & Praefidis agere respondit: Praefectus ¶ provinciae, in suae provinciae homines ¶ tantum imperium habet, & hoc dum in provincia est: & in ea quoque, interdum in extraneos, si quid in ea deliquerint, *lib. de offic. praef. P.* Maiusque imperium habet in ea provincia omnibus hominibus post principem, *lib. 1. c. eod.* & de omnibus causis, de quibus vel Praefectus vrbis, vel Praefectus praetorio, vel Consules, vel Praetores, ceterique cognoscunt: Correctorum & Praefidum, inquit Hermogenianus, est notio, *lib. ex omnibus, §. 10. eod. Mart. in l. omnia, §. 11. c. Praef. lib. sed licet, §. 12. eod.* Qui vniuersas provincias regunt, ius gladii habent, in metallum dare possunt, *lib. licet, §. 6. §. qui vniuersas, eod.* latrones, sacrilegos, plagarios, fures conquirunt & puniunt, *lib. congruit, §. 13. eod.* & alios maleficos, *lib. fin. eod. P.* Illicitas exactiones cohibent, relatiunt, vindicant, *lib. licet, §. humiles a potentioribus, ne opprimantur cauent, concussione militatis prohibent, & coercent, d. lib. licet, §. ne potentiores, §. seq. ad. plantapud se & emancipant, lib. 2. eod. P. iudicem dant, lib. 5. §. l. generaliter, §. eod. tit.* Et quem admodum Praefectus deformitati edificiorum consulit, hi & refici adhibent, *lib. praef. provincia, §. 17. eod.* fatiosos & eorum custodiae prospiciunt, & crimina eorum censent, num animaduersione sint digna, *lib. congruit, §. fin. c. huius, eod. P.* Et in hoc officio esse iubentur perpetuo, propter utilitatem provincialium: ut nec liceat eis quamdiu administrant, provinciae suae fines excedere, nisi voti soluendi causa, dum tamen non abnoctent, *lib. l. l. obseruandum, §. 15. de offi. praef. P.* Praefectus & Callistratus modestiam & gravitatem illius Magistratus, in l. obseruandum 19. de offic. praef. P. Modestinus vero, a muneribus praeterquam ab esulentis & poculentis, abstinentiam ex plebiscito, *lib. plebiscito, §. 18. eod.* Martianus, quomodo etiam a propriis iniuriis & suorum vindicandis abstinere debeant, pendente administratione. Et Caelius, quomodo in officio perseverare debeat, donec successorem acceperit, *lib. forte, §. 17. eod.*

¶ In ¶ aetia vtriusque imperii Praefectus dicitur habere sub sua dispositione vicarios, provinciasque Consulares, legatos duos: & pro officio principem agentium in rebus Ducenarium, Cornicularium, numerarios duos, primiferium, commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuuas, exceptores, singulares, & reliquum officium.

¶ Vicarios ¶ vero Praefectum, habere sub sua dispositione ¶ Consulares regentes provincias, correctores interdum, & Praefides. In officio autem, officium hic ¶ in similib acceptum pro officia- libus, ut in l. licet, §. ne renuo vive, de offi. praef. vicarius vicarius habere, principem de schola agentium in rebus Ducenarium, Cornicularium, numerarios duos, commentariensem, ad ut re, ab actis, cura epistularum, subadiuuas, exceptores, singulares, & reliquos officiales. ¶ Consulatus ¶ habet sub sua dispositione ¶ provinciae, & in officio principem de officio Praefecti praetorio, Cor-

nucularium, Tabularios duos pro numerario, adiutorem, commentariensem, ab actis, subadiuam: exceptores, & reliquos cohortalinos, quibus nihil licebat ad aliam transire militiam sine annu-
 13 **n**utatione clementie principalis. ¶ Sub jurisdictione vero viri clarissimi Correctoris, erat provincia ei deputata, & habebat principem ex eodem officio, Cornicularium, Tabularios duos, Commentariensem, adiutorem ab actis, subadiuam, exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus quoque non licebat ad aliam transire militiam sine annu-
 14 **n**utatione clementie principalis.

14 ¶ Atque sub jurisdictione viri perfectissimi Praefidis, erat provincia illi deputata: habebat principem ex eodem officio, Cornicularium, Tabularios duos, Commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuam: exceptores & reliquos cohortalinos, quibus etiam non licebat ad aliam transire militiam sine annu-
 15 **n**utatione clementie. ¶ Mittebat tamen Caesar, ad suas provincias curatores, id est, eos qui publicos redditus colligerent, & qui impensas in Caesaris Praefides, & negotia, & Magistratum stipendia face-
 16 **r**ent, ut scribit Dio Cassius, lib. 53. ¶ Erant etiam Quæstores ærarii in vrbe, & qui comitarentur Praefides & Prætores in provincias qui gererent pecunie publicæ curam: quorum officium, in pecunia conquirenda, conseruanda, & legitime eroganda, l. 3. §. deinde cum ærarium populi, de orig. iur. P. l. 2. c. 3. de offic. quæsto. C. & illi insignibus quidem utebantur dignitatibus, sed neque licentiam, neque viatorem habebant, ut ait Gellius, lib. 13. c. 12. & ideo neque uocationem, neque prehensionem.

17 ¶ Alii tamen ita isti Quæstores & alterius dignitatis, quam esset Quæstor candidatus principis. De quo in Cæcellario diximus antea, & de quo videndus Cassiodorus lib. 6. Variar. c. 5. In Gallia sunt tribuni ærarii, quos vocant Financiarum receptores generales, numero 4. instituti constituti, a Carolo 6. edita, art. 17. Erat Henrico 2. Quibus præponuntur Ærarii præfecti, seu generales Financiarum, quorum munus olim obibat Prætores prætorii- que viri aliquando & Magistris officiorum, v. l. 2. de offic. Quæsto. C. Aliquando Quæstor sacri palatii, l. 1. C. eod. Substantis particularis susceptorum. Additi & Præfecti fisci, & dicti Fræcie thesaurarii, ad quorum fiscalem arcam, regii canones & redditus a singularibus Quæstoribus antea ferebantur. Hodie & constituti, qui soluant Magistratibus salaria, dicti Payeurs de gages. Sed illi nullam habent jurisdictionem: habent autem generales Financiarum, qui vna cum Magistris rationariorum, vacant expungendis rationibus Quæstorum regionalium, & ex constitut. Caroli 7. & 8. patrimonio regio auctoritatem accommodabant. Saneque horum munera constitutionibus regis propriis abunde præscripta. Ut de jurisdictione curie oblatonalis seu uegigalium, vocant Des aides, exiter constitutio Henrici 2. mensis Martii 1551.

18 ¶ Ex quæconomia iuris civilis Romani plura capita facilliora redduntur: nam dicitur Proconsulem habere vicarios, id est, qui proconsularem etiam referunt potestatem & principis auctoritatem, qui in civilibus causis comitibus militum præferebantur: ut & in militaribus, comites vicariis, censeturque dignitatis præfectura, cuius vicarius est, pars, l. 1. de offic. vica. lib. 1. C. tit. 42. Et ideo princeps etiam honorifice illorum relationes audit, l. 2. C. eod. ¶ Intelligimus tamen deinceps, legatos Proconsuli duos fuisse, qui tantum iudicent quantum illis mandet Proconsul, l. legati, 13. de offic. Proconsul. P. l. pen. de offic. eius cui mand. est iuris d. P. l. 2. quis & a quo appelle. P. Mandat autem jurisdictionem illis, quando provinciam ingressus est designatam, non antea, l. obseruare, 4. de offic. Proconsul. P. Dio Cassius legatos dictos fuisse ait, qui cum Proconsulibus mittebantur, quibus jurisdictionem suam Consules mandarent, quique mittebantur cum Praefidibus a Cesare, Dio Cass. lib. 53. ¶ Atque Papinianus Caesaris Legatos putat esse, qui Praefides & Correctores dicuntur: sic enim respondit, l. Legatus Caesaris 20. de offic. praef. P. Legatus Caesaris, id est, praefes & corrector provinciae abdicando se, non amittit imperium. Simile quoque facit in potestate Hermogenianus Correctores & Praefides, dum ait, l. ex omnibus 10. eod. Ex omnibus causis, de quibus vel Praefectus urbis, vel Praefectus Praetorio itemque, Consules & Prætores, ceterique, Roma cognoscunt, Correctorum & Praefidum provinciarum est notio. ¶ In iure quoque pontificio inueniuntur legati summi Pontificis, in triplici differentia, ut alii nati, alii missi, alii a latere dicantur: de quibus diximus, lib. 15. c. 4. num. 17. istius Syntag. quibus summus pontifex suo nomine provincias committit regendas, & ibi veluti vicarios constituit cum maiori potestate & imperio, quam habeat ordinarius. De quibus & existant tituli, de offi. lega. apud Gregor.

22 lib. l. tit. 30. & lib. Sexti, l. 1. 17. ¶ Verum iusti legati Principis Correctores & Praefides, longe distant a legatis Proconsulis, qui delegati Proconsulibus nihil proprium habebant, nisi a Proconsule eis mandata fuisset iurisdictio, d. l. legati Proconsulis, 13. de offic. Proconsul. P. neque etiam mandata iurisdictio, animaduertendi, vel coercendi, vel atrociter verberandi illis erat: sed si quid erat, quod maiorem animaduersionem exigeret, remittebant ad Proconsulem, l. si quid erit, & l. soler, eod. P. l. 1. C. eod. l. 1. §. fin. de offic. eius cui mand. est iuris d. P. Tutores tamen, postquam Proconsulibus ingressus est provinciam, dabant, l. penul. de offic. Proconsul. l. 1. de iur. & cur. dat. ab eis, & c. P. & tunc etiam de suspensis tutoribus cognoscebant, in l. cognitio. 4. de offic. eius cui mand. est iuris d. P. l. 1. §. 1. de susp. iur. P. Neque ante ingressum manumittebant, quia apud eos legis actio non est, nec talem habent jurisdictionem, l. 2. §. fin. & l. 3. de offic. Proconsul. P. post ingressum vero provinciam, contra, l. apud Proconsulem, 17. de manum. vin. P. l. 2. de off. eius qui vic. alie. iudic. vel praefid. obis. lib. 1. C. tit. 51.

¶ Legati tamen que Proconsulum, non principem, sed suum Proconulem consulere debent, l. soler, §. legatum, de offi. Proconsul. Inter Proconsules & Praefides annuenerandus est praefectus Augustalis, praefes videlicet ab Augusto in provinciam Aegypti missus, cum potestate & imperio proconsulari, vide Tacit. lib. 11. l. 1. de offic. Praef. Augusta. P. qui & exemplo Proconsulum, tantum accepto successore provincia decedebat, d. l. 1. eod. totam dioecesis Aegyptiacam disponebat & iudicabat, l. 1. C. eod. iudicium ordinarium eiusdem curam habebat: & quamvis amouere eos ob crimina loco non posset vel punire, tam principi eorum delicta referebat, l. 2. C. eod. Manumissiones expediebat, l. apud Praefectum, 21. de manum. vind. lib. 40. P. tit. 2.

¶ Index tamen iudicis Alexandriae, in eius praefectura erat: verum tamen, nec a praefecto Augustali, nec a Praefide quoquam, vel eius legatis dabatur, sed a solo principe, cum summo imperio. Eo magistratu fuerunt contenti Alexandrini, cum Decurionibus seu consularibus, qui illi adiuncti sunt a Severo, Spar. in Severo. apud hunc iudicium, instrumentorum & donationum inscriptiones fiebant, perinde validae ac si eorum moderator provincie, vel alius magistratibus, aut defensor plebis fierent, l. vni. de offi. iuris d. Alex. C. Data & huic legis actio, ut & apud ipsum ad optare liceret, l. 1. eod. P. item tutoris dandi potestas, l. 2. eod. P.

¶ Fuerunt etiam alii in provincias regendas missi vel ad partes, vel loca quædam provincialium cum exercitu, & cum Magistratu civili & militari, vel altero illorum: potissimum autem militares rectores, in provinciis limitaneis & proximis hostibus, quæve armata manu egerent ad continentem pacem, & exercendas leges. Hinc inuenies Irenarchas, l. vni. de Iren. lib. 11. C. l. pen. & fi. & tot. tit. de offi. milit. iudic. lib. 1. C. tit. 47. duces missos, ut in formula ducatus docebit Cassiodorus, lib. 7. Variar. c. 4. Inuenies & Comites rectores armatos, & iudicicos, de quibus quædam iam diximus lib. 6. istius Syntag. c. 9. Habes de horum aliqua potestate, tit. de offic. Comit. Orient. lib. 1. C. titu. 40. De comite Isaur. Nouella 27. Iustiniani, vbi & de Comitibus Galatie, Partianæ, Phrygie, & eorum dignitate: quibus & datur a Magistratibus appellationum causarum, quingentorum aureorum cognitio, cura- que rei militaris & jurisdictionis, qualem habebant olim in illis locis vicarii principis. Comites viri spectabiles dicti, in notitia vtriusque imperii, habebant principem ex officio Magistrum militum præfentialium a parte peditum vel equitum secundum comitatus dignitatem, Cornicularium, Adiutorem, Commentariensem ex officio Magistrum militum præfentialium alternis annis. Numerarios duos, ex vtriusque officii Magistrum militum præfentialium, singulos Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales. Viri vero spectabiles Duces habebant Principem ex officii magistrorum militum præfentialium alternis annis, Numerarios vtriusque, Commentariensem, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales.

¶ Nihil prohibet, quin iisdem scribamur Limenarchas qui portibus præferebantur, quos Aristoteles 6. Polyte. vocat λιμενοάρχαι, de quibus Budæus in l. Limenarchæ, de seruis fugitiuis. ¶ In summa, prædicti & omnes alii, quibus quocunque titulo regenda provincia vna concessa est generaliter, vel plures rectores generali nomine dici possunt, ut etiam habeant sub se Praefectos speciales, atque Indices. Formulam constituti d. Variar. cap. 21. quam videte. Inter cetera autem ait, pro insigni fuisse chlamidem clauatam:

19 ¶ Erant etiam in provinciis regendas missi vel ad partes, vel loca quædam provincialium cum exercitu, & cum Magistratu civili & militari, vel altero illorum: potissimum autem militares rectores, in provinciis limitaneis & proximis hostibus, quæve armata manu egerent ad continentem pacem, & exercendas leges. Hinc inuenies Irenarchas, l. vni. de Iren. lib. 11. C. l. pen. & fi. & tot. tit. de offi. milit. iudic. lib. 1. C. tit. 47. duces missos, ut in formula ducatus docebit Cassiodorus, lib. 7. Variar. c. 4. Inuenies & Comites rectores armatos, & iudicicos, de quibus quædam iam diximus lib. 6. istius Syntag. c. 9. Habes de horum aliqua potestate, tit. de offic. Comit. Orient. lib. 1. C. titu. 40. De comite Isaur. Nouella 27. Iustiniani, vbi & de Comitibus Galatie, Partianæ, Phrygie, & eorum dignitate: quibus & datur a Magistratibus appellationum causarum, quingentorum aureorum cognitio, cura- que rei militaris & jurisdictionis, qualem habebant olim in illis locis vicarii principis. Comites viri spectabiles dicti, in notitia vtriusque imperii, habebant principem ex officio Magistrum militum præfentialium a parte peditum vel equitum secundum comitatus dignitatem, Cornicularium, Adiutorem, Commentariensem ex officio Magistrum militum præfentialium alternis annis. Numerarios duos, ex vtriusque officii Magistrum militum præfentialium, singulos Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales. Viri vero spectabiles Duces habebant Principem ex officii magistrorum militum præfentialium alternis annis, Numerarios vtriusque, Commentariensem, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales.

¶ Nihil prohibet, quin iisdem scribamur Limenarchas qui portibus præferebantur, quos Aristoteles 6. Polyte. vocat λιμενοάρχαι, de quibus Budæus in l. Limenarchæ, de seruis fugitiuis. ¶ In summa, prædicti & omnes alii, quibus quocunque titulo regenda provincia vna concessa est generaliter, vel plures rectores generali nomine dici possunt, ut etiam habeant sub se Praefectos speciales, atque Indices. Formulam constituti d. Variar. cap. 21. quam videte. Inter cetera autem ait, pro insigni fuisse chlamidem clauatam:

¶ Erant etiam in provinciis regendas missi vel ad partes, vel loca quædam provincialium cum exercitu, & cum Magistratu civili & militari, vel altero illorum: potissimum autem militares rectores, in provinciis limitaneis & proximis hostibus, quæve armata manu egerent ad continentem pacem, & exercendas leges. Hinc inuenies Irenarchas, l. vni. de Iren. lib. 11. C. l. pen. & fi. & tot. tit. de offi. milit. iudic. lib. 1. C. tit. 47. duces missos, ut in formula ducatus docebit Cassiodorus, lib. 7. Variar. c. 4. Inuenies & Comites rectores armatos, & iudicicos, de quibus quædam iam diximus lib. 6. istius Syntag. c. 9. Habes de horum aliqua potestate, tit. de offic. Comit. Orient. lib. 1. C. titu. 40. De comite Isaur. Nouella 27. Iustiniani, vbi & de Comitibus Galatie, Partianæ, Phrygie, & eorum dignitate: quibus & datur a Magistratibus appellationum causarum, quingentorum aureorum cognitio, cura- que rei militaris & jurisdictionis, qualem habebant olim in illis locis vicarii principis. Comites viri spectabiles dicti, in notitia vtriusque imperii, habebant principem ex officio Magistrum militum præfentialium a parte peditum vel equitum secundum comitatus dignitatem, Cornicularium, Adiutorem, Commentariensem ex officio Magistrum militum præfentialium alternis annis. Numerarios duos, ex vtriusque officii Magistrum militum præfentialium, singulos Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales. Viri vero spectabiles Duces habebant Principem ex officii magistrorum militum præfentialium alternis annis, Numerarios vtriusque, Commentariensem, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales.

¶ Nihil prohibet, quin iisdem scribamur Limenarchas qui portibus præferebantur, quos Aristoteles 6. Polyte. vocat λιμενοάρχαι, de quibus Budæus in l. Limenarchæ, de seruis fugitiuis. ¶ In summa, prædicti & omnes alii, quibus quocunque titulo regenda provincia vna concessa est generaliter, vel plures rectores generali nomine dici possunt, ut etiam habeant sub se Praefectos speciales, atque Indices. Formulam constituti d. Variar. cap. 21. quam videte. Inter cetera autem ait, pro insigni fuisse chlamidem clauatam:

¶ Erant etiam in provinciis regendas missi vel ad partes, vel loca quædam provincialium cum exercitu, & cum Magistratu civili & militari, vel altero illorum: potissimum autem militares rectores, in provinciis limitaneis & proximis hostibus, quæve armata manu egerent ad continentem pacem, & exercendas leges. Hinc inuenies Irenarchas, l. vni. de Iren. lib. 11. C. l. pen. & fi. & tot. tit. de offi. milit. iudic. lib. 1. C. tit. 47. duces missos, ut in formula ducatus docebit Cassiodorus, lib. 7. Variar. c. 4. Inuenies & Comites rectores armatos, & iudicicos, de quibus quædam iam diximus lib. 6. istius Syntag. c. 9. Habes de horum aliqua potestate, tit. de offic. Comit. Orient. lib. 1. C. titu. 40. De comite Isaur. Nouella 27. Iustiniani, vbi & de Comitibus Galatie, Partianæ, Phrygie, & eorum dignitate: quibus & datur a Magistratibus appellationum causarum, quingentorum aureorum cognitio, cura- que rei militaris & jurisdictionis, qualem habebant olim in illis locis vicarii principis. Comites viri spectabiles dicti, in notitia vtriusque imperii, habebant principem ex officio Magistrum militum præfentialium a parte peditum vel equitum secundum comitatus dignitatem, Cornicularium, Adiutorem, Commentariensem ex officio Magistrum militum præfentialium alternis annis. Numerarios duos, ex vtriusque officii Magistrum militum præfentialium, singulos Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales. Viri vero spectabiles Duces habebant Principem ex officii magistrorum militum præfentialium alternis annis, Numerarios vtriusque, Commentariensem, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuam, regendarium, exceptores, singulares, & reliquos officiales.

uatam: & Iustinianus alibi datam solum purpuream tradit, No-
nel. 3. §. 1. Sed de insignibus non valde laborandum, cum illa va-
riantur pro sententia populi & Cæsarum. Aliquando, qui cū Pro-
confulari potestate mittebantur, lex lictores habebant, l. Procon-
sules, 1. 4. de offic. Proconsp. si vero mittebantur cum potestate Cō-
sulari, & Consulares integri fasces dabatur cum aliis insignibus
18 Consularibus, penula, & carpento, vt scribit in formula Consula-
rius Cassiodorus, lib. 6. Variat. c. 20. §. Sicque Justinianus Præ-
toribus suis Pyfidia & Lycaonia dedit insignia circules, sellas au-
reas, securam consulariam, & falces, Novel. 24. Latus Cicero dicit,
quibus exornati solebant Prætores p. ouincie: Deinde, inquit,
Cicero Rullum ornatur apparitoribus, scribis, librariis, praconibus,
Architectis, prætorea mulis, tabernaculis, tentoriis, sepelcibus. Sum-
mum haurit ex aerariis suppedat et fossis finitores, ex equestri loco du-
centos in annos singulos spectatores corporis constituit. Et Iulius Capi-
tolinus scribit, in Alexandro, Alexandrum Imperatorem ex more
veterum instituisse Magistratus, quos in prouinciis mittebat:
ita vt Præfides acciperet, argenti pondi vicena, vias, lenas, mu-
los binos, equos binos, vestes forenses binas, domesticas singulas,
balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos: & si vxores
non haberent, concubinas si agalas, quod sine us esse non possent,
redditi deposita administratione, mulas, mulos, equos, multi-
ones, & cocos: cetera sibi habituri, si bene egissent in quadruplum
redditur, si male.

19 Illud tamen quod de vxoribus & concubinis traditum est,
non fuit aliq. modo sine controuersia. Siquidē vt auctor est Cor-
nellius Tacitus, lib. 3. Annal. Seuerus Cæcina centum. ne quem
Magistratum cui prouincia obtigisset, vxor comitaretur: inelle
quippe mulierum comitatu, quæ pacem luxu, bellum formidi-
ne moreretur, & Romanum agmen a similitudine in cessu bar-
barici conuerteret. Non imbecillim ratum, & imparem labori-
bus sexum: sed si licentia adfuit, & in ambitiosum, potestatis au-
ridum. Neque oportere eas contra leges Oppias, domos, fora, &
exercitus regere. Contra tamen censuit Valerius Messalinus, ne-
que inde pacis impedimentum, facias priuatas: reuerentibus a
labore matris nullam honestius, quam vxorum lenamentum:
obnoxias quasdam auaritiæ, vt etiam quosdam Magistratus, & li-
bidinibus. Er placuisse quondam Oppias leges, remissum aliquid
postea, sic Reip. temporibus postulantibus. Non æquam sexum
natura inuadit relinquit, expouit suo luxu & libidinibus alienis:
vix manere illæ a presentia custodia matrimonio, quid fore si per
plures annos in modum distidii obliteretur: Et Luia Angustinum
in Orientem & Occidentem comitata. Hippocrates Myrtrida-
tem, V. l. Max. etiam tempore belli, vt & Cleopatra Pompeium,
Plutar. in Pomp. Quocirca & vicit tandem sententia Messalinii, si-
que inuasi Senatui consilio cauendum, licere quidem ducere vxor-
em, sed vt quamquam infantes essent Magistratus & culpæ ali-
enæ nefasti, prouincialibus vxorū criminibus. perinde quam suis ple-
deretur, Corn. Tac. in 4. Meminit de hoc Senatui. Vip. aliis ver-
bis, in lobseruare, 4. §. profectici, de offi. Procon. P. profectici autē Pro-
consularem melius est sine vxore, sed & cum vxore potest, dummodo
sciat Senatui Mensala & Cotta Cons. censuisse futurum, vt si quid v-
xoris eorum qui ad officia profecti sunt, deliquerit, ab ipsiario &
vindicta exigatur. Sic enim in culpa videtur esse maritus, qui per-
nitiosam prouincialibus secum duxit vxorem, vt pro ea culpa ten-
natur non secus, quam canpo, naua, stabularius, qui vitur ope-
ram aliorum hominum, pro illis tenetur, §. penult. de obli. g. qua ex
qua del. l. 1. & si hac autem actione, nau. canpo. si ab. & c. ub. 4. P.
11. 9. nempe pro pena pecuniaria. Siquidem & vxor pro suo deli-
cto etiam plectitur, l. fin. C. de iniur.

20 Porro Octavianus Cæsar, vt refert Dio Cass. lib. 53. leges quas-
dam omnibus rectoribus prouinciarum fere communes, statuit:
1. Ne quem delectum militum agerent: 2. Ne pecuniam præter
eam quæ constituta erat, exigent, Senatoris Imperatorisve in-
iussu: 3. Cui successio missus esset, is statim ex prouincia abiret: ac
ne redeundo domum tempus tereret, sed intra tertium mensem
Romam reuertetur. Adde alias, & 4. Ne ante successoris ad-
uentum prouincias relinquat, est tempus lapsum sit ad ministrati-
onis, l. meminit, §. 10. de offi. Proconsp. P. l. 1. de offi. pref. Augusti. P.
l. 1. administrationem, C. vt omnes iudi. & c. ne que Romam redi-
rent, priusquam iuberet Imperator, l. nullus prouincia moderator,
9. C. de offi. rector. prouinc. C. Statu t & Zeno Cæsar, vt omnes Iudi-
ces, Præfides prouinciarum, Rectores autem Correctores, Pro-
consules, Præfectus Augustalis, Comes Orientalis, Duces & alii
prouinciarum Rectores, post administratione depositam, quin-

quaginta dies in ciuitatibus vel certis locis remaneret, vt omni-
bus conquirendi de illis si quid admisset, vel furati fuissent, da-
retur libera facultas, l. 1. vt omni. iudi. tam civil. quam meli. & c. §. 6. §.
necessitatem, vt in d. sine quoquo suffrag. & c. in audent. §. Commu-
ne est, vt potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens re-
uerentia tribuatur & cōtra, maior minores officio suo bene fun-
gentes, inioris impune ne afficiat, l. potioris, §. de offi. rector. prou.
C. 6. Moderatores prouinciarum curam gerant, ne quid poten-
tium procuratores perperam, iniusteque committant, l. modera-
tores, 11. eod. l. illicitas 6. in princ. & §. nepotiores, de offi. Praef. pa-
catam prouinciam & quietam a prauis hominibus, & a criminibus
conseruet, l. 3. & l. congruit. 13. eod. P. 7. Nulli patris suæ ad-
ministratio sine speciali permissa principis permittatur, l. fin. C. de
offi. rector. prouinc. 8. Factum est Senatusconsultum Calpurnio &
Messala Consulibus, ne quisquam ex iis qui Consulatam vel Prætu-
ram gessissent, exteriorem aliquam prouinciam ante elaplum
quorum annum acciperent. Sperantes hac ratione certamina
de occupandis Magistratibus tolli posse, si pateret eum qui obtri-
tuisset, non statim cum potentia aliqua futuram, Dio Cass. lib. 40.
9. M. orani Imperatoris lex, Rectori prouincie totius ante rem-
pore, non plus quam triduo vna ciuitas subministrat: aut si diu-
tu uoluerit commorari, de proprio sibi sciat esse viuendum,
M. uoratus Imp. l. legum Nouell. tit. 1. de curialib. 10. Ne in fœtus den-
in prouincia negotientur, quæ ad prouinciam admini-
strant, l. principalibus, 34. de rebus cred. in P. leos, & l. quisquis, C. eo.
non contrahant, emendo, vt eod. & c. l. non licet, & l. qui offi-
cii, de contr. emt. P. l. 1. C. de contr. iudic. l. scriuarios, de nume. &
aliqua libro 12. C. tit. 50. vxorem ducendo, l. si quis officium, §. 8. & l.
prefectus cohortis 63. de rit. nupt. P. l. 3. §. videamus, de donat. int. vir.
& vxor. P. l. 1. si rector. prouinc. vel ad eum pert. C.

De Rectoribus prouinciarum in Gallia.

C A P. 33.

- 1 Gallici Magistratus quare differant a Romanis.
- 2 Gubernator prouincie in Gallia, quis, & eius potestas.
- 3 Senescharchi, legum, locorum Toparchæ. Interesse eorum debeant
in parlamento tempore causarum sua Seneschallia.
- 4 Seneschallus & Seneschia unde nomen habuerunt.
- 5 Bailit unde dicitur & balliua.
- 6 Præfides iuridici, nam Præfides dici possunt.
- 7 Residencia in iuncta omnibus iudicibus in suis Præfecturis.
- 8 Senesch. haucées, & leurs Lieutenans.
- 9 Iuridicus ne quis esset loco sua natiuitatis statutus.
- 10 Officia Magistratum ne sint venalia.
- 11 Seneschallus de quibus negotiis iudicet.
- 12 Seneschallus recipitur iuratus in curia suprema sui parla-
menti.
- 13 Officia Magistratum in Gallia temporalia aliquando.
- 14 Iuridici conuentus in Gallia olim non statuti, vt nunc.
- 15 Senarchia de appellacionibus quibusdam cognoscit. Iurisdictionis
eius augmentum. nu. 17. & 18.
- 16 Viguerius quis, & quid significet, & iurisdictionis eius.

IN Gallia, quia diuersum sermonis idioma est, & diuersus re-
genda Reipubli. modus, Rectoribus prouinciarum exemplo
Romanorum omnino non vitur, ex parte quamuis cum Ro-
manis consentiamus. In ea iurisdictiones & potestates ex nutu &
Principis voluntate distinguuntur.

¶ Sicut tempore belli maxime Rectores prouinciarum, quos
dicimus, Gouverneurs du pays: qualis Gubernator noster Tecto-
sagum, alius Aquitaniz, Picardiz, & similes, qui pro Proconsulibus
existunt. Quidam & legati cū potestate regia, vicarii Regis, quos
vocant etiam Vireys, quorum potestas Præfectis prætorianis cō-
parari potest. Etsi non distent Rectores vel Gubernatores, etiā
vices Regis agere in militaribus causis, & in prouinciis sibi com-
missis. Magna horum erat olim auctoritas: concedebat enim ven-
niam & abolitionem criminum, nundinas mercatus nobilitabat,
legitimabant seu restituebant natalibus, auocabant a iudicibus
ordinariis causas ad se. Quæ tamen omnia postea adempta, & res-
tituta regie soli potestati, edicto Ludouici 12. Hodie Rector Del-
phinatus, omnia officia concedit, pluraque potest: exceptis Cur-
ria suprema Parlamenti officiis & indulgentis seu reuocis crimi-
nam. Falluntur qui putant Vicarium generalem Regis, quem vo-
camus, Lieutenant general pour sa Maesté, Procon. libus simi-
le dici. Nā melius hic qui vices agit in vniuersis prouinciis Gallia-

rum, diceretur Magister militum, qualis sub Ductore: vel Praefectus praetorio, sub Imperatoribus: vel tempore praefectorum Regum Francorum, Meier vel Magister domus: ex cuius auctoritate tota militaris opera regeretur, qui secundus post Regem in ea potestate, maior Praefectis & Gubernatoribus, Praefectibusve prouinciarum. Et certe hoc etiam munus vix conceditur, nec concedi debet alii quam principis fratri, vel filio, vel ei qui designatus est successor imperii. Periculum enim est, ne qui hac inuestitur dignitate, affectus dominandi dulcedine, & qui iam omni manu militari armatum se videt, inuadat principatum eius cuius vicarium gerit: saltem ita olim contigit, quando Meieri & domus Franciae maiores, usurparunt imperium. Est itaque iste vicarius Regis generalis, maior, qui etiam habet sub se alios Galliae Polemarchos, quos vocant *Mareschaux*, syllabis prioribus Polemarchis & Bailliis additi sunt, & interdum cum Seneschallis, & gubernatores in Seneschallia adduntur & regunt secundum Principis voluntatem. Verum Senarchi sunt legitimi Toparchae & antiquiores istis singularibus gubernatoribus additis. Sunt enim Senarchi veluti proprii & naturales locorum gubernatores, non tantum paludatis, sed etiam togatis gubernatoribus adscribendi. Vt etiam Philippus 6. cognomento Valefius, eos nominauerit in constitutione anni 1344. rectores prouinciarum: dum ait, tempore appellationum agitandum in diebus ordinariis suae Seneschalliae eos in parlamento interesse debere. *Ps*, inquit, *apparere possit de ipsorum gestu, vita, & moribus, & quomodo per ipsos digne regantur prouincia eis tradita, sub eorum regimine, &c.* Militari namque opera & iurisdictione, sibi commissos regant: duces nobilium tempore belli suae Toparchiae sunt, & bannum & heribannum sub illis solis pugnat ducibus. Et ex constitutione Henrici I. d. c. i. 9. Febr. 1547. art. 3. Si modo ipsi Toparchae militiae regenda & ducatur idonei sint. Nam illis non idoneis, ex nobilibus Toparchiae eligitur vnus, ex rectoris prouinciae decreto, si rector sit: sin minus, per delegatum ea de causa per principem in locum Seneschalli, qui ordines tempore militiae Toparchiae ducat. Eaque de causa vidi aliquando conueniri Caducei certe strenuum Toparcham seu Senescharchum, quod fuisse Praefectum singularis a Principe in sua Toparchia gubernator, tanquam putans sibi id dederit esse. Cuius controersiae causa etiam in varias scidit ciues sententias & simulatas, vt vtear, ne quid inde grauius postea ortum fuerit. ¶ Senarchia ¶ vel Senescharchia, qua vulgari nomine Seneschalchiam & Bailliua dicimus, inde *Seneschal* & *Baillif*, pro Toparcha & praefecto declinationem nominis habent ab vna significatione. Siquidem Senarchia dicta videtur, ex compositione nominis Latini & Graeci, senum *ἀρχία*, senū principatus: & Senarchus siue Senelarchus, qui huic concilio senum Praefectus est. Vel si malimus integram compositionem dictionibus Graecis constare, Cœnarchiam dicemus, ex Graeco *κοινὸν* & *ἀρχία*, id est communis principatus, vt Perionius obseruauit. Et Cœnarchus, princeps eius administrationis dicitur. Potest dici Germanico idiomate, Seneschalchia, a verbo *Seken* & *Scalk*, quasi indagatio & perquisitio, seu censura hominis pessimi & veteratoris, quod in ea de iudiciis agatur maxime vitiorum iniquorum. Quidam etiam dicunt verbum *Sen*, iustitiam significare, & scalcum praefectum: atque dicunt inde senescalcos, iustitiae praefectos, sed diuinate id dicit Lupanus. ¶ Dicitur ¶ & Bailliua, quasi *βαλλία*, id est, consilium. Nolut enim princeps omnino ciuitates praefectas, solis Toparchis committere sine consilio prudentum virorum, qui eis assiderent. Sicuti & iuridico Alexandriae, Senoerus, teste Spartiano in eius vita, adiecit ordinem decurionum. ¶ Praefides ¶ certe prouinciae iuridici isti dici non possunt, quia nec vni prouinciae praeficiuntur, & plures in eadem prouincia sunt Seneschalli: vt in Aquitania, plures, apud Tectosages, plures, & alibi similiter. Sicuti nec potestas praefidis illis conuenit: nam ab his prouocatur, a praefidibus nequaquam. Exstat & constitutio Caroli 6. cognomine Pii, anni Domini 1138. qua prohibentur alia nomina quam vulgata, & praepositi. Sic enim statuit. *Nallius Seneschallie, Bailliua, aut alterius iudicature regimen volumus gubernari, vel alio nomine praeterquam Seneschalle, Bailliui, vel Praepositi sicut antiquitus fuerit concessum.* ¶ Itaque ¶ prouinciae diuise sunt in Gallia, in has praefecturas etiam locorum, vt facilius res tum ciuiles tum militares regerentur: quemadmodum & Plinius lib. 5. c. 9. refert Thebaidem in Asia diuidi in praefecturas oppidorum, quas nomines

dixerunt. Fidem facit, quod Senachorum institutio primaria exigebat, vt per se ipsos suum munus exequerentur, neque vicarius vterentur, aut Subpraefectis, nisi ob grauem & necessariam abientiam, ex constitutione Caroli 7. art. 86. In constituta. Philip. Pulcri 1302. Atque iubetur constitutione Caroli 6. anni 1388. & aliis pluribus constitutionibus, vt ipsi sint assidui, seu, vt dicunt, residetes in praefectura: quemadmodum aliis stas curiis principalibus & inferioribus, necessitas absiduitatis & residentie imposita est a Principe pendentibus diebus iuridicis, Senatoribus etiam & praefidibus Senatus. Exstatque constitutio Francisci primi, *Sur la residence des officiers, Conseillers, Presidents, Baillifs, &c.* Et constit. anni 1559. art. 129. Et constit. Caroli 8. art. 3. & 77. Caroli 7. art. 2. Ludou. 12. art. 23. & 25. Quinimo nec ex principis consilio possunt esse, vt abstinere pendente praefectura, ex constit. Caroli 6. anni 1388. Sunt Senarchiae Iudices maiores & minores seu Subpraefecti aliquando, si tractus iurisdictionis paulo latior sit, & si populosus locus sit, vocant *Lieutenans* & *sejors de Seneschaux*. ¶ Sed ¶ Subpraefecti a principe nona Senescharcho in situuntur & praeficiuntur, nec delegati sed ordinarii iudices sunt: sub ditione tamen & potestate etiamdem Senarchi. Et ideo iudicia eorum nomine Senelarchi profertur, & negotia eodem nomine expediuntur: quamuis ipse per se ipsum non iudicet. Nam iudices illi additi, in hac parte operam praestant, ipse autem nomine & potestate regia iudicia auctorat & ruerit, & executioni mandari iubet.

¶ Et ideo placuit Ludouico 12. artie. 48. suae constitutionis, ne alii praefecturae vel subpraefecturae regenda iudiciorum Senarchiae praeficiantur, quam qui gradum prolytate adepti fuerint, vel doctoratus, in aliqua famosa vniuersitate adepti fuerint. Prohibitum & aliquando, ne iuridicus quis patriae suae fieret a Philippo Pulcro, & a Carolo 5. vt olim in l. fin. de offic. re. & prouin. Capud Romanes. Sunt & constitutiones Regum, quae statuunt de qualitate praeficiendorum & de examine illorum, & aliorum officialium, vt constitutio Henrici 2. anni 1547. & 1548. ¶ Omitto ¶ etiam, forsitan quia abiit in disuetudinem constitutionem vetantem mercari vel emere officia, cuiuscumque curiae maioris vel minoris, regis Caroli 8. art. 68. quae publicata an. 1463. cui alia consentit Ludouici 12. art. 40.

¶ De ¶ quibus notio sit Senarchis & curiis illorum, satis liquere arbitror ex Regum vulgaribus constitutionibus, eam esse retinendam Regis, licet non nobilium, dationis tutorum, vel curatorum, de conseruatione vel cura ædium sacrarum, vt facta te. & ve sint, vtque priuilegiatorum criminum illorum examinatione, si agatur de lesa aut imminuta maiestate, de fide publica violata, de viarmata, de feudorum adnouatione tradenda per vasa Regi, de executionibus obligationum factis virtute cuiusque sigilli secundum consuetudinem. Et proclamationes armorum faciunt: nisi in terris Baronum & aliorum habentium hanc iurisdictionem. De pontium, itinerum, murorum refectionibus statuunt, si populi Magistratus sint negligentes: de sacerdotiorum querimoniis, domanii res quae olim prima actione seu in prima instantia in parlamentis tractabantur, vt ait Imbertus lib. 1. Instit. Foren. §. porto, nunc etiam pertractant. Cognoscunt & de aliis, quorum iurisdictioni illis concessa est, de quibus, stylus & constitutiones satis admoquent praedictorum Regum, & Francisci I. 6. April. 1537. art. 45. 67. & c. ¶ Senelarchi ¶ antequam possessionem nanciscantur Praefecturae, coguntur iurare in verba concepta sacramenti hac de administratione constituti, in curia suprema Parlamenti, ad quam ex eorum iudiciis prouocatio est, seu Regis conseruatores & domanii, suum cuique sine discrimine personarum reddituos, dona, munerave nec xenia, imo nec edulia a sibi commissis accepturos, neque vxores, famulosve, aut comites accipere passuros, non subditos oneratos, id ipsum suos iudices efficere curatores. Et prouideum stas diebus anni caussa prouocationis ordinarie cuiusque Senarchiae agitatur in Parlamento, ad quod ab illis prouocatio est, singuli Toparchae in causis suae Bailliuae interesse auditorio debent, redituri gestorum si opus sit rationem: & vt inhibitoria viros regis moneat & instruat de iuribus regis & domanii suae Senarchiae, & de abusus officialiorum regiorum, vtque curent negotiorum gestorum, & quae appellatione agitatur ex sua Toparchia acta perferri, aliaque similia gerant, quae praeficit Carolus 6. an. 1388. & Carolus 7. 1453.

¶ Senarchiae ¶ aliquando non habuerunt officium perpetuum seu administratione perpetuam non iuridicorum semper perpetui, vt neque alii officialii in Gallia: & ideo pendente administratione vel officio non licebat eis, vt liquet ex constitutionibus praedictorum

diſtorum proxime regum & aliorum, emere, contrahere, vel vorem ducere, vel beneficium eccleſiaſticum aſſequi, ſine licentia principis, pro ſe vel ſuis habere vel impetrare, exemplo adminiſtrantium prouincias Romanorum vel officia prouincialia, nō mutuo accipere ſupra 20. libras, vide ſup. ca. 32. in fine leges ſimiles

14 *Reſtorum prouinciarum Romanorum.* ¶ Erantque ꝑ conuentus illorum iuridici, non ſtati, vt nunc, ſed ꝑ Toparchiā in locis præſtantioribus indiſti, vocabant *Aſſiſes*, id eſt, ſeſſiones: vnde *Sieges*. Quare & exemplo Romanorum Magiſtratum ex conſtitutione Caroli 6. poſt depoſitam adminiſtrationem Senarchiæ & iudicaturæ, ꝑ quinquaginta dies in Senarchia tenebantur reſſidere, vt iuri ſtarent, & reſponderent coram ſucceſſoribus, libellis, petitiōibus, conqueſtionibus aduerſus illos propoſitis, ſummariæ & de plano iudicandis. ¶ Ceterum, ꝑ quemadmodum cognitiōes Senarchorum, curiæ ſupremæ examini appellatiōnis cauſa ſubiiciuntur: ſic & iudices quidam ordinarii ſunt, a quibus pronocatio ad Senarchiam deſertur. Et nouit quilibet Senarchia ſuos ſibi hac de cauſa fines. ¶ Sunt & cum his in quibusdam ciuitatibus vicarii, quos Viguerios Tholoſæ & alibi dicimus, quorum iuridiſdictio aliquando ſupreſſa reuixit. Viguerius in quibusdam cum De curiōibus & Senefchallo concurrit, Index tamen ordinarius eſt, minimatumque cauſarum & minorum etiam. Vt ridicule lapſi ſint, qui putant Viguerios dici, quaſi Vergobretos. Erat enim Vergobretus maior & regiæ propemodum auctoritatis apud Heduos, auctore Iulio Cæſare, a quo maxime diſtat Viguerius. Arbitror autem, quantum ſiſ dilatat philaterias Viguerii, Viguerios dictos eſſe, vel a nomine compoſito Vices gerentis, vt dicimus idiomate communi *Vichancelier, Vroy, Vigerand*. pro Vicecancellario, pro Vicario regis, & pro Vices gerente alicuius, & Viguerium pro vicario accipiendum Senefchalli, ſic monet conſtitutio Philippi 4. dicti Pulcri, anni 1302. dum ait, *Voluntus in ſuper ordinamus, quod nullus Senefchallus, Baſilius, aut Iudex quicunq; habeat præpoſitum, Viguerium, ſeu Iudicem, qui eidem cōſanguinitatis aſſinitatis vel naturæ vinculo teneatur, ne per ſona prædictæ in cauſis, que ad ipſos ꝑ appellatiōnes ꝑuenire debent, minus fideliter iudicet*. Alicubi iſti Viguerii ſe dicunt exornatos cuſtodia arcium, vnde arcium loci dicuntur cuſtodes, Caſtellani, & ſigilli interdū. ¶ Præpoſiti *Preuoſti*. Et Idcirco iuridiſdictio illorum ſecundum deſignatā a Regibus vel Senefchallis naturā diſtinguenda eſt. Cognoscunt vt plerumque de tutelis non nobilibus, de ſuſpectis tutoribus & curatoribus, de annonæ proſtigatione, de abuſibus cauionum, hoſpitiū, piſtorum lanionum, pharmacopolarum, propolarum, & negotiatorum intra urbem ſeu ſuam iuridiſditionem, de pactionibus & obligationibus ſub ſigilli certi rigore tranſactis, de aliis quoque criminibus iniuriarum, inuafionum, niſi vel contraria prohibeat iuridiſdictio vel cōſuetudo, que in poteſtate forēſiſ conſideranda alio monui, ne tranſgrediantur terminos quoſo patres & maiores eorum poſuerunt & obſeruarunt. Sunt & nouiſſimis temporibus Senarchis additi ſub præſecti paludati, quos vocant *Lieutenans de Senefchaux de robe courte*, alicubi, & qui latronum graſſantium prehentiones & iudicia exſequentur: quales præpoſiti Mareſchalchorum vel Sab præſecti fuerant, ſed dicti nomine Viceſenefchalchorum *Viceſenefchaux*, proprie Latrucculatores. ¶ Sic ꝑ enim variatio temporum mutauit nomina rerum, auxit & minuit iuridiſditiones Præſectorum ex nutu & arbitrio Regis ꝑ neceſſitate prouincialium. Et ita etiam Præſecti prouinciarum locis facti ꝑ perpetui Senarchi, & iudices quoque illorum togati aucti, & perpetuæ *Evadi* ſeu concilia, ea que ſtata, & iudicium officia cum titulo a principe conceſſa ſiſ, qui ꝑ Senarchis ipſis iudicarent ſportulaſq; recipere, manu armata Senarchis conceſſa. Additæ etiam prærogatiue iſtis conſiliis, iuridiſditiones rerum omnium ciuiliū, exceptis dominialibus principis de aquis & nemoribus eiſdem ſtatendi diſſiniuie, ſine pronocatiōe 250. librarum Taronēſium: & quinquentarum, quarum executionem non obſtante pronocatiōe, ſine præiudicio tamen illius, poſſent proſequi, vt haberetur in conſtitutione Henrici II. menſis Martii 15. 11. vbi de origine illorum.

17 ¶ Fuit ꝑ aliquādo & ſumma iuridiſditionis ampliata, cum primum nouus Magiſtratus creatus eſt, dictus Præſes præſidialis: nemp Magiſtratus in eo conſilio Toparchico, primus, qui præſideret præſidibus ſive iudicibus introductis: non quidem prouinciæ, hoc enim falſiſſimum eſt, & temere præſidis prouinciæ nomen & putarum quidam ſibi arrogat hoc facti prætextu. Neq; Rex eos nominat Præſides prouinciæ, ſed Præſides præſidiales nam enim præſidiales ſcilicet indices & conſiliarii dicuntur, & dice-

bantur olim qui præſidebant ceteris Senefchalliæ ſedibus. Nam ſere ſingulæ Senefchalliæ habent duas vel plures euſdem Senarchi in diuerſis locis claſſes, ſed vna fuit electa præ & ante alias ſedes, que alis præſit, appellatiōes aliarum terminando: vnde qui in illa ſede, que præcipua inter alias eſt, conſtituntur, indices præſidiales dicti ſunt, & in quantum de appellatiōibus iudicant ſedium inferiorum. Et iidem quoque dicti ordinarii, in quantum de ſibi ſubditis & ſuæ iuridiſditioni, in prima actiōe extra cauſam edicti quo pronocatio interdicitur, iudicant. Quare iidem iudices, & ordinarii in cauſis extra edictum, & præſidiales & ſuperiores dicuntur in cauſis edicto permiſſis hinc iuridiſctionem. Et ꝑinde præſes præſidialis ſtatuitur inibi, nō vt prouinciæ præſideat, nam nec præſidiales ipſi iudices, neque Senefchalli ipſi, prouinciam habent, ſed partē prouinciæ ſeu diaceſim: at potius vt præſidialibus præſit, & abſente Senefchallo ꝑſcribat in curia ſibi commiſſa, vt ꝑbe & ex iure omnia a iudicibus ꝑſeretur. Præcedit hunc honore, veluti ſuum vicarium, ipſe Senarchus: præſes vero prouinciæ Romanorum nullam ſuperiorem habebat in ſua prouincia, & primus erat poſt principem. Præſidere autem & iudici maiori hunc oportere, ſatis nomen & ſiſciū indicat, quamuis viderim hac de re controuerſias. Sed hæc iſtius ſine affectu eſt ſententia. Neque etiam æquam eſt, vt qui caput conſtituitur conſilii, membrum quod ſubiicitur ſequatur: quamuis repugnet miſera Magiſtratum quorundam iſtius ſeculi ambitio. Itaq; aucta curia n. uo Magiſtratu, & quodammodo Senarcho togato, iuridiſdictio præſidialis creuit, in his que reſert Rebuffus in primo tomo conſtitutiōis regiarum, tit. 12. artic. 11. Verumtamen poſtea, quia imminuta maxime videbatur Senarchum inde auctoritas, ad ſuam rediit originem, ex edicto Caroli 9. Molinēſibus habitis, 1566. art. 15. & Pariſiis menſe Martii 1568. Et fuerunt qui exiſtimarunt hoc munus, hancq; nimiam iuridiſctionem ſuperfluam, vbi parlamentorum tot, nempe ſeptem, adiunt ſupremæ curiæ: cum Magiſtratum multiplicatio videatur litigandi occaſio, vt aiunt. Vix enim poſſunt aſſueſcere gratiati Senarchie qui in ordinariis & primis actiōibus coguntur pragmaticis & vilioribus negotiis conſeſcere. Ego tamen in his non immorabor: audiuit namque in comitiis Aurelianenſibus & Bleſenſibus, & alibi ſubditorū hac de re libellos princeps: ſtatuer, vt opinor quod e Reſpubl. & ad ſalutem populi ſibi a Deo commiſſi videbitur, pateretque ærario, quod tot ſalaris geminatorum officiorum pene exhauritur. Sci enim melius paucis bonis Reſpublice, regi, quam pluribus malis, quorum forſan maior pars potius proprio lucro quam Reipubli. ſaluti ſtudet. Intelligit namque forſa ita ſancite vt iuſtitie & Deſeſdem tractari oportere: vt non ꝑgreda petenda ſit inde, vnde prædatores & latrones ſupplicium debitum maleficiis acceptari ſant. Sed hæc hætenus de Magiſtratib. prouincialibus Gallicis dicta ſint. Omitto plura de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Caſtellanis, & aliis iuridicis dominis locorum: quod tam de illis dixerimus in ſeudiſ, lib. 6. Syntagm. huius cap. 7. 8. 9. 10. 11. Redeamus ad Romanos Magiſtratus ordinarios vbicos.

De Tribunis plebis.

C A P. 34.

- 1 *Tribunus & tributum, & tribus vnde dicta: Tribunorumq; varia ſpecies.*
 - 2 *Tribuni plebis qui, officium, & origo. Item & poteſtas. num. 6. & 7.*
 - 3 *Tribuni plebis primum creati qui, & quot: a quo, & qui crearentur. nu. 4.*
 - 5 *De tribunorum poteſtate. & vt eſſent inuolubiles. lex.*
 - 8 *Populi Romani varia & mutabilis, inconfanſq; mens in regimine Reſpub.*
 - 9 *Prohibitiō vniſ ex Tribunis aliorum voluntates reuinebat.*
 - 10 *Tribunitia poteſtas tranſlata in principem.*
- ¶ Nær ꝑ eos qui maxima vtebantur in populo poteſtate, Tribuni plebis fuerunt. Tribuni a tribubus dicti ſunt, primum enim Romulus cum populum ordinaret, eum in tres partes diuiſit, quas tribus dixit: qui vero his præſecti ſunt, tribunos, *Dio. Hali. in 2. Plutar. in Romulo*. Pecuniam quoque a tribubus exactam, tributum inde dixerunt: pecuniam videlicet a populo ita peractam, & que tributum a ſingulis ꝑ portione ex gebatur vel aſſignata erat: ea que & ad tributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia vt militi redderent, Tribuni ærarii, *Varro 4. de ling. Latina*. Fuerunt & a tribuendo plures dicti Tribuni,

qui alterius considerationis sunt, quam Tribuni plebis. Sunt Tribuni Celerum, Tribuni militum. Et omnes qui iura dicebant inclinante Imperio, Tribuni per abusum dicebantur: vt & Prætoriani milites Romæ, suum Tribunalia habuerunt. Fuerunt Tribuni de curionum in municipiis Romanis: armaturarum, cubi- culi Augustalis, stabuli, apud Spartianum, Herodianum, Capitolinum, Lampridium. Quorum tamē stante Imperio in statu pri- sco non meminerunt Lilius, Appianus, Tacitus, Casar, Patercu- lus, vt docet Wolfgangus Lazius, lib. 2. *commenta. de Republ. c. 10.* Neque de Tribuno voluptatum, qui moderaretur spectacula, de quo scribit Cassiodorus, libro septimo Variar. ¶ Er̄ hæc pos- sent parum in historia versato offendere tenebras: quas vt vno verbo discutiatur, dico nos loqui de Tribuno plebis, non populi, nec de aliis qui habent aliam notæ particularem distinctionem. Plebis autem Tribuni erant illi, quibus plebs commissa nomi- nationem erat, eiusque defensio, contra Patrum, Consulium, Patri- ciorum, & aliorum Magistratus, iniurias & oppressiones. Initium Tribunorum fuit ex eadem causa. Cum enim transfactum fuisset bellum Volscorum, Equorum, & Sabinorum, & Plebs a Patribus peteret remissionem debitorum, & nexuum contractuum, vt sæpe polliciti erant Patres, neq; obdnuisset, putaretque se illud, secessione fecit in montem sacrum, urbem solam relinquens, anno decimo septimo post fugam Tarquiniorum, neque prius cum Patribus compositum est negotium, quam illi permissa est electio potestatis & Magistratus plebei.

¶ Er̄ proinde tunc Tribunos Plebs comitiis curiatis creauit, L. Iunium Brutum, & C. Sicinium Bellutum, quos antea duces habuerat: & cum iis C. & P. Licinius, & Sp. Icilius Rugam, hos quinque primum creatos numerat Diodorus Siculus, in 6. de ho- rum origine & potestate etiam in l. 2. §. *hisdem temporibus de origi- ne. Fenestell. lib. de Magistrat. cap. 10. Liu. in 2. D. Augustin. lib. 2. de ciuit. Dei, ca. 18.* Scio tamen hic & Ciceronem in Bruto, Liliuum & alios controuertere de causa secessionis, & de numero Tribunorum plebis primo creatorum. Scio & Fenestellam tandem dixisse, decem Tribunis in Plebem fuisse iurisdictionem Sed pugnas conuideo quæ parum ad iuris ciuili interpretationem con- ducunt. ¶ Ceterum quia Plebeius iste Magistratus erat, §. *hisdem temporibus l. 2. de orig. iur. §. plebis curiatis, de iur. ap. Iustinia.* qui magis sibi fauere videbatur a Plebe comitiis curiatis creaba- tur, secundum formulam comitorum cōlaetam, qua primi creati potestatem Tribunitiam acceperant, ad quartum Iduum De- cembrium: sic enim postea formula illa eodem tempore ineua- di Magistratum illum, seruata, vt ait Dionysius Halicarnassæus, in 6. ¶ Lexque tum primum de potestate sacrosancta lata est, cuius verba refert hæc fuisse, *Tribunum iniuriam nemo ut unum e*

uulgo, quicquam facere cogito: nec verberato, nec alium verberare iubeto. Si quis contra fecerit, sacer esto: & bona eius Cereri dicata sumo: & qui eum occiderit, purus a cæde esto. Quæ lege omnes ciues ada- xi fuerant iurate per sacra omnia, se viatos in sempiternum, & ipsos & posteros, additæque imprecatio: ita vt eius confirmato- res supercos ac inferos haberent propitios: transgressores vero, iratos utrosque, vt obligati grauissimo scelere.

¶ Huius t̄ auctoritatis Tribunitiæ dati sunt adiouæ iudicandi causa, ædiles, vt idem ait. Ipsi Tribuni pleb. non iudicabant, neq; inius vocabant, sed intercessionem & prehensionem habebant, & propria auctoritate in vincula duci iubebant. Sed querentibus nobis, inquit Aulus Gellius, lib. 13. cap. 12. *quam ob causam Tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, ius vocandi non ha- berent: illud occurrit. Quod Tribuni pleb. antiquitus creati videntur, non iurisdictione, nec causis querelisque de absentibus noſcendis, sed intercessionibus faciendis quibus presentes fuissent, ut iniuria qua coram foret, arceretur. Ac propterea ius ad se vocandi ademptum, quoniam ut vim fieri viderent, assidue eorum, & presentia oculis o- pus erat.* Lilius scribit, in 5. Camillum sceleris Plebem arguisse, quæ iam in suos versa, non intelligeret se prauo iudicio de Tribu- nis intercessionem sustulisse: quod intercessione sublata, tribu- nitiam potestatem euertissent. Et alibi, *idem in 3.* Tribunitium auxilium, & pronocationem duas arces libertatis tuendæ vocat. Appellabantur enim Tribuni contra vim Magistratum.

¶ Er̄que t̄ potestas adiecta Consulatum, fræni iustar, quod a li- bera voluntate nocendi plebi eos renocaret. Sicque lex duode- cim tabularum, de illis cauet, *Cice. 3. de legib. Plebes quos contra se auxiliis ergo decem creasti, Tribuni eius sunt. Quodque ii prohibes- sint, quodq; plebem rogassint, ratum esto.* Rogabat vero plebem tā- quam proprius Magistratus, Tribunos pleb. pro plebisficio fan-

ciendo: quod quidem prius tantum inter Plebeios legis vim ha- bebat, donec & centuriatis comitiis sancitum, vt & alios ex popu- lo Patritios quoque teneret. Quæ tamen Hortensius eam legem tu- lit, l. 2. §. *deinde cum esset, de orig. iur. §. plebisficio, de iur. nat. gen. & cin. Lilius, lib. 3. Gell. lib. 10. c. 10.* Creuit ea ad summam vique dignitatem potestas, vt quamuis etiam Senatus Tribunitibus ingredi non liceret, tamen ante valuas eius positus subsellius de- creta Patrum attentissima cura examinaabant, vt si qua ex his im- pro bassent, rata esse non sinerent. Et ideo veteribus Senatibus con- sultis T. litera subscribi solebat, qua significaretur, Tribunos quoq; censuisse, *Val. Max. lib. 2. c. 1.* Et in hoc immutata est & Se- natus & legis Romulæ auctoritas, qua olim quicquid istum tu- isset curiis pluribus & comitiis de legibus decernendis, in ad Se- natum referebatur. Qui mos mutatus postea, vt ait Dionysius Ha- lic. in 2. Non enim senatus Plebisficio, sed Plebs Senatusficio suo assensu comprobatur.

¶ Miræ inconstantia populi, cui fere omnibus momentis qua placuerit displicent, & contra. Voluit Reges, Romanus: post hos, Consules: subinde, Decemuitos: inde Consules, post Tribu- nos militum, deinde Tribunos plebis, eosque annuos, in modo Di- ctatores semestres, modo Imperatores decennales, postea per- petuos. ¶ Er̄ t̄ potestatem hanc Tribunitiam etiam libi grauem aliquoties sensit, vel maxime ex eo, quod vno ex pluribus Tribu- nis prohibente, nihil alii etiam cum plures essent, efficere pos- sent, *Plutar. in vita Graccho.* Quinimo nec huic seclam curulem ad ius dicendum, neque licetores habere permisit non purpuram ferre, sicut ceteris Magistratibus. Siquidem & finis & rationes, propter quas potestas Tribunis data est, repugnabant. Nam Tri- bunatus potius Magistratum & Imperio oppositus fuit, quam vt esset ipse Imperium, vt Magistratus, & vt popularem gerens sta- tum, non esset aspectu grauis, non aditu difficilis: sed facilis multi- tudini commodus ac tractabilis, vnde, vt ait Plutarchus in Pro- blemat. nec domus Tribunitiæ ianua claudi mos erat, sed no- ctu & interdium patere semper, tanquam portus quidam ac profu- giū quibus opitulandum esset, vsus Tribuni communis, sicut in ara, honore sacrosanctus. Neque quia quodidianum Tribu- nitium erat auxilium licebat Tribuno pleb. vllum diem integrum Roma abesse, *Gell. lib. 3. c. 2.*

¶ Tribunorum t̄ potestas translata tandem in Principes, qui & susceperant curam defendendæ plebis, *Corn. Tacit. lib. 4. de Au- gusto Casar. loquens, vt docuimus supra, de Imperatorum agentes potestate. Successerunt & in locum Tribunorum, qui Plebem ab iniuriis Prouincialium Magistratum defenderent in ciuita- tibus, defensores ciuitatis, in l. 3. §. 5. 6. 7. de defenf. ciuit. C. quin- quennalis potestatis, de quibus & alibi dictum est.*

De Præfecto vrbi. Cap. 35.

Lib. 1. Tit. 12. Lib. 1. C. tit. 28.

- 1 Præfectus vrbi quis, & quando perpetuus, & de quo indicaret. Et num 2.
- 3 Præfectus vrbi Roma qua habebat sub sua dispositione & iuris- dictione.
- 4 Gubernator vrbi Roma quis.
- 5 Iustitarius magnus.
- 6 Præuost de Paris, & eius iurisdictio.
- 7 Politici Magistratum quam habent iurisdictionem.
- 8 Vicarius vrbi quando, & cuius potestatis olim. Vicarius vrbi Roma quis nunc. nu. 9.
- 10 Nocturni Magistratum. & nu. 11. & 12.

Magistratus t̄ vrbi, Præfectus vrbi dicebatur. Sed hic ab initio fuit extraordinarius, postea vero Imperatorum arbi- trio coepit fieri perpetuus. Præfectus vrbi erat primum is, qui ius Romæ dicebat cum omni imperio Latinarum Feriarum tempore, vide *Gellium, lib. 14. c. fin.* Erant enim soliti proficisci ex vrbe omaes vrbanis Magistratus in Albanum montem quotannis ad sacra foui per triduum vel quadriduum faciendâ pro Latino populo, quibus induciarum olim inter Romanum Latinumque populum factarum memoria renouabatur. Et his conceptiuis Romanarum Latinarumque feriarum diebus, ex Albano monte Latino populo carnem petere ex sacris ius cum Romano fuit, vt ait Varro, 5. de ling. Lat. *idem Pompon. l. 2. §. deinde Cornelius Syl- la, de orig. iur. P.* Adeo autem Magistratus tunc ex vrbe profici- scebantur, vt nec Tribunos quidem plebis, cui alioquin nul- lum diem Roma abesse licebat, *Gell. lib. 3. cap. 2.* Romæ maneret. Quam

Quomobrem ne tum urbs sine aliquo Magistratu esset, ut petentibus illis deo posset. Praefectus urbis tunc introductus est. Non secus quam Praetor Urbanus creatus primum fuit. Consulibus urbe abeuntibus, *Fest. lib. de Magistrat. cap. 19.* A tequam tamé Latinorum feriarum causa Praefectus urbis creatus fuisset, inueniunt apud Romanos, regum tempore creatum fuisse urbanum hanc praefectum, & primam a Romulo, dehinc, & ab Arruntio, ab aliis. Verba autem Dionysii Halicarnassae illud indicant, & de quibus creatus fuerit, *Dion. Halic. lib. 2.* Ceterum Romulus postquam hoc disposuit, eosdem decrevit Senatui legere, ut essent quibuscumque administrare Rempublicam. centumque viros secrevit ex ordine patrio, ratione hac. Ex omnibus unum praecipuum ipse declarauit, cui rerum urbanarum regimen committeret, quosque ipse foras duceret ex erant. In quo videtur lapsus Fencitella, vel ipse Dionysius Halicarnassae, cui contraria obicit his verbis Fencitella, *de Magistrat. cap. 19.* De Praefecto urbis, nisi quam antea quicquam reperitur, quam de Sp. Lucretii patris Lucretia praefectura: non tamen alios reges praeter Tarquinium Superbum praefectos urbi creare potuisse negauerim. Quos se se ueritat, cum Regibus proficiscer opus fore, penes praefectum urbis summa rerum uel in quibus. Ut colligimus ex illis tamen verbis, & Dionysii Halicarnassae, certissimè praefecto urbis fuisse aliquando vicarios Principis & Regis, cui a praefecto regia, absente Rege. Quare exactis Regibus potestate Principis translata in Consulibus, eius Praefecti loco, absente Consulibus constitutum arbitror Praetorem urbanum maximum, ut vicarium, qui in urbe ius pro Consulibus diceret. Et cum feriarum Latinarum tempore hunc quoque Praetorem & alios Magistratus abire cōueniret, Praefectum urbi temporalem reuixisse, & ad ius dicendi causa, imo imperandi in urbe relicta, ut etiam exemplo Consulium & Praetorum, illo tempore, si opus fuisset, posset Senatam habere, *Gell. lib. 14. c. fin.*

¶ Translata vero potestate Magistratum creatorum in Principem, Praefectura urbis cum Praetura quoque introducta est, eaque annua, ut reliqui erant Magistratus. Suetonius Tranquillus autem de Octauio Augusto ait, cum Praefectura Magistratum etiam extra necessitatem feriarum induxisset, & praesentibus aliis Magistratibus in urbe, *Sueton. Tranq. in Octauio, ca. 37.* Duo etiam illustres Praefecti urbis in notitia uiraeque imperii ponuntur. ¶ Unus Praefectus urbis Constantinianae: alius Praefectus urbis Romanae, sub cuius dispensatione erant administrationes & officia Praefectus uidelicet annonae, & Praefectus Vigiliam, Comes formarum, Comes riparum & alui Tiberis, & cloacarum, Comes portus, Magister cenus, Rationalis uiciorum, Tribunus fori suarii, Consularis aequarum, Curator operum maximorum, Curator operum publicorum, Curator itaerarum, Curator horreorum, Galbanorum, Centenarius portus, Tribunus rerum nitentium. Officium vero Princeps, Cornicularius, adiutor, Commentariensis, ab actis, primifcrinus, seu numerarius, tubadinae, cura epistoliarum, regendarum, exceptores, adiutores cenuales, non enclatros, singulati. Vlpianus, *l. 1. de offic. praef. urb. P. & Fencitella, d. cap. 19.* referunt Seueri Imperatoris & Fabrum Cylionem epistolam, qua narratur urbem fidei Praefecti committam, & iurisdictionem eius limitatam, ut quicquid iura urbem admitteretur, esset notiois Praefecti: & si quid extra, intra centesimum lapidem non ultra commissum fuisset. Et in summa, intra eam iurisdictionem posset de adulterio serui cognoscere: de interdicitis quod uiat clam, unde de animaduersione tutorum & curatorum qui male ueritati fuissent, de querela seruorum aduersus dominos patronorum contra libertos. Ad curam etiam Praefecturae huius dictam est pertinere curam carnis, ut iuxta pretio vendatur, forum suarum, & ceterorum pecorum & armorum, quietem popularium, disciplinam spectaculorum, *d. l. 1. §. cura carnis, & §. quies quoque, de offic. praef. urb. P.* Valentinianus & Valens, curam a nona Praefecto urbi concesserunt, *l. 1. eo. C. Et Valentinianus, Theod. ius & Arcadius eiusdem Praefecti Constantinopolitanae urbis moderamini corporatorum omnia genera, vniuersos ciues, & populares, l. 4. C. de off. praef. urb. P.* Valentin. Valens & Gratian. praefecturam hanc omnibus praefecti dignitatibus, & potestatibus uoluerunt, sine detrimento tamen & iniuria alieni honoris, *l. 3. C. eo. P.* Valens de argentariis notioem quoque habere tradit, *l. 2. cod. P.* cum & epistola Seueri eorum officium curare debere dicat, *d. l. 1. §. hoc quoque officium, cod. P.* ut numulati probese gerant circa negotium suum, & temperent ab iis quae sunt prohibita. Sed & extra centesimum urbis lapidem iudices eos dare posse, respondit Vlpianus, *l. fin. cod. P.* Theodericus

Praefecto urbi potestatem dedit cognoscendi de iniuriis factis Senatoribus, *Cassiod. lib. 1. Variar. epist. 31. ad Romanum populum,* oportereque eum dixit esse pacis custodem: & in hac parte dignitatem, praerogoniam Praefectum urbis esse, populum quietum, *idem epist. 32. Agapeto Praefecto urb. lib. 1. Variar.* Ita hoc munus cōtinendi & pauendi seditiosos, quod pertinebat ad Praetorem urbanum, communicauit Praefecto urbi, *apud Cassiod. lib. 1. epist. 43.* Tempore etiam huius Theoderici, Praefectura urbis fuisse honorem perpetuum constat ex eius epistola apud Cass. lib. 1. Variar. epist. 42. Artemidoros scripta. Et idem Cassiodorus in formula Praefecturae urbis tradit eius esse muneris & honoris de Senatoribus iudicare, considerare supra Consulares viros, iudicare quoque non tantum intra urbem, sed etiam ut dictum est, intra centesimum lapidem, & ex designatis ex lege prouinciis per appellationem cognoscere, *idem lib. 6. Variar. c. 4.* Emanuel Comnenus Imperator Orientis addit, ut si executores testamenti dati, quibus pauperes instituti heredes sunt, negligentes sint, detur alius procurator ab Imperatore Constantinopolitano, quod si absens fuerit Praefecto urbis, vna cum sanctissimo ecclesiae economo ea procuraretur dispensatio, *lib. 1. iuris Orien. constit. Ema. Comnen. 1. et de honore rōy d'episcopat. de executoribus testamentorum.*

¶ Hodie Praefecturae Romanae est Maref. hallus urbis, curia, sabellorum seu gubernatoris urbis, cui camera apostolica delegauit alterum Ecclesiae gladium, scilicet temporalem. Et hic habet territorium duntaxat urbem, & infra 40. ab urbe lapidem. Attributa & ei notiones personarum certarum, quas Sum. Pontifex sibi reseruauerat, nempe familiarium Cardinalium suorum, exemtorum: Romanam Curiam sequentium, nempe oratorum, Principum & ciuitatum, officialium Romanae Curiae, insignium mercatorum, & reliquarum personarum Romanae Curiam sequentium. Perit gladio si opus sit, iudicat de causis contumeliarum, induciarum, securitatum seu fidei publicae ruptae, paceque violata, de cōtrouersis patronorum & clericum seu uasallorum, & Baronum: de mercede petita summarie & de plano, praesidet paci, manum armatam ceteris officialibus communicat, ut habetur in bulla Sixti III. & lulii II ea de re. Et apud Octauianum Westrium, lib. 2. Introductionis in Romanae aulae actionem ca. 5. ubi & huic gubernatori tradit esse duos vicarios, unum in publicis, alium in priuatis negotiis expediendis. Holgeruetus, ubi de Magistratibus Neapolitanis loquitur, magnum Iulitiarum Praefecto urbi equiparat, *Bologne in rubr. de off. praef. urbi nu. 17.*

¶ Purpuratus vero negat, vel extare eius officii similitudine, *Purpuratus in l. num. 96. de offic. praef. urb.* cui consentio. Neque enim Decuriones vel alii Magistratus municipales, de quibus alibi diximus, hanc habent potestatem, qualem diximus habuisse ante, Praefectus urbis. Nec etiam vicarii Principis, legati in prouinciis vel ciuitates, eius generis gerunt Magistratum, non Vigueri, non ipse qui praepositus Partiorum dicitur, seu *Prouost de Paris.* ¶ Nam illius auctoritas proximior est Seneschallorum potestati & cognoscit de causis quidem ciuilibus & criminalibus, unde ei duo vicarii sunt ciuilium & criminalium notioem, habetque delegatos, quos vocat auditores castelleti, *auditeurs du chastelet,* qui de minoribus & leuioribus causis iudicant: ut de mercedibus famulorum & mercenariorum, & agriculturalium usque ad quadraginta solidos summarie & de plano, & de aliis personalibus actionibus, quae non excedant pro sorte & expensis viginti libras Parisienses: non autem de realibus, & hereditariis petitionibus. Exstant de his constitutiones. Non eundem tamen inficias, Tholosae Capitulos, & alibi Decuriones seu Escheuinos, vel praepositos centarum, pallicosque Magistratus, & Castellanos, seu vicarios, habere aliquam partem notiois Praefectorum urbis: tamen non similem, & alicubi multo inferiorem secundum quod vel Principi placuit, vel consuetum est.

¶ Sic & a Praefecto urbis, iam tempore Theoderici, vicarii urbis alia potestas esse coeperat cum praedictis habes aliquam communem portionem, propriam tamen iurisdictionem datam a principe, in qua litigantes apud illum, sub Praetoriana aduocatione coacti fligebant, sique vice sacra sententiam dicebat, vita ei committebatur hominum: eumque uoluerunt Principes sine chlamyde non saluari, scilicet ut sub veste militari semper uisus, nunquam crederetur esse priuatus. Hicque ad similitudinem summorum Magistratum carpento utebatur, intra quadagesimum urbis lapidem iura custodiebat, Praefectus ludos edebat, dignitatem senatoriam habebat, ut omnia perteribit Cassiodorus in formula vi-

9 cariatu vrbis Romæ, lib. 6. cap. 15. ¶ Sed neque dicere possumus in vrbe Roma, vel vbi S. Romanus Pontifex existit, vicarium vrbis esse præfectum vrbis. Nam tunc vicarius vrbis accipitur pro iudice ecclesiasticarum personarum seu clericorum, tam in vrbe, quam in diocesi sua ordinaria inuita consuetudine, vel seruitutis, vel hospitii vel hospitalium, monasteriorum, vel aliorum piorum locorum, ius dicit inter iudeos vrbis, pupillos, viduas, & alias miserabiles personas, velut ordinarius ecclesiasticus vrbis iudex. Et plura alia determinat, de quibus te admodum O. Stavianus Westrius, lib. 2. Introductionis in Romanæ aulæ actiōnes.

10 ¶ Sed et inter vrbanos Præfectos, vel inter Præfecto vrbis subditos, legimus fuisse Magistratus vespertinos, quinquagenarios cis & vltra Tiberim constitutos, qui possent nocturno tempore, quo apparere Magistratus inconueniens iudicabatur, vices Magistratum obire, l. 2. §. eodem tempore, vers. Et quia Magistratus, de orig. iur. Quorum postea muneris ædiles successerant, d. l. 2. §. deinde Cornelius, vers. Nam præfectus. Fuerant & rursus in vrbe Triumviri incendiurum nocturni, qui excubias agerent noctu, ne incendia fierent, l. 1. de offi. præf. Vigil. lib. 1. P. tit. 15. ¶ Et cum præfecto annonæ, & præfectus vigillum in vrbe constitutus, non quidem vt Magistratum gererent, sed vt vilitati vrbicæ consulere, d. l. 2. §. deinde Cornelius, vers. Præfectus annonæ. Præfectus Vigillum a Cæsare constitutus, notionem habebat de nocturnis futuribus, effraCTORibus, incendiariis, defraudatoribus, in captiuis, qui inscipienter in balneis custodienda vestimenta, in noctu excubias facientes & vrbem pererrantes ferebant hamos & dolabras, Paul. l. 3. de offi. præf. Vigil. P. S. miles illis dicere possumus, quos vocamus in ciuitatibus, Capitaines du guet tant a pied, qu'a cheval. Cassiodorus in forma Præfecti Vigillum vrbis Romæ, lib. 7. Variar. o. 7. sic dicit Præfecto ait, Circa fures sollicitus esto: Quos si tibi leges minime punire præcipiunt tamen eos indagandi licentia non vulerunt. Credo vt quamuis essent raptores detestabiles, tamē quia dicebantur Romani, maiori eos subderent dignitati. Horrore tibi penarum ademptus est, nō potestas actus tuus, nocturna venatio est. Et rursus in forma præfecti Vigillum vrbis Ravenatis, lib. 7. Variar. Tibi, inquit, fornicarum securitas commissa est, cuius arius ornatus, vtilitas omnium, sollicit ut circa grassatores domesticos bellum paratū gereres, si quem ciuiam ledendum esse sentires: istodi fortunæ omnium: securus somnus te vigilante carperetur: in pace positus sumis de nocturno fure victoriam, aut futura furta prohibes, aut commissa condidit. ¶ Nocturnis etiam operis inferuit dicitur apud eundem Cassiodorum, idem eodem lib. 7. c. 15. Comes Romanus, dum enit de comitiæ Romanæ formula agit, tradit, comitem eum & eius comitiæ milites in vigilare debere nocte, ne statne dimouerentur locis suis, vel sepulcorum monumenta furto auferrentur, & debere insidiantes priuatorum fortunæ & mœnibus punire, rei veritate discussa.

De aliis Magistratibus quibusdam per Satyram. CAP. 36.

- 1 Facialium collegia, & potestas.
- 2 Prouosts des Marechaux qui, & munus, nu. 3.
- 4 Lieutenants criminels, & eorum notio.
- 5 Quæstores seu inquisitores curiarum.
- 6 Inquisitores criminum a quibus & qua puritate fieri debeant, & num. 7.
- 8 Duumviri, & Triumviri capitales.
- 9 Magistratus circa curiam & ornatum mulierum.
- 10 Magistratus Gallie qui essent antiquius.
- 11 Iudices aulici.
- 12 Comes rerum priuararum, & eius iurisdicctio.
- 13 Prouost de l'hostel, quis in aula principis.
- 14 Confessoris regii potestas.
- 15 Ecclesiastica iurisdictionis gradus & species, remissive.
- 16 Archi Magistratus Græcorum, qui, & eorum potestas.
- 17 Collegiorum & corporum, vt & artificum propriis iudices.
- 18 Conservatores scholasticorum privilegiorum.

1 Longum est ad modum esse, si species omnium Magistratuum Romanorum, & aliarum gentium vellem ad amissum persequi, & fere etiam superfluum. quando, vt toties dixi, Magistratum & Iudicum definitio, iurisdicctio & numerus ex arbitrio principum pendeant. Per Satyram & veluti indicando adhuc

præter superiores quosdam præferam. Romæ itaque erat collegium Facialium, quos Græci dicebant *επιπροβίτες*, si scelerati erant ex præstantissimis familiis fungebanturque per omnem vitam eo sacerdotio, sacrum Magistratum hos gerere dixerunt: cuius fertur auctor Numa. Cum enim videret inuoluntate bellum cum Fidenatibus, nisi res ex agris Romanorum raptas mallet sine bello reddere, Facialium hæc officia induxit, quæ darent operam ne Romani vili fœderata ciuitati iniustum bellum inferrent. Quod si qua prior propter fœderis condiciones aliquid commisisset, legatos agerent, & ver bis primo suum ius repeterent: Quod si dedignaretur facere postulata, tum vero bellum indicerent. Item, si qui illam contra fœdus conquererent iniuriam, causam eorum cognoscerent, & comperito crimine fontes comprehensos læsis darent. Iudicarent item de legatorum iniuriis, & darent operam, vt seruarentur condiciones fœderum, pacem conficerent: si quid Imperatores contra iuramentum peccauissent, cognoscerent, atque expiarent, & alia exsequerentur, quæ præscribit Dion. Halic. in 2. ¶ Erat, inquit, latronculator, qui de latronibus vias obstitentibus potissimum cognoscebat, & de aliis criminibus, non de ciuilibus, caussis, *επιτομης*, §. si de iud. P. Romæ nunc vnus ex vicariis Senatoris iudicis Capitolini, latronculator est, O. Stau. West. lib. 2. Intrad. in aulæ Rom. actio. ca. 15. Sunt in Gallia Iudices criminales & Subpræfecti palatati & rogati, qui criminibus expungendis, Inquirendis, & puniendis vacant, & palatati dicuntur *Preuosts des Marechaux*, de quibus diximus alibi, lib. huius Syntagm. ca. dum de Magistratu dignitate locuti sumus, a quibus præfecti sunt alii prouincias dicti, olim *Preuosts prouinciarum*: nunc mutato tantum nomine *Vicesenschaux*. *Vibusalles*. *Preuosts prouinciarum*. Quæ certe vices Senarchorū in suo munere agunt, & ideo recte Subpræfecti etiam Senarchorum dicuntur. Et meretur hoc officium nobilium hominum ministerium, qui neque odio, nec amicitia, nec auaritia ducuntur, qui vt probos sibi eligant comites: accidere enim potest & vitiū non fiat, ipsomet præpositos persequendis & expellendis prædonibus & latronibus constitutus, in prædones & latrones conuerti, & vias oblidere, idque eo facilius quoniam necandi & suspendendi potestatem habent. Vnde constitutio regia sancti *louis* hæc malo prospectum est, ne quem prius morte afficiant comprehensum, quam consilio proximioris sedis Iudicis rogati criminibus & reum, & crimen commanearint, *conf. Henri. II. mens. Nouemb. ann. 1154. art. 18. & 21.*

¶ Loco Thorum fuerunt aliquando Subpræfecti Senarchi palatati dicti, *Lieutenants du Seneschal de robe courre*, qui intererat iudicibus quæstionum criminalium, in sedibus seu curiis Senarchiarum, vide *conf. Henri. II. mensis Martii, de la creation du Lieutenant de robe courre. anni 1154. & in conf. an. 1154. Nouemb. eius illorum, potestas, ponitur*. Horum præpositum Marechallorū munus est, vt prouocatas perambulare & iustrare, curare vt itinerata sint a latronibus & erroribus, inquirere in eos, comperptos prehendere, & num sint fæz iurisdictionis ex utere. Longum esset omnia istius muneris recensere, & frustra fieret, cum extent de horum iurisdictione & formula iudicandi, constitutiones regie Francie Ianni 1536. Henrici II. an. 1149. & 8. Nouemb. 1154. Carol. 9. in *conf. an. 1566. art. 41. & 42. & conf. Carol. 9. an. 1563. de l'establissement des Vicesenschaux*. Molinensium ann. 1566. art. 41. 42. Aureliacensis. art. 71. & *conf. 1561. ¶ Togatis* vero Subpræfectis latronculatoribus, iurisdictionem esse notant vel pragmatici, de criminibus omnibus cum consilio suæ sedis cognoscere. ¶ Erant etiam cum his olim, & alibi nunc Quæstores criminales, item & ciuiles, qui inquisitiones facerent, seu hoc munus & onerosum populo & superfluum vltim est, cum & propriū sit iudicis ipsius criminum, inquirere, e. in *inquisitionis, de accus. l. congruit de offi. præsid. P.* postea cognoscere & iudicare. Exitit creatio Subpræfectorū criminum in *lib. b. Senarchiarum & prædialium curiarum*, Henrici II. West. Maii, an. 1152. ¶ Ceterū et adhuc remanet aliud officium iudicandi in pils Ludis, 6 de his qui a fide aberrant, cuius Iudices non alio nomine, quā Inquisitorū hæreticæ prauitatis, dicuntur, & ipsa notio, in *quisitio, e. in fidei fauorem, §. ca. statum, §. ca. vt officium, 10. ca. inquisitio, 16. ca. vt inquisitio, 18. de heret. in 6. cum sim. ¶ Quamuis* non diffitear, aliquando generales inquisitiones committi aliis quam iudicibus posse, vt inquirent & referant crimina iudicibus, tum in foro spirituali, ca. *qualiter & quando, in 17. de accusat.* tum temporalis, in quo aliquando erant curiosi, delatores, & iusticiarius rei causa, vt abunde d. acimus, lib. 2. cap. 4. istius Syntagmatis. Tutius tamen arbitror, propter concussions & remeta-

rias inquisitiones, delationes, & imposturas delegatorum & delatorum. & Iudices criminibus præpositi, munus hoc per se obtinent vel non temere omnibus committant: multa enim requiruntur in quaestione vel inquisitione habenda criminum, de quibus nos copiose alibi, *lib. 32. c. 1. & 6.* quæ non possunt exsequi omnēs, vel nesciunt, nisi diu exercuerint munus. Adde quæ lo maxium & damnosum abusum iudicum, qui committunt & delegant actuariis & vilibus pragmaticis, quibus manus venales & pennæ, indagatorem criminum: quorum corruptione plura crimina latent, vel in perniciem & caput innocentium, testium dicta aliter quam prolata sint & aliamente præscribuntur, & in re innocens decreto subscripto dictis testium carceribus concluditur, vinelici detinetur, & antequam de innocentia docuerit, carceris sæpe pœdere & horrore conficitur & interit. ¶ Fuerunt aliquando Romæ Duumviri, *Livius in 1. & postea Triumviri capitales*, qui carcerum custodiam habent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret, *l. 2. §. eodem tempore. de orig. iur.* Verum non sola custodia commissi, sed reorum etiam & cognitio & damnatio, vt constat ex *Livio*, dum agit de causa Horatii foroticidæ, damnati a Duumviris. Et de causa C. Manlii Capitolini. Eorum etiã opera in coniuratores cum *Carilina* animaduertim refert *Salustius*, & *Fenestella lib. de Magistr. capit. 5.* Iudicium & quaestiones peccati sententiam & pœnæ impositionem, si vxor aliquid peccasset, arbitrio mariti commisit *Romulus lege. Dio. Halic. in 2.*

¶ Eadem lege seu more Gallorum, potestas data, in vxores maritis, *Iul. Cas. lib. 6. Commenta. belli Gallic.* Quæ tamen certe melius dicitur concessa iubendi & castigandi potestas, quam animaduertendi iudicio publico. Vt honestus visum est, familiares quaestiones intra priuatos parietes, quam in oculis omnium componi, *l. respiciendorum, §. furta domestica, de pœn. P. graueq;* aliquando visum est, hac de re adire Censuram supercilium, *rub. de repu. §. ind. de mor. subia. C.* vel aliud iudicium, de mulierum temperantia, reiq; familiaris diligentia: quale fieri alicubi testatur *Theophrastus*, vt refert *Athenæ. lib. 13. ca. 32.* Neque enim defuerunt qui Magistratus constituerunt, penes quos cura esset honestatis mulierum, *Dio. Halic. in 2.* Scuti & erant apud Athenienses *γυναικώπων ἀρχοί*, Magistratus ornatui mulierum, muliebrique mundo præfecti, qui mulieres inornatas multabant, earumque multas scribentes apud *Platanum*, quæ in *Ceramico* est, exponebant. Vignati hos primum eligebant, postea triginta Reipub. & legum curatores, vt auctor *Iulius Pollux, lib. 8. Onomast. dum agit, περὶ τῶν γυναικώπων ἀρχῶν.* Certe quantum conicere possum ex vti quotidiano, hic Magistratus valde erat controuersis vexatus, hisque familiaribus & nullius ponderis: in vanissimis enim & ridiculis, inutilis, sed magnus pro componendis inquisitis querulis & ambitiosis mulieribus labor, qui non nisi similibus, nempe mulieribus in *Sena. uls Romano*, fuit olim commissus, vt dictum alias est.

¶ *Iulius* vero *Cæsar lib. 6. de bello Gallico*, qui fuerint in *Gallia* Magistratus iuridici, sic explicat: *Cum bellum ciuitas aut illarum defendit, aut inferit, Magistratus qui ei bello præsint, vt vita necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus communis est Magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasq; minuunt.* Et nunc etiam in *Gallia* videmus tot iudicos dominos, qui inter sibi subditos ius dicunt. ¶ Vt erant apud *Franco*s comites ciuitatibus: centenarii, pagis, qui sub le vicarios & scabinos habebant, qui iura reddebant, *Beat. Rhena. lib. 2. verum Germanica.* Erant sub Imperatoribus quibusdam, iudices creati rerum certarum, tum in aula, tum extra, qui nomē mutarunt, vel amiserunt, vt vir spectabilis *Castrensis*, sub cuius pedagogia dicuntur fuisse in notitia vtraque imperii, ministeriales dominici, curæ *Palatinorum*, & ad officium eius, tabularium dominicum, tabularium dominatum *Augustarum*: Forfan huic similem dixeris officium eius, qui in *Gallia* & in aula Principis dicitur *Grandapaneter*, *Cassiod. lib. 6. Variar. c. 8.*

¶ Erat tempore *Cassiodori* Comitum rerum priuatarum iurisdictione, quæ olim rationalium curam Principis habebat: postea, & ne quis se probrosa commixtione pollueret, dum vicino sanguinis reuerentiam non haberet: dehinc, ne quis defunctorum sepulcra marmoribus, vel columnis nudaret, aut cineres defunctorum detegeret, scelerata bonorū perferuntur: habebat & per provincias non modicam tributorum quotitatem, canonarios dirigebat, cum aliis iudicibus bona non sinebat esse vacantia: bona defunctorum intestatorum sine legitimo herede proximo potestremo ad solum de ferrebat: depositas pecunias qua dominum

ignorabant quoque fisco applicabat. *Fiscalis* pecuniæ receptio ei committebatur, *l. de offic. comit. rerum priuata. C.*

¶ In *Gallia*, aulici nunc fuisse octo domus regie Magistratos, *13* sub cubicali sacri Magistro, qui olim aliquam habebant iurisdictionem, quæ hodie translata in præpositum hospitii, quem dicunt *Pruost de l'hostel*, *Boetius in commenta. ad tractat. de aucto. mag. cons. nu. 114.* ¶ Ex constitutione etiam *Philippi Longi*, anni *1413* Confessor, seu qui audit exomologes penitentiae causa regis, poterat iurare lignari & sigillari literas seu codicillos vel recripta ad beneficia consequenda, & archielemosinarius, eas literas, quæ pertinerent ad elemosinas, leprosarum, hospitalia, ex quibus lites variè confurgunt, tum ratione iurisdictionis, tum ratione visitationis, reformationis, & administrationis.

¶ Sunt in *Romæ* Summo Pontifici gradus iurisdictionis ecclesiasticæ quoque, apud alios de quibus iam locuti sumus, *li. 15. Syntag. huius de consistorio Summi Pontificis, c. 4.* De Patriarcharū Senatu, *ca. 9.* De iurisdictione Archiepiscopi, *cap. 11.* Episcopi, *12.* Abbatum, *13.* Archidiaconi, *14.* Archipresbyteri, *15.* De officialibus *Romæ* curiæ & Episcoporum, *4. 1. 2.* et alibi de aliis, vt eos repetere pigeat. Cum percurerimus etiam superioribus capitibus maiores & minores Magistratus Romanorum, aliarum quoque gentium similibus auctoritatis Magistratus adieciimus, vt *Græcorum* & *Hebræorum*, aliorumque populorum, vt non opus sit repetitione. ¶ Addere tantum oportet speciem Magistratum, qui *Græcis* dicti *Archi*, quorum iurisdictionem recenset *Iulius Pollux, li. 8.* dum refert, *ὀνόματι ἀρχόντων ἀθήνην. καὶ τὰς* inquit, *ἀρχαίαι ἐπιληθῆσαι τὰ δημόσια. καὶ τὰ ἴδια. καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰ συμβολα. καὶ τὰς πόλεις κερδοὶ καὶ τὰς ἀρχαίαι ἀπὸ συμβολῶν ἐισαγοῦσι καὶ τὰς τῶν ἱεροδοξασίων ἐξ ἀρχαίων πάσης, &c.* id est *Intuper* & *archontes* iudicia fortuntar & priuata, & publica: vrbium commercia rata faciunt, contractuum iudices inducunt, & falsi testimonii exatatio pago. Et paulo post subiicit, *ἀρχῶν ὄργια* disponit, & *Thargelia* cum suis procuratoribus, actiones vero apud illum fortuntar, iniuriarum, ebrietatis in arbitrorum delictum, orphanorum tutelæ, heredum & hereditariæ altercationes, curatores quoq; mulierum quæ ab illis vltimo imprægnatæ videntur, orphanos elocat. *Vlpianus* in oratione *Demosthenis* contra *Timocratem*, sic Archontum munus explicat: *ἀρχόντες ἴσον ἐλέγχου. οἱ ἐστὶν ἐπιμαθήται. οἱ πρὸς ἐὶς ὄργια τῶν ἐπιδημιῶν γράφας. ἐνταῦθα βασιλεὺς, πρὸς τὸ ἐργῶν ἐν τῷ κατὰ ἀνθρώπων λόγῳ, πᾶσι ἀντιθέρον. ἐνταῦθα πολέμαρχοι, ὅς τις ἐπιμαθήται τὸ πρὸς ἀπὸ τῶν δημοσίων τῶν πᾶσι τῶν ἀποδιδόντων γνησίως ἐν τῷ πολέμῳ ἐνταῦθα ἀρχῶν ὀργιασίων, ὅς τις ἐπιμαθήται τῶν γνησίων καὶ τῶν ὀργῶν καὶ ἀλλων πᾶσι.* id est, *Novem* principes vel archontes vocabantur, sex thesmothetæ, qui violatarum legum actiones dabant: deinde vnus rex, de quo in *Androtioniana* differuimus oratione, quodnam eius munus fuerit. Deinde bellidux, cui curæ erat vt e publico alerentur liberi eorum qui fortiter in acie occubissent. Deinde archon annuus, qui viduas & pupillos, & alia quædam curabat. Meminit *Paulus* ex *Adriani* epistolis, de his Magistratibus, *l. pars literarum 48. de indic. in P.*

¶ Artifices in fere vbiq; gentium suos habent primarios priorum negotiorū cognitores, & veluti iuridicos: item collegia & vniuersitates, quæ eatenus permittuntur, quatenus a superioribus Principibus vel Magistratibus confirmantur, & sine præiudicio ordinariæ vel superioris iurisdictionis, *l. priuatorum, & ibi glo. & l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* Et *Romæ* etiam nunc in *Capitolio*, vbi Senator vel Iudex *Capitolinus* iudicat, sunt ceteræ sedes, vbi singula artificum sodalitia, quæ descripta sunt in tabula parietum in porticu affica, deligunt suos consules artifices, qui sodalibus suæ artis de plano ius dicunt, a quorumque sententiis grauari, conseruatores vrbis ibidem residentes appellant. *Octavian. West. lib. 2. introduct. in aula Roma. acti. cap. 15.* ¶ In *Gallia* quoque, vt & alibi, conseruatores sunt Iudices, de quibus diximus supra in delegatis iudicibus, *sup. hoc lib. c. 5. de delega. in 6.* maxime Scholasticorum, qui per sex menses in aliqua academia & aliqua artium studuerint, & dum ibi student, & intra tempora studiis assignata. Sunt autem conseruatores priuilegiorum scholasticorum, & apostolici & Regii. Vide de constitutionibus eorum per reges *G. Illosum* sancitis. *Rebuffum lib. 4. ordi. Regia. tit. 51.* Ab illis iudicibus olim prouocatio erat ad Senatū: ex constitutione vero *Henrici II.* mense *Iulii 1552.* in causis edictalibus præsidialium, eorundem præsidialium est. Exstat porro *Philippi Pulcri* constitutio, publicata anno Domini *1345.* qua scholastici *Parisis* studentes, habet causas commissas & delegatas curiæ *Præfecti Parisiensis*, vocant *Pruost*, quem Princeps dedit conseruatorē illis quam diu pœcū-



mercibus. Et si maius quodpiam sit negotium, vel si prouocatio adiciatur, camera appellatur Apostolica, quæ hac de causa vnum ex Cardinalibus seu decanum, præsidem eius causæ terminandæ constituit, vt refert O. Auanus W. Estrius, lib. 2. Introduct. in aulæ Rom. actionem, cap. 12.

10 ¶ Accedit et aliquantum superioribus iurisdictioni Magistri magni aquarum, & sub præfectorum eius seu forestarum, quibus cura & custodia iniungitur aquarum seu fluminum publicorum, & nemorum regionum: vt & prouentus & fructus piscationis, & venationis, regio ærario sine fraude concedantur. Delicta in his commissæ per illos coercantur. Cognoscunt & curant de fluminibus, torrentibus, paludibus, viuariis, piscinis, aquatilibus, alluisionibus, ripis, & piscationibus: & de piscationis retibus & nassis, & aliis instrumentis piscatoris, ne sint contra modulus constitutionibus regis præscriptos, docet constitutio Henrici II. mensis Februar. 1554. artic. 16. & 33. constit. Caroli anni 1402. Francisci I. anni 1516.

11 ¶ Magistri et pariter nemorum, eorumque vicarii curant, vt conferantur nomina regia, ne fraus fiat in vsu quibusdam concessio, aut in venditione decreta, ne delictum in illis committatur, ne ligna furto subtrahantur, & similia procurent, quæ bonus paterfamilias in propriis syluis esset facturus. Olim Magnus magister aquarum & nemorum vnus erat tantum in Gallia: postea magistri plures minores in prouinciis constituti, subinde & alii subpræfecti, & locis particularibus designati cum iudicibus, vicariis, seu locum tenentibus, aduocato & procuratore, & consiliariis regis, addita turba aliorum officialium præfectorum nemorum, custodum, thesauriariorum, satellitum, & similia, de quibus omnibus eorumque iurisdictione & munere tractat constitutio prædicta Henrici II. mensis Februar. 1554. Francisci I. *Des eaux & forêts*, annorum 1516. & 1518. Vbi et statutum horum officia non ab alio, quam a Rege creati vel concedi posse, & antiquata constitutio Philippi V. anni 1378. qua vicarii non concedebantur magistris aquarum & nemorum, necessitate illis imposita per seipso visitandi & decidendi certis sessionibus, hincque certis locis iudicis, quibus vocarentur de negotiis suis iurisdictionis contententes. Remansit tamen illud caput, vel saltem in Magistris alios particulares transfatam est, vt singulis annis bis visitent, & licent sibi nemora subdita, presentibus custodibus & satellitibus cuiusque nemoris: vtque facti diarium, de lustratione, & de statu scripta faciant, quæ vocant, *Procès verbaux*, quæ procuratori regio ad interuenientibus transmittant, vt si quid delictum admillum inueniant, ipse regis procurator accurate & suo alioquin periculo proficiatur iudicet. Vicarius Magistri magni aquarum & nemorum potest, si velit prouincias vniuersi regni perlustrare, & curias in diuersis locis eius generis cogere, illisq; præsidere: verum sine quapiam lucri exactione, vt cauetur art. 2. constit. Henrici II. anni 1554. Inhibetur ex constit. Ioannis regis, artic. 3. ne se immisceant cognitioni aquarum vel sylvarum, dominorum, Baronum, & Prælatorum Gallie, nisi in casu negligentie, quo casu etiam per præuentionem Henrici I. vbi supra, art. 20. permittit eos cognoscere de abusu & delictis commissis in syluis nobilium Baronum & Prælatorum. Appellationes vero subpræfectorum, vt vitidatorum, & gruyaiorum, ad Magistrum eius prouinciæ deuoluuntur.

12 ¶ Est et thesauri etiam seu domanii camera in palatio Lutetie creata, inquestarum, quæ supremo iudicio omnes lites, quæ per prouocationem ab omnibus iudicibus quibuscumque regni constituunt, determinat & decidit: si de domanio sint aquarum, vel sylvarum, iuxta tenorem constit. Francisci I. anni 1543. Si questio sit de redditu 25. librarum, aut de gessu quinq; librarum, vel de vsu & proprietate aduersus Senatus placita aquarum vel nemorum. Sunt & thesauri alicubi etiam sedes & iuridicia, quorum sententiarum prouocatio est ad classem illam inquestarum domanii, & ita ad Senatum. De cura nemorum, quæ erat inter Romanos & alios, diximus iam lib. 3. istius Syntagm. c. 16. Alia species iudicium mercatorum, est arbitrorum: statuit namq; Franciscus I. mensis August. 1560. in fauorem mercatorum & commerciorum, ne negotiatores litibus retinerentur pene immortalibus neve a negotiationibus distraherentur, vt pro negotiis negotiationem respicientibus, non cogerentur mercatores inter se contententes coram ordinariis litigare, sed compellerentur arbitros eligere tres, vel plures in pari numero mercatores, vel alterius generis: si res exigere: quorum sententia eius esset efficacia & effectus, cuius sunt transactiones aut suprema curiarum iudicia, nulla relicta spe in-

tercedendi, seu vt dicunt opponendi, vel prouocandi. Et vt hanc iudices regii tenerentur, quando vnusquisque fuisset requisitus, executioni demerere summarie & de plano sine strepitu iudicii, perinde ac si per eos lata esset: Et si quando controuertentes non possent, vel nolent conuenire de arbitris, eo casu posset iudex competens præfigere dilationem nominari in vel electioni per litigantes faciendæ, qua elapsa ipse posset nominare & eligere, nulla ea de re admilla prouocatione.

De Iudicibus summis & inferioribus ærarii Gallici. Cap. 38.

- 1 *Ærarii Gallici tres summa curia.*
- 2 *Oblationum curia, Generaux des aides, & eius notio.*
- 3 *Esleux, officiarum curie oblationalis: eorumque iurisdictionis & oblationis.*
- 4 *Salinariorum & antiographorum cura & iurisdictionis in Gallia.*
- 5 *Magistri portuum, viarum, & limitum iurisdictionis.*
- 6 *Renarbarum munus.*
- 7 *Rationalium curia. & eius iurisdictionis.*
- 8 *Monetalis curia, Chambre des monnoyes: & eius notio, & subpræfecti.*

¶ Tres et summas curias in Gallia inuenio de ærario principis indicantes, curiam oblationum, rationalium, & monetalem. De singulis pauca ad monebimus, & de aliis curiis quæ ad has rationes ærarii regii accedere videntur.

¶ Curia et oblationum de oblatio tracta a nobis inuenies, libro 3. Syntagm. ca. 6. dicitur. *Cour des aides ou Generaux des aides*. Istius curiæ antiquior quam a tempore Henrici II. fuit institutio. Ceterum, is mensis Martii 1551. & Maii 1552. officia in ea constituit, iurisdictionemque fixit, vt cognoscerent de iudiciis & superindictionibus, quas vocat *Tailles & creues*, de gabelis, seu salinarum vectigalibus, oblationibus, vectigalibus, aliis soluedis in egressu vel ingressu regni, vocant *Traits forains*, tractationibus mercium, æquipollentiarum, seu transfatatis tributis mutui regii, quod vocant *Emprunt*, de salario quinquaginta millia militum peditum, de transfatationibus per Ligerim, de facultate transfatationis mercium, de concessis inibus seu largitionibus regis, de munitionibus, & præsidibus, de contractibus factis inter publicanos ratione subsidiarum, de fori vinarum vectigalibus: tum in primis actionibus, tum etiam in vltima consertatione & vltimo iudicio. *vide Rebus. lib. 1. ordina. reg. tit. 20.* Antea non ita fuit ampla iurisdictionis ex constitutione Ludonici 11. an. 1500. & Ludon. 12. *Touchant la iustice des aides.* ¶ Huius et curiæ veluti officiarum appedices sunt, qui electi dicuntur, *Esleux*, quibus commissa est quodammodo lustratio prouinciarum & peræquatio, & inquisitio, qui sunt qui iudiciis obnoxii esse possunt, quæ immunes sunt, & feuda habent, quæ omnia describunt & descriptiones mittunt ad Senarchum proximum, & ad rationalem curiam. Sicque despiciunt separatim, num supra quam oporteat iudicio fiat prouincialibus, quibusdam, num peræquatio collectarum iniusta sit, quas fraudes commiserint exactores, num supra quam iudicium sit, exactum fuerit. Iudicant isti summarie, & sine prouocationis spe, adhibitis sicut aduocatis & gradu insignitis numero quinque de superindictis, vsque ad summam decem solidorum, & de expensis vsque ad 40. Exitar de his & aliis capitulis eius muneris constitutio Henrici II. mensis Aprilis anni 1557. Hoc enim munere putarunt distributionem summarum iudicatarum populo per regem iustis fieri posse, referentibus electis qui ad iudicium distributionem quos vocant *Alimpos*, quæ in quaque prouincia cognouerint. *constit. Ludo. 12. Touchant la iustice des aides, art. 36. Franc. I. constit. sur les aides, tailles, & gabelles, art. 4. & 7.* ¶ Iniuncta et etiam eis cura viarum & pontium, dataque potestas, vt si reparatione aliqua indigere videantur, possint cogere ad refectionem & collationem summarum dominos qui res possident, vel iuxta sunt. Sed & ipsos dominos locorum, qui portoria & vectigalia capiunt loci, vsque ad summam 20. librarum annuatim impendendarum, pro refectione, sumibusque eius coactionis moderatis, vsque ad viginti quinque aut triginta solidos, prouocatione iuridicis præsidialibus reserata. *d. constit. Henrici I. ann. 1557. art. 6.*

¶ Inter et oblationalia salis vectigal annumeratur. Quam oblationis seu præfecti horreorum salis regii & eorum antiographi, vocati *Grenetiers* & *contrerolleurs*, creati sunt officiarum regis pæcti, qui cognoscerent & iudicarent de salis propolis, qui emunt, &

iterum vendant saltem, de fraudibus eorum, quas & falsis salinarius, solumque & receptoribus eorum, quas & inquirere, iubere comprehendendi, & damnare secundum admissi qualitatem possunt, isti & ius perquirendi habent per priuatorum domos, & inquirendi quantum falsi quisque possideat, ne præter vsum necessarium comparauerit. Si quid in emtione quoque falsi peccatum sit, si breuia non sint veritati venditionis conuenientia, & plus quam scripto venditorum contineatur detulerint, animaduertunt, etiam coercitione corporali, iurisdictioneque ordinaria. Item & de aliis negotiis iudicant, quæ vel de mensuris, contumacia, vel fraudibus similibus circa falsi negotiationem inuoluntati possunt, exceptis personis vicariorum seu locum tenentium, & custodum reformatoris gebellarum, quæ pro criminibus iisdem reuocantur ad cognitionem reformatoris. *de his est constitut. Franc. I. sur le droit de gabelle du sel. Præscribit constitutio Ludouici 12. art. 50. & 52. quomodo isti granerarii seu præfecti horreorum regionum falsi, debent assidui esse in loco horreorum, & adesse venditioni & traditioni falsi, retenta modiorum distractorum præscriptione, cuius exemplar transmittant ad curiam oblationalem. Venaturque illis ne munus suum soli sine antigaphis obeant, ne negotiorum, nec quippiam oneris propria auctoritate falsi imponant, quæ sancit Franc. I. consti. sur le fait des aides & gabelles, art. 36. 39. 40. 52. Si quid autem isti peccauerint, statuitur notionem esse curiæ oblationalis, non alterius.*

¶ E puncta sunt horum præfectorum horreorum falsi officia, apud Petragoricenses, Pictones, Xantonenses, Rupellanos, Angilimenses, Lemouicos, ex contractu & pactione inita certis legibus cum Principe, vt liquet ex constitutione Henrici II. mensis Octobris 12. die anni 1549. item alia extraordinaria temporaria edicto eiusdem mensis Septemb. 1555. ¶ Istis præfectis sunt similes officiarum, abbi dicti conferuatores paludum, ex quibus falsi conficitur: qui iurisdictionem similem exercent in proprietariis, negotiatoribusque, falsi paludalis, & eorum operarios, & mercatores: de omnibusque delictis & controuersiis ea de re inter illos ortis cognoscunt, & de causis appellationum deuolutarum a singularibus, seu particularibus susceptoribus, antigaphis, aliisque particularibus officiarum paludum, quas decidunt vltimo iudicio, vocatis in consilium viris idoneis, vt docet constitutio Franc. I. anni 1545.

¶ Ad oblationum causam quodammodo pertinere videntur, quæ colliguntur ex vectigalibus, mercium exportatarum regno, & importatarum in illud, quas vocant constitutiones. *Droit de traite & imposition foraine, & alii quibus dicitur Recene, alii droit de recene, droit de haul passage.* Cui iurine fraus fieret, ne prohibita exportarentur in regna aliena, neve extranea in præiudicium regni importarentur, Indices & administrati in limitibus, regni appositum sunt, illique dicti Magistri portuum, pontium, & vicariorum, seu limitum. Habent munus & curam limitum traiectionis. Limenarchis similes & Irenarchis: sed qui limitatam habeant potestatem eamque ciuilem, non militarem, nec qualem habuerunt Duces limitanei. *de quibus nos alibi.* Singulis Magistris portuum, pontium, & traiectionum datur Princeps muneris, seu locum eius tenens & vicarius generalis, susceptor, vel exactor, aut quæstor vectigalis impositi per Principem singularibus mercibus, curiosus seu visitator generalis, procurator Cæsarum seu fiscalis, actuarius seu exceptor, ponderator, mensurator, calculator, sigillator, commentariensis, quem vocant, *geolter*, in domo vbi eius Curie sedes seu auditorium constituitur, item sex vel plures obseruatores seu custodes locorum qua transuectio fit. Indicat hæc Curia in prima actione de causis illis domanii foranei, de traductionibus & transuectionibus mercium, auri argenti facti, vel infecti, armorum: rerum ad bellum pertinentium, pretiosiorum equorum vel mulorum, si contra legem a Principibus impositam quid inducatur vel educatur, vel fraus in vectigali fiat. Ius quoque illis est, exploratores regni, erroneos, tabellarios extraneos prehendi, & ducendi ad Ducem limitaneum, vel ad Rectorem illius prouincie, vel ad eius vicarium vel subpræfectum cum literarum fasciculis penes illos compertis. Præhibetur illis nominatum, ne inter iudicandum interlocutorie vindiicias, quas vocant *main leuee*, dent mercium prehensarum sub cautione vel fideiussione, sed diffinitiuè iudicent, num in commissum inciderint metes, vel male fuerint captæ & retentæ. Idque propter dolo etiam horum iudicium, qui, si liceret interim vindicias dare, compositione pecuniaria commissi ius eluderent. Relicta tamen prouocandi libertas a iudiciis istorum ad Senatum immediate. Exstat de his omnibus Henrici II. constitut. 14. No. rem. an. 1551. Atque de rebus quæ obnoxie sunt vectiga-

li huiusmodi, & de forma antiqua alia exigendi, existant constitutiones Franc. I. annorum 1541. 1542. 1543. Henrici II. mensis Septemb. 1549. Verum latius prospectum est per dictam constitutionem 1551. Et præmia etiam concessa officiaribus, vt vigilant diligenter circa traiectionem. Data namque tertia pars commissorum & mulctarum inter officarios diuidenda: videlicet inter susceptorem, visitatorem, procuratorem generalem, actuarium, ponderatorem, mensuratorem, calculatorem, sigillatorem, commentariensem, & custodes. Et certe merentur quidem, si officio probe fungantur: sed vereor ne plures eius muneris administrati, malint totum, quam tertiam partem, & ditescant ex composito, & aliquo dato vel retento iniustu principis plura egredi vel ingredi permittant, quam describitur. Eget admodum vis bonis & diuitibus hæc cura, maxime ob securitatem negotiatorum & viatorum. Audiui enim aliquando, in regnis quibusdam Limenarchos, quibus redditur ratio pecuniarum traslatæ vel mercium exportatarum & importatarum, vel per se prædam earundem agere, vt iubere agi. Quod in contumeliâ regum conuertitur. Et nisi prospiciat, vt latronum auctores & participes in suspitionem aliarum gentium veniant.

¶ Circa latrones Irenarchæ maiorem habebant auctoritatem. Verum ad munus Irenarcharum cura horum Præfectorum traiectionibus accedit aliquantum. Nam Irenarchæ ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciebant concordiam. *l. de Irenarch. lib. 10. C. l. fin. §. Irenarche, de mune. & honor. P.* Stabant in limitibus Imperii, habebantque stationarios, vt apud nos Magistri portuum custodes vel speculatores limitum, quibus mandatum erat sub pœna capitis, ne superexactionem facerent neve apud se carcerem, vel personam in custodia haberent. *l. de Cohortibus lib. 12. C. Exstat & in edicto Imperatoris Pii, vt Irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis & receptoribus, & interrogaciones literis inclusas atque obsignatas ad cognitionem Magistratum mittant.* Apud quos nihilominus & qui cum elogio mittuntur, audiendi iterum sunt: & si quid Irenarcha maligne interrogauerit, vel dicta non retulerit, ipsum Irenarcham puniendum in exemplum, ne quid tale postea facere moliantur. *l. D. Adrianus, 6. §. sed & apud, & §. fin. de custod. reor. lib. 48. P. tit. 3.*

¶ Rationalium & Magistratum curia. *Cour de comptes*, est veluti totius ærarii & domanii Principis memoriale, inuentarium, & calculus. *in constitut. regia, des aduortissements*, nam omnia quæ rationes ærarii respiciunt, eo deferri debent, & omnes qui pecuniam ærarii quam vocant *finances*, petrauant, obnoxii huic Curie sunt, a qua per eius Præfides & Auditores expungantur aut prebentur rationes eorum. *constit. Henric. II. 1553.* Concessit & Princeps, vt si quando in euoluendis Quæstorum rationibus aliquid fraudis annotasset, aut peculatum, vel aliud quippiam officio indignum mulctarent sine prouocatione: & si grauiori pœna animaduertendum in eos esset, regis Procurator rationalis cum Procuratore regio Senatus collatis vocibus vna in eos exercerent conclusiones: & tandem iudicium eorum conuenientibus aliquo Præfide & Auditoribus Curie rationalis cum alio Præfide & Senatoribus Senatus, perageretur. *Carol. IX. ordin. mensis Maii, 1567.* In ea Curia solent describi immunitates a talliis, iura morticini, quæ vocant, *affranchissements & aduortissements. constit. des aduortissements*, seu eorum regionum detentores, hominia & nomenclaturæ, cum onere & immunitate, & nomine rerum eo nomine possessorum: largitiones seu dona Principis, antequam Quæstres imperata concedant. Solent enim ibi examinari rescripta Principis, num per fraudem vel subreptionem vel obreptionem, liberalitatem extorserint, numve e regni Regisve sit, an dominialia inalienabilia petantur, & quomodo. Ibi quoque literæ seu codicilli restitutionis naturalium, seu legitimacionis, & priuilegia regnicolatus seu codicilli naturalitacionis discutuntur & describuntur, antequam quispiam beneficiis codicillorum vti possit. Et ratio horum & similitum est, quia hæc minuunt Quæstorum & redditus ærarii regis prouentum, cuius inuit ratio ab exactoribus, quæstoribus, susceptoribus, & thesaurariis singulis annis in hac curia computatur seu rationatur: proinde necessarium est, ea omnia veluti ex promtuarum parato auditoribus ad manus esse, ne prætextu munificentie regie & quæstoribus ab his qui res possident, vel ab ipsis quæstoribus, Regi imponatur. Sicque res ordinate transiguntur, vt Quæstres immunitatis prætextu non admittant nisi signata & per rationes promulgata & admissa priuilegia ipsi autem si dem de iis facientes, non receptis, alioquin recipiendis, liberentur, & ita pro receptis habeantur.

Monetalis furtiva, quae Parisiis supremo & ordinario iudicio donata refidet, & a Principibus recentioribus maiorem & firmiterem potestatem, & consilium & antistitium maiorem numerum habuit. Jonec Aurelius in comitiis immunitatis eius est. Curiae eius notoriaeque prior haec fuit, expendere nummi publice percussis, legem mixtionis vel puritatis habeant, secundum decreta statuta de illorum percussione: & idcirco Magistris monetales diversarum provinciarum, singulis annis deferant in pixidibus frigidum exiguum materiam vel metalli ex quo fabricarunt monetam, sub praepositorum monetarium, & actuarii testamento, ut probato fiat, unum in legem commiserint, ut constat ex consuetudine Francisci I. *Sur le fait des monnoyes*, articulo vicelesimo secundo, & septuagesimo tertio. Magistris etiam monetales & praepositi, item generales monetae iudices Parisiis perquirunt diligenter & emendant, si quid autem, tractatores aut, numulati: argentarii seu menarii, quippiam in fraudem legis monetae praescriptae admittant: si radant, aut minuant e ponderis, provocacione a Magistris ad solos curiae monetales iudices permittitur, ut constat ex constitutionibus Henrici secundi, mensis Novemb. 1548. & Augusti 1555. Iudicabantur generales monetae, vel saltem vocabantur, ut interessent iudicio in litibus monetarum, ex praedicta constituitur. Francisci primi, *Sur le fait des monnoyes*, articulo septuagesimo quarte. Quare & iudicabant de omnibus monetis regalibus, abusu, delictis commissis a Magistris, eisdemque, praepositis, probatoribus, incisoribus, anticustodibus, operariis seu percussoribus monetae, de collybitis, purgantibus, separatoribus, tractatoribus aut argentive, minerariis, collectoribus aeneorum auri, aurificibus, celatoribus, staterum factoribus, & aliis negotiantibus circa monetam, de litibus & controversiis eorum: & iure concursus, & per praevencionem Senachorum & Bailliarum, de falsa quoque monetae. Eadem iurisdictionis praerogativa gaudebant Magistris & praepositi monetariorum, in locis sibi commissis, referuata tantum provocacione ad curiam summam generalium monetarium. Verum constitutione comitorum habitorum Aureliae, articulo 41. circumscripta est haec potestas, & tantum referuata cognitio & iudicium pixidum monetarium huic curiae, directioque & ordinatio monetarum. At delictorum & abusuam circa monetam discussio, decisio sine per ipsos monetarios, sine per aduocatos monetarum, delata est Senarchis vel eorum vicariis seu suppraefectis. Qui voluerit de monetarum legibus singularia cognoscere, videat quae diximus, lib. trigesimo sexto, Syntagma. c. 2. de falsa moneta.

De Arbitris & Compromissariis.

Cap. 39.

Lib. 4. Pr. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 5. Lib. 1. Decret. tit. 43. Lib. 1. Sex. tit. 22.

- 1 Arbitria ad similitudinem iudiciorum.
- 2 Arbitri quis.
- 3 Arbitrorum distinctio, & species.
- 4 Arbitrium quid, & divisio arbitrorum. num. 6.
- 5 Arbitri & iudicis differentia, & num. 15.
- 6 Amicabilis compositor ut differat ab arbitrio.
- 7 Compromissum quid apud Graecos.
- 8 Compromittere de quibus liceat: & quibus. n. 10. 11. 12. & 13.
- 9 Arbitrii compromittendi formulae. & seq.
- 10 In compromissum quae veniant.
- 11 Arbitrandi dies an proferri ab arbitro possit.
- 12 Arbitri duo vel plures quando alium vel tertium eligant.
- 13 Compromisso faciendo quae clausula apponi debeant.
- 14 Arbitrii dies labitur a tempore acceptati per arbitrum compromissi.
- 15 Arbitrium nemo cogitur suscipere, susceptum tamen cogitur & quando exsequi.
- 16 Arbitrii sententia qualis esse debeat, & an possit retractari.
- 17 Citatio coram arbitris, perinde ac coram iudicibus.
- 18 Arbitri quis esse possunt.
- 19 Arbitrorum esse finis, & ratio, & supra iudices fauor.
- 20 Arbitrium an valeat ex compromisso sine poena.
- 21 Poena arbitraria, & compromissi quando committitur.
- 22 Arbitrorum sententia quando impune reducit ad arbitrium boni viri. & seq.
- 23 Dolus consilio officit arbitrorum sententia. Et num idem in dolore ipsa commissio. num. 29.
- 24 Arbitrorum sententia a quo iudice sit executioni demandanda.

31 Praescriptio interrumpitur per confessionem coram arbitris.

32 Arbitria quomodo in Gallia obseruentur.

33 Arbitrorum seruandorum rationes. Et num. 34.

35 Arbitri apud Athenenses, Iudices & compromissarii diuersa potestatis.

Quia fides arbitrorum & compromissorum sententia dirimit, & ad exemplum iudiciorum compromissa reguntur, l. 1. & l. quamuis 37. de recept. arb. P. vide Iaso in l. hoc iure, n. 55. de iust. & iur. & ad l. nec quicquam, n. 5. de offic. proconsul. & in l. de iudic. n. 4. de re iud. P. de arbitris pauca admonere oportet. Arbitri generaliter significatione is dicitur, qui libera sententia quod sibi videtur aliqua de re explicat: & inde arbitrati, libera voluntate aliquid declarare. *l. si quis arbitratus, de verb. oblig. P. Arbitri*, inquit Feitus, dicitur iudex quod totius rei habeat arbitrium & facultatem, arbitrarium, cum ad hoc res apud arbitrum geritur, arbitrium dicitur sententia, quae ab arbitro statuitur. Iudicis autem nomen a iudicio mentis, ut arbitri priuatus & publicus esse potest. Sic enim dicimus fatuosam pupillum carere animi iudicio. *l. cum pretor, de iud. P. cum sim. Ita & sententia quod arbitrata est, dicitur, l. mior Castellanum, 49. de recept. arb. P. cum sim.* Iuuenes inter interpretes, l. noyima pro arbitrio, laudum, arbitramentum, quae quamuis non sint verba politica, tamen tibi aperient sententiam eorum, quae in iure tractantur. Verum non omnis arbitri in iure, est ad hunc alienas more iudiciali componendas electus a priuatis. Et proinde differentia arbitrorum, & arbitratorum adhibenda est. Alii namque dicuntur iudices dati a Magistratibus, seu delegati, arbitri quoque. *l. arbitro, 9. & seq. si quis cautio, l. 1. C. de pedane. iud.* Item arbitri dicitur, qui moderator & dispensator liber rei suae constituitur. *l. in re mandata, C. manda. cum sim.* Dicitur & arbitrium generaliter boni viri, iudicis aequa sententia, hoc est, id quod bonus & probus seu iustus vir statuere debet, non cuiuslibet praua sententia, *l. haec venditio, de contrah. emt. P. l. in proposita, pro soc. in P.* sed incorrupti animi iudicium, quod pendet ex religione iudicantis, *l. quasitum, de testib. P.* quare & arbitrii tutela dicitur iudicium, quod pendet arbitrio iusto iudicis, secundum ea quae proponuntur, *l. arbit. iur. C. lib. 5. tit. 51.* Et arbitrariae actiones, quae liberae habent, sed ex eo quod legitimum est, electione, quae & referunt ad arbitrium iudicis, l. 2. & 3. *l. si in l. deo, 4. de eo quod certi loco, P.* Quomodo autem in tribus vertetur arbitrium iudicis circa arbitrarias actiones, docet Iaso ad l. in actionib. num. 8. de in lit. iurand. P.

Aliud genus arbitrorum, in electis versatur per contententes, litis decidendae causa. Et ita arbitrium est facultas sententiae dicendae de aliquare a priuatis priuato concessa, *facit c. a iudicib. 2. q. 6.* Dico a priuatis priuato concessam: ut distiguam arbitrium, quod datur iudici dicendae sententiae auctoritate publica in priuatos. Item ut excludam auctoritatem indicandi prorogam interdum a priuatis, dum consentiant in eum qui iurisdictionem quidem habet, sed non in consentientes, l. 1. & 3. *de iud. P.* qui tamen se iurisdictioni eius subiiciunt scienter, ratione cuius consensus Iudex efficitur proprius, non arbitri. Possunt tamen consentire in alienum iudicem tanquam in arbitrum: sed alia est causa eius, quam quando consentiant in non suum iudicem, & tanquam in ordinarium. *l. si quis ex consensu, de Episco. audien. C. l. ut pretor, de re iudic.* Priuatorum quippe consensus non tribuit iurisdictionem ei qui non habet, ut si cum auctoritate publica indicare possit, aut cum pari efficacia, *l. priuatorum, de iurid. omni. iud. C.*

Et interest ita inter arbitrium, quod iudicis potestatem a publico & dictione iuris habet, & arbitrium eius qui habet a priuatis, illudque liberum. Nam Iudex arbitrium suscipit publicum a quo non potest villo modo discedere, & secundum iuris decreta, quorum executio est, *l. 2. §. post originem, de ori. iur. P.* iudicare tenetur. *l. nemo, de senten. & interlo. omni. iud. C.* Et arbitri, prout et bonum videbitur, iudicat. *in l. qualem autem sententiam, 22. & litem si vnus, 19. §. Pomponius, de recept. arb. P.* Quod tradit his verbis Cic. pro Coma. Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est, pecunia certa, arbitrium incerta. Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem obtineamus, aut amittamus. At arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil neque tantum quantum postulauimus consequamur. Disputat & Iason, aum arbitri habeant aliquam iurisdictionem vel notioem, *l. in l. arbitro, num. 9. qui fatiud. cog. P.* De iudicium arbitri hic non fiet mentio, sed de aliis, quorum in summa: Duo sunt genera, Proculus in l. societatem mecum, 77. §. arbitrorum pro soc. P. vnem eiusmodi in sine equum sit sine iniquum parere debeamus, *facit l. diem, 32. §. stari, de recept. arb. P.* dummodo absit dolus, *l. arbitrorum, C. eod. quod obseruatur*, inquit Proculus,

cum ex compromisso ad arbitrium iurum est. Alterum eiusmodi, ut ad boni viri arbitratum redigi debeat, est nominatum persona sit comprehensa, cuius arbitratu fiat. Breuius, arbitrorum horum alius dicitur ex compromisso: alius sine compromisso. Compromissio habet secundum nominis notationem utriusque & vna factam promissionem vel sponsionem, de sequenda sententia arbitri in quem conuentum est, pro determinatione negotii commissi. Sicuti conuentionem dicimus, in vnam sententiam consensum, l. 1. §. conuentiones, de pa. P. Is autem dicitur proprie arbitri, qui receperit arbitrium (siquidem arbitrium pro commissi, & tota negotii cognitione & sententia usurpatur promittente) l. Pomponius ait, §. l. qualem, de recept. arb. P. & qui iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersis se imposturum pollicetur. l. idem Pomponius, 14 §. receperit, eod.

7. ¶ Differt ¶ ita ab eo quem dicunt amicabilem compositorem, in quem non compromittitur, & qui iudicium non suscepit dicendum, sed qui experitur, num sponte possit ad pacem contententes reducere. Quod si, inquit Vlpianus, expedit, d. §. receperit. hactenus interuenit, ut experiretur an consilio suo vel auctoritate discreti litem paterentur (scilicet contententes) non videtur arbitrium receperit. Et hanc speciem arbitri amicabilem compositorum, vocat glossa arbitratum, in d. §. receperit. vocat Iason eos quasi partium proxenetas, in l. si conuenerit, 14. de re iudic. P. quae species cum non habeat iudicii formam, hic etiam omittitur. Verum eam distingui a compromissario arbitro monet authent. si vero contigerit, sumto ex §. si vero contigerit, tit. ut differ. iud. audi. interpellat. allegat, in auth. de iudic. libro tertio, C. titulo primo, in illis verbis: *subuenimus sanctissimum Episcopum vel Archiepiscopum locorum, audire causas vna cum clarissimo Iudice: ut ambo, aut per amicabilem compositionem dissoluant quae dubia sunt, aut per annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicent inter litigantes.* ¶ Compromissum ¶ vocant Graeci *ἐπιτηδωλον*, nam *ἐπιτηδωλον* est, compromissum pacifici, vsuque; compositorum, & *δικαστηριον*, seu arbitrorum frequentem fuisse apud Graecos docet Demosthenes, & Iulius Pollux. Sed duas species apud illos arbitrorum praecipue inuenies, aliquos videlicet *ἐπίδικας* *δικαστας*, electos Iudices, *καὶ ἐπιτηδωλον καὶ δικαστας*, a quorum arbitrio abire tantum licebat re integra. Alterum genus arbitrorum, quos *τῶν κατὰ κληρὸν δικαστῶν* dicebant, id est, qui non delecti a litigantibus, sed delecti publice Athenis erant, & forte ad iudicandum vocati: ut ex Equibus Romae sortiti iudicaturi iudices. Et erant Athenis per singulas tribus annuatim electi quadraginta quatuor. Et ita ab illo sorte dato arbitro, appellabatur ad iudices ordinarios, ut constat ex sine orationis Demosthenis, *κατὰ κληρὸν*, & ait Vlpianus Sophista, in Commentar. oratio. Demosth. contra Midiam, quod *ὁ δὲ δίκαστῶν τῶν κληρῶν τῶν ἑσθῶν δικαστῶν*, quod arbitri erant legitimi quidam iudices.

¶ Plenum ¶ compromissum dicitur tripliciter, 1. quia validè, l. idem Pomponius, 14 §. si vero, de recept. arb. P. 2. quia habet doli clausulam, l. ita demum, 36 §. fin. eod. 3. & quia est de omnibus controuersis, l. si cum dies, 26 §. plenum, eod. P. de omnibus enim & de quibusdam tantum controuersis compromitti potest in arbitrium, d. §. plenum, §. l. de rebus, 48. eod. P. l. pen. §. fin. eo. C. nisi nominatim lege prohibeatur. Ut ex Sententia Iuliani Iurisc. l. non distinguemus, 77 §. Iulianus indistincte, de recept. arbit. de famoso delicto ad arbitrium iri non potest, vel de eare, de qua publicum iudicium constitutum est: veluti de adulteriis, fidei iuris & similib. de quibus vetare debet Praetor, sic compromissum est sententia dicere, nec concedit dictae sententiae executionem. Vnde etiam publica est, & iudicium publicum, cui priuatorum pactis officii non potest. *litium publicum, de pact. P.* Nec singulis est committendum, quod per Magistratus expediti potest. l. non est singulis, de regul. iur. Neque gladii potestatem priuati habent, sed quibus Imperium ex publico datur. l. imperium, de iurisd. omn. iud. P. Vnde nec priuati iudicare possunt, quae vtilitatem respiciunt publicam, qualis est vindicta malefactorum. l. ita vulneratus, ad legem. Aquil. P.

9. ¶ Interestque ¶ Reip. delicta nocentium: palam fieri, & detegi. *litium qui nocentem, de iniur. P.* Sed neque arbitri ex compromisso sententia infamiam facit, quia non per omnia sententia est arbitrium, l. quid ergo, 13 §. ex compromisso, de iis qui noi. in fa. P. Idcirco etiam de liberali causa, seu de questione libertatis, non compromittitur: ut de ingenuitate, de libertinitate, de si iei commissa libertate, quia fauor libertatis est, ut maiores iudices habere debeat. d. l. non distinguemus, §. de liberali causa, l. 2. de pedan. iudicib.

10. ¶ Interestque ¶ Reip. delicta nocentium: palam fieri, & detegi. *litium qui nocentem, de iniur. P.* Sed neque arbitri ex compromisso sententia infamiam facit, quia non per omnia sententia est arbitrium, l. quid ergo, 13 §. ex compromisso, de iis qui noi. in fa. P. Idcirco etiam de liberali causa, seu de questione libertatis, non compromittitur: ut de ingenuitate, de libertinitate, de si iei commissa libertate, quia fauor libertatis est, ut maiores iudices habere debeat. d. l. non distinguemus, §. de liberali causa, l. 2. de pedan. iudicib.

C. ca. pen. de in integr. restit. ¶ Accursius ¶ etiam tradit, in d. l. non distinguemus, §. de liberali, ad ver. dem dicendum, non posse compromitti de adscriptitia causa, propter l. ne datus, de reg. iur. & censib. lib. ii. C. de causa quoc; matrimoni. ut expresse decimus in c. pen. de in integr. restit. apud Grego, propter periculum quod imminet, ne quis quod Deus coniunxit, velit separare, compromitti non potest, quia nec pacifici potest de ea vel transigi. c. fin. de transact. Nec de populari actione, d. §. de liberali, ver. idem dicendum, nec de causis alius meri vel mixti Imperii, Bart. & Accurs. ad d. §. Iulianus indistincte, l. non distinguemus. Non de rebus, quibus incapax est qui compromittitur: ut si laicus de decimis compromittatur. in c. 3. de arb. apud Grego. Promittitur autem de controuersia beneficiorum amicabilem compositio, & de electione: sed non arbitrium. ca. ex parte. C. cum inter canonicos, de electio. ca. nisi essent, de prebend. c. cum olim, de arbit.

¶ Iudicatur ¶ & per arbitrum de rebus & controuersis, quae tempore compromissi fuerunt, non de illis quae postea superueniunt, etiam generali compromisso de controuersis omnibus factis. l. de his rebus, §. de recept. arbit. P. l. si ita, de aur. & argenti leg. P. Causa quoque restitutionis in integrum per ordinarios, non per arbitros finitur, nisi coram illis mota fuerit incidenter. c. pen. de in integr. restit. lib. i. Decretal. tit. 41. vide Jaso. in l. cum procurator, n. 6. de oper. no. nuntiat. P. Non compromittitur etiam de causa criminali criminaliter intentata. d. c. pen. Si tamen agitur de eo quod interest ciuilitate, potest compromissum fieri pro eo, ut notat Masuer. tit. de arbit. c. 10. Item non valet compromissum. Sed & de re sua nemo arbitri esse potest in forma iudicii, quia & se facere, iurare, vel prohibere non dicitur, l. si de re sua, §. 6. de recept. arbit. P. neque quilibet sibi iudicem in foro contentioso potest. l. qui iurisdictionis praest. de iurisd. omn. iud. P. l. Iulianus, de iudic. P. l. ne quis in sua cau. iudic. C.

¶ Compromitti ¶ porro potest ab iis generaliter, qui agere & conueniri possunt: & contra non compromittunt, qui in iudicio esse non possunt, vel eo nomine non tenentur. Veluti mulier alieno nomine compromittens, non tenetur pro poena propter intercessionem, d. l. non distinguemus, §. si mulier, pro qua non obligatur, toto tit. ad Vellician. in P. & C. id plura in seruo, qui, quia ciuilitate non obligatur, nec conuenitur, nec cogitur, l. serui ex delictis, 13. §. l. serui effectus, 29. de actio. P. l. quod attinet, de regul. iur. P. cum simili, l. serui, 6. C. de iudic. neque etiam compromittit efflicaciter: neque etiam, si alius liber homo cum eo compromittente, aduersus eum executio fiet, d. l. non distinguemus, §. si seruus, §. l. licet prator, 3. §. si seruus, de pecul. P. ne claudicat ex vna parte arbitrium, l. si cum dies, §. penultim. de recept. arbit. P. facit l. Iulianus, §. offerri, de actio. emi. P. Si pupillus vero sine tutoris auctoritate compromittit, non est arbitri cogendus sententiam dicere: quia si contra eum pronuntietur, poena non tenetur, praeterquam si fidei iustorem dederit, a quo poena peti possit: ut Caius & Iulianus responderunt in l. si pupillus, 40. de recept. arb. Item Praefectus ecclesiae non potest de causa libertatis eius seu excomitis in praedictum ecclesiae compromittere. c. cum tempore, §. de arb. apud Grego. Procurator quoque litis, sine speciali mandato compromittere non potest in praedictum domini, c. per tuas, 9. de arbit. nisi vel dominus ratum habuerit, c. contingit, de transac. l. mandato, de procurat. P. l. certe, §. si procurator meus, de precar. P. vel esset procurator cum libera. l. transactione, C. de transactionibus vel procurator in rem suam, Ioan. Andreas in c. qui ad agendum, in vltim. gloss. de procuratorib. Nicol. Bern. de electio. 23. nu. 16. & num. 17.

¶ In ¶ arbitrio constituendo poena ad electio requiritur, ut cogatur arbitri sententiam dicere. d. l. non distinguemus, §. 1. de recept. arbit. Sicut Praetor in priore parte edicti de arbitris ait: *Qui arbitrium pecunia compromissa receperit, l. 3. ait praetor, eod. P.* Sed non sufficit poena ad electio, nisi quoque accedat compromissum. l. litigatores, 11. cum ius §§. §. l. 12. §. 13. eod. P. Et tamen poena non uenit in arbitrium electi, sed est sulcimentum arbitri, ut etiam arbitri non possit sententia statuere, ne poena petatur. l. quid tamen, 15. §. item si arbitri, de recept. arb. P.

¶ De hinc ¶ quod actum tantum est, in compromissum veniendum est. l. si cum dies, 26 §. plenum, eod. Nam ut ait Paulus, d. l. non distinguemus §. de offi. io. §. si item si iubeat, de recept. arbit. P. cap. cum dilectus 6. de arbit. vide Iason. in l. Aquiliana, num. 6. 7. 8. §. 9. de transact. P. & in l. curatores, num. 10. de offi. pro. vti. Casa. P. De offi. io. arbitri tractantibus, sciendum est omnem tractatum ex ipso compromisso sumendum esse. Neque enim alius iuris est,

fit, quam quod sibi ut efficere possit, cautum est. Non ergo quodlibet statueret arbitrum potest, nec in re qualibet, nisi de qua compromissum est. Neque arbitrum fines compromissi excedere potest. Stricti iuris enim arbitria sunt, & singulari quod iura inducunt. Ita in multis differunt arbitria a iudiciis, & arbitria a iudiciis, quorum plura notat glossa final. c. cum dilectus, 6. de arbit. apud Gregor. que huc non transferam. Adicitur forma, ut arbitrum diem præsinitum iudicio proferre possit: tunc enim proferre potest ubi formula, consentientibus litigatoribus. *L. arbitrum ita sumus, 38. de recept. arb. P. v. de Boer. decis. 233. n. 19. Et seq. ubi tractat materiam prorogationis diei arbitris.* Quid autem veniat in prolatione diei, & quomodo præferenda sit, docent, *L. Labeo, l. 30. in princ. & §. 1. l. ne in potestate, 3. l. diem præferre, 32. l. non distinguemus, 37. §. dies compromissi, de recept. arb. in P.* Non ¶ valet formula compromissi. *Ut quod Titio disceptatori placuerit, id Seius pronunciet, quia libera facultas arbitri sententiæ non est futura. Ita tamen valet: Arbitratu Titii aut Seii fieri. Item si vnus, 19. §. item Pomponius, de rec. arb. P.* Solet etiam electio arbitrorum fieri, & in compromisso clausula adici duorum: *Ut si duo dissentirent, tertium assumant. Sempronium. d. l. item si vnus, §. in duos. Potest & compromitti in duos absolute, & si non conueniant, potest illos Prætor cogere, ac tertiam certam personam eligere: tunc tamen in impari numero arbitros conuenitur, d. l. item si vnus, §. principaliter, c. specia- li, de appell. c. 1. de arbit. quia vix conuenitur post sententiâ diuisas in tertium: & duo electi simpliciter arbitri, sine clausula, ut tertium certum, puta Sempronium eligant, nec si non conueniant, possunt per se tertium eligere. Quia diuisis sententiis, quilibet vellet suam sententiâ suffragatore eligere. *ca. in nouis, & ibi And. & Panorm. c. de Panorm. conf. 64. Ang. conf. 84. Ideo, inquit Ioannes Andreas, satis fiet, si cogantur a iudice de tertio conuenire. in d. cap. in nouis, & adfert rationes. Possunt tamen & volentibus contententibus arbitris tertium deligere, qui tamen amicabilem compositionis habeat nomen seu mediatoris, non arbitri. c. cum a nobis, in c. glo. ad ver. mediatorum, de arbit. Quod si in tres fuerit compromissum, sufficit duorum consensus, si modo tertius præsens fuerit, non aliter. *l. in tres, 20. & l. sicut tribus, 2. de recept. arb. c. 1. de arbit. c. 1. & 2. eo. tit. in 6. Et plarium sententiâ obtinebit. l. diem proferre, 32. §. si plures, & l. item si, §. fin. & l. sequen. de recept. arb. P. argumen. l. quod maior pars ad municip. Si galareq; est, quod refert Vlpianus ex Iuliano, in l. diem proferre, 32. §. si plures, ubi & glossa. notanda aut verbum, consenserunt, de recept. arb. P. Quod si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque conueniret, quinque debere præstari: quia in hanc summam omnes consenserunt.***

¶ Et ¶ quia multæ ac per difficiles quæstiones nascuntur de potestate concessa arbitris, num secundum ius tantum, vel ex arbitrio iudicare, & quantum possint, ideo in componendo compromisso prospiciendum est, ut clausula omnes necessaræ adiciantur. Primum, ut litigantes compromittant pro se & suis heredibus. 2. Constatiam in arbitros nominatos, tanquam in arbitros & amicabilem arbitratores, volentes & arbitrium recipientes. 3. Dent potestatem examinandi negotium, interloquendi, & definiendi iuris ordine seruato, vel prætermisso, extraordinarie, prout illis melius videbitur, omni die feriatis, vel nõ omni hora, in omni loco, sine scriptis, in scriptis, presentibus litigantibus, vel absentibus, vel altero illorum. Item cum potestate citandi partes, ad locum, locaque quæ voluerint contumaciam puniendi, sententiâ interpretandi, corrigendi, & mutandi. 4. Quod promittant se obtemperaturos eorum arbitrio & dicto, nec in contrarium dicto vel factu acturos, per se vel interpositam personam, renunciando priuilegiis, legibus, & scriptis quibus contrarium permittitur, & daretur auxilium contra arbitrium pro se & suis heredibus: idq; sub pœna stipulata certæ summæ, interdum pro parte regi, & pro parte litiganti soluendæ; ab eo qui nõ obtemperauerit, vel appellauerit. Et quod liceat nõ obstante illa pronocatione ingredi possessionem, vel rem habere adiudicatam ab arbitris, propria auctoritate. Iuramentum quoque adhibetur, conseruandi bona fide quæ placita erunt.

¶ Subinde ¶ requiritur pro necessitate arbitrum, ut arbitri susceperint arbitrium, & sciant se arbitros: aliter vero non coguntur sententiâ dicere. *l. 3. §. tamen si, & ibi Bald. de recept. arb. Et sic tantum tempus arbitrandi compromisso adiectum, incipit currere a tempore quo presentibus & acceptantibus arbitris compromissum fit, ut notat Petrus de Ferrar. in tit. de libello, quo agitur ad pœnam ex compromisso, ad ver. iuxta duos menses, &*

plures eius sententiâ Doctores citatos intuentes apud Nicolaum Boerium, decisio. 233. num. 1. & 2. Nemo porrò cogitur arbitrium seu compromissum recipere.

¶ Ceterum, ¶ qui semel receperit, si nolit negotium finire, cogitur per iudicem sententiâ dicere: nõ enim æquum visum est, eum qui veliam negotia tractant, & intima nudant, & secreta aperit eludere arbitrium, vel ob gratiam, vel ob fordes, vel alio modo corruptum. *d. l. 3. §. tamen si, de recept. arb. P.* Cogit autem superior iudex inferiores se, arbitros, non qui sunt in partem aut maiori dignitate. *d. l. 3. §. fin. & l. 4. §. 1. eod.* Et in Gallia, contra morosos arbitros impetrantur mandata seu rescipia ad libellos ea de causa portectos, a Curia Senarchi, in forma communis: quæ in datur arbitro vel arbitris, ut in causa procedant: alioquin, si cuius interest accelerari iudicium, curabit eius auctoritate vocari litigantes & arbitros & litigantes, seu compromittentes, ut videant & audiant declarari nullum compromissum, & litem veniant defendenti coram Senarcho, in eo statu quo est vel erat die uocationis seu auctoritatis, ut ait Masuerus, tit. de arbitris, §. 13. incipiente, Item si arbitri. Non cogetur tamen dicere sententiâ, si fordes aut turpitudine arbitri manifesta sit: si eum infamauerint litigatores, si præterea eius auctoritate ad iudicium vel ad alium arbitrum ierint, mox ad eum redierint. Vlpianus in l. sed & si in seruum. 9. §. fin. & l. litigatores, 11. Paul. in l. vel ad alium, 10. de recept. arb. P. Reperit Vlpia. in l. licet autem, l. 16. eo. tit. causam, si infamatus sit a litigantibus: addit insuper, aut si inimicitie capitales inter eum & litigatores ortæ sint: si etas aut valerudo postea contingens ei id minus remittat, aut occupatio negotiorum propriorum, aut profectio vrgens, aut munus aliquod Republicæ causa. Addit & Paulus, & l. & si qua postea, l. 17. Nec si qua incommoditas postea post susceptum arbitrium ei incidat. Sed si plures sint, qui arbitrium receperint, non vnus cogendus erit sententiâ dicere, sed aut omnes, aut nullus, *l. item si vnus, 19. §. 1. de recept. arb. P.* Nec omnes quidem si vnus ex litigantibus bonis cesserit, *d. l. Padium, 6. §. in seruum, & d. l. item si vnus, ubi ratio, si sacerdoti obuenit arbitro, & post arbitrium non suscepit: si de negotio tractatum est, vel res de qua compromissum est interierit, nisi aliquis litigantium in hoc casu inter sit, non distinguemus, 37. §. sacerdoti, eod. l. omnes, c. de episc. & cler. §. 1. ut cler. apud prop. episc. con. in authent. vel si dies sint feriati, in quibus non cogetur ipse iudex sententiâ dicere, præterquam si dies exitura sit. *l. ideo Pomponius, 34. §. fin. & l. si feriatis, 41. de recept. arb. P. iunge l. omnes, c. de ser. l. 1. eod. P. l. sed est dies, de iudic. P.* Item si finitum sit compromissum, ipso die morte, tempore, acceptatione, iudicio, pacto, *l. nõ distinguemus, §. summa rei, de arbit. P.**

¶ Sententiâ ¶ vero, quam cogitur dicere, libera quidem est, *l. 2. ¶ qualem, 22. eod.* sed talis esse debet, per quam lis finiatur, de quo videnda l. non distinguemus, §. quæ situm est, de recept. arb. Et ita dicere sententiâ existimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, ut secundum id eos a tota controuersia discedere velit, *l. dicere sententiâ, 23. eod.* sique de omnibus compromisso contentis iudicauit, *l. qui tamen, 25. eod.* quæ pronuntiata definitiuam arbitri esse definit, nec eam mutare aut corrigere postea potest, *d. l. dicere, §. fin. & l. quia arbitri, 24. eo. l. quod iussit, & l. iudex postea quæ, de re iudic. P.* ante definitiuam autem potest: & circa accessoria postea etiam cognoscere, ut examinat glo. in l. quia arbitrum, 24. de recept. arb. P.

¶ Querunt ¶ autem plures, num uocatio debeat fieri litigantium coram arbitris qui receperunt arbitrium, & cognoscere volunt de negotio compromisso. Et placuit arbitros posse citare seu vocare absentes, *Bald. in Alberic. in l. sed interpretatur, §. 1. per illum rextum, de recept. arb. in l. sancimus, c. Boer. decis. 283. num. 38. 39. copiose.* vel ad comparandum, vel ad edendas defensiones, vel alia iudicialia faciendâ, quod ad iudiciorum formulam compromissa sint. Et ita coram arbitro contestatio fit, testium productio, examinatio, & alia similia iudicialia valida efficacit, & probantia: dummodo is sententiâ dixerit, in cuius personam compromissum est: non aliter ut ait Vlpianus in l. compromissi, 50. de recept. arb. P.

¶ Et ¶ dummodo arbitrorum personæ tales sint, in quas compromitti possit, quales sunt omnes qui speciali annotatione legum non prohibentur. Sic Pædus & Pomponius, referent Vlpiano, responderunt, parui ferre ingenius quis, an liberus: in rege famæ quis sit, an ignominiosus: tales enim eligi possunt, sicut filius familias, *l. Padium, 7. de recept. arb. P.* etiam in re patris, *l. sed & filius familias, §. eodem.* Est enim hæc iurisdicção vel

potestas concessa iudicandi, ex consensu vtriusque partis. *l. quin-
ciam, 6. eod. l. in priuatis, de iud. P.* Verumtamen prohibetur iure,
esse iudex vel arbiter seruus. *l. cum Prator, eod. l. Padius, §. in ser-
uum, de recept. arb. P.* Neque in pupillum furiosum, surdum, mu-
tum ve compromittitur. *l. sed & in seruum, 9. de recept. arb. P.* neq;
minor arbiter fit viginti annis ex lege Iulia. *l. cum lege Julia, 4. 6.
eod. l. item ex aliis legibus omnino minor octo decim annorum,
l. cum Prator, §. si de iud. P. l. quidam, de re iud. P. ca. cum vice simum,
de offi. deleg. non mulier, d. l. in vbi ratio, C. de arbit. l. cum Prator,
de iudic. P. diximus paulo antea, quae & quando iudicare possent. ni-
si sic consuetudo contraria probata, c. dilecta, de arbit. nec domi-
nus rei, de qua compromittitur. *l. pen. de recept. arb. P.* Item qui iu-
dex sit, arbitrium recipere eiusdem rei de qua iudex est, in seve
compromitti iubere, prohibetur lege Iulia: & si sententiam dixe-
rit, non est danda poenae persecutio. *l. sed & in seruum, §. si quis in-
dex, eod. cap. infamatus, §. si quis, 3. q. 7.* Nihil tamen prohibet, quin
ipse iudex ordinarius tanquam arbitrator seu amicus composi-
sitot, possit arbitrari etiam in causis suis sedis, sed non tanquam
arbiter compromissarius. *ca. causam, de electio. ca. cum tempore, de
arbit. apud Grego.* Et ita etiam de consuetudine seruari notauit
Accursius, ad d. §. si quis iudex, l. sed & in seruum, de rec. arb. P.*

24 ¶ Finis & rationes arbitrorum sunt eius generis, ac iudicum:
& praecipua iustitiam determinatio, vnde effectus prope pares. Sed
magis videtur leges detulisse arbitris, quam iudicibus, ex eo, quod
per arbitros, ordo iuris, qui maxime solet litigatores enecare, &
pecunias ex marsupio exhaurire, circunciditur, & breuiores fiunt
decisiones. Neque immunem a poena compromisso adiecta re-
spondit Paulus, qui postquam compromisit, relicto arbitro in iu-
diciu coram ordinario iudice aduersarium vocauerit, *l. si quis
rem, eod.* quinimo etiam hodie, si constet de compromisso per li-
teras ipsius arbitri, & aduersarius vocatus excipiat de compro-
misso coram ordinario, iudex debet remittere ad arbitrum elec-
tam litigantes. Et hoc iure vitium, si ad arbitros, vt ad amica-
biles compositores tantu, tum est. *Masuer. in d. arb. §. 1. in praxi.*

25 ¶ Tuetur tamen iudex ordinarius, arbitrorum compromissa &
arbitria, & ea legitima sunt. Iure tamen ciuili antiquo nulla vis erat
arbitrii, si compromissum non esset poenali stipulatione iussu-
tum, neque etiam tunc ex compromisso exceptio nascebatur rel-
iudicatur, sed poenae petiti, *in l. 2. de recept. arb.* quamuis si stipula-
tio stari sententiae adiecta fuisset simpliciter, incerti actione qua-
rit interfuisset ageretur. *l. diem proferre, 3. 2. §. fin. eod. P.* Iure tamen
Codicis, exceptio rei iudicatae datur, in tribus casibus: si post sen-
tentiam arbitralem litigantes tacuerint per decem dies sine con-
trouerfia: aut si de sententia subscripserint, vel expressis aut tacite
probauerint eandem: aut si de seruando compromisso, iurauerint,
l. in arbitris, §. l. pen. C. eod. quod tamen iuramentum prohibi-
tum fuit adhiberi compromissu iure Nouellarum, statutumque
nullam sic fieri posse arbitrum, vt cum sacramenti religione iu-
dicet, sed poenam statui posse, qua praestita liceat a iudicatis recede-
re, *§. quia vero multe, de iudic. in authen. auth. decernit, de arb. C.*
Recipit tamen ius Pontificium hoc iuramentum, & firmat per se
pro nulla sine poena numeraria. *c. 2. §. c. per tuas, de arbit. c. quod licet
2. 2. q. 1. Et hoc ius seruandum tradit Panorm. in c. 2. de arbit. Bald. in
d. auth. decernit.*

26 ¶ Itaque tamen iure antiquo & Codicis, nulla erat prouocatio a
sententia arbitrorum, & ex compromisso iure factio, propter me-
tum poenae, *l. 1. C. de arbit.* quia ea soluta recedi poterat a senten-
tia, *d. auth. decernit, c. de tantum dabatur actio,* vt nunc etiam
contra contumacem, pro poena consequenda, etsi dolo malo non
obtemperasset, *l. ita demum, de recep. arb. P.* nulla data exceptione,
sive bene sive male iudicatum fuisset, & sine spe reducendi sen-
tentiam ad arbitrium boni viri. *Panorm. in c. Quintanalis, num. 13.
de iure iur. Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, pro soc. P.* Quia sibi
imputare debet qui compromisit, & ita minus probabilem sen-
tentiam quo animo ferre debet. *d. l. diem proferre, §. stari, l. cum
mandato, de minor. P. l. sed & si quis, de instr. actio.* Committitur &
poena compromisso inserta & debetur per eum, per quem factu
erit quominus arbiter arbitretur, & quando, nisi in praesentia liti-
gatoru sententia ferri potest: si enim dictu est, vt etiam in absentia
eorum pronuntiari possit, per eum qui abest stetit tamen non
videtur. *d. l. diem proferre, §. si quis litigatorum, §. sequor, l. 2. C.
de arbit.*

¶ Sed adhibenda distinctio huic contumaciae, Iuliani & Pega-
si, quam refert & explicat Papinianus, in l. si cum dies compromis-

si, 2. 6. §. si arbiter iussit, & Pomponii in l. arbiter calendis, 45. & l.
arbiter ex compromisso, 5. de recept. arbit. P. Item poenam de-
bet qui soluendi precepto arbitri moram fecit, cum distinctione,
l. si cum dies, 2. 6. §. final. l. vtrique, 27. & l. Cellus, 28. cum suis §. &
l. sequent. & l. fin. de recept. arbit. P. Et qui omisso arbitro ad iudicem
ordinarium redit, poenam debet. *l. si quis rem, 35. de recept.
arbit. P.*

¶ Ex causis tamen quibusdam, contra sententiam arbitro-
rum exceptionem dari praeter regulam generalem, & alia ratione
placuit, & ad arbitrium boni viri sententiam esse reducendam. Vt
si arbiter ex certis causis inimicus factus, manifeste ante senten-
tiam apparuit, & testationibus etiam conuentus fuerit ne senten-
tiam diceret. *l. non distinguemus, §. cum quidam arbiter, eod. facit, l.
aperitissimi, C. de iudic. Item si fordes, vel euidentis gratia eorum qui
arbitrati sunt interuenierit, doli exceptio datur, p. c. l. si cum quan-
do doli abfuturi clausula compromisso apponitur, quae facit arbitri-
um plenum. l. 3. C. de arbit. l. ita demum, 36. de recept. arbit. vbi
ratio.* Et si enormis laesio interuenierit in ea sententia, contra eam
agere licere siue metu poenae responsum est, & ita retractanda
sententiam pro viam exceptionis doli aduersus poenae petitione,
quamuis appellatio denegetur. *d. l. non distinguemus, §. cum qui-
dam, Panorm. in c. 2. §. c. per tuas de arbit.*

¶ Insuper adhuc conuolucum est, vt non obstante reuocatio-
ne iurata, quod non habebitur contra sententiam arbitri, re-
gressus ad arbitrium boni viri, & non obstante iuramento possit
ad dictum arbitrium recurrere, & ita per iudicem reparandum dol-
um qui interuenierit consilio. *Cyn. in l. cum antea, Cod. de arbit.
de off. capel. Tholos. 267.* Nallo enim pacto fieri potest, vt dolus futu-
rus remittatur, *l. iuris gentium, 7. §. & generaliter, l. si omnis, 28. §.
illud nulla passione, de passis, P.* quia pactum illud esset contra bo-
nos mores, & induceret ad delinquendum. *l. alia lege, §. eleganter,
solut. matrim. P. l. conuenire, de pact. dotal. P.* neque ideo obligat e-
ius iuramentum, *regu. non est obligatorium, in Sec. d. §. & genera-
liter, l. iuris gentium, cap. inter cetera, 2. 2. quaest. 4. c. quanto, de iure-
iurand. d. c. 1. de consue. in 6.*

¶ Et in hoc dolo consilio admissio consentiunt interpretes
sine controuerfia. Verum, num praetextu doli reipsa commissi,
possit recurrere ad arbitrium viri boni & iudicis contra arbitrium
habens laesione in re, & corrompissum. Placet autem mihi Panor-
mitani sententia, *in ca. Quintanalis, de iure iurand. col. um. 20. vi-
de Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, pro soc. P.* per quam si re-
nuatium est regressus ad arbitrium boni viri, non potest quis
conqueri ob magnam etiam laesione. Verba enim reuocatio-
nis debent aliquo operari. *c. si Papa, de priuileg. in Sec. ca. in his,
eod. l. si quando, de legat. 1.* At si maxima & enormis laesio sit,
quia illa videtur in dubio excepta, *l. omnes, §. Lucius, quae in fraud.
cred. P.* poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, vel per appel-
lationem arbitrium emendari: quae quia sufficere possunt, si le-
gantur apud auctorem, non transcribam.

¶ Iustinianus tamen docet, cuius iudicis auctoritate, senten-
tia arbitri executioni mandari debeat, in l. cum antea, l. 5. de arb. C.
nempe per iudicem ordinarium, rei fugientis qui obtemperare
contemnit, coram quo, quae gesta probatae sunt coram arbitris,
vim habent, ac si coram ipso gesta & probata fuissent.

¶ Et proinde fit etiam praescriptionis interruptio, per consti-
tutionem factam coram arbitris, perinde ac si in ordinario iudicio
lis fuisset contestata. *d. l. cum antea, §. §. pen. & fin. de arb. C.*

¶ Quod tamen in iure Gallico receptum sit, facile cognosce-
tur, si id in quo abrogatum ius ciuile, vel in quo interpretum sen-
tentiae non seruetur, indicauero. Ludouicus 12. in constitutio,
anni 1512. artic. 34. statuit aliquando, vt qui cum poena compro-
mississent in arbitros, possent prouocare ad iudicem ordinatum,
a prolata sententia: & iterum liceret ab illo ad maiorem iudicem
appellare, sed ea lege, ne prius prouocare liceret, quam poenam
compro-misso contentam appellans soluisset: cum cautione ta-
men eam repetendi, si postea arbitrorum sententia improbare-
tur. At Franciscus eius nominis secundus Rex, mense Augusti
1560. edixit, vt iudicia lata per arbitros firma ratae essent, etiam
si poena compromisso non fuisset adita, neque prius permittere-
tar appellatio, quam ea fuisset mandata executioni in solidu pro
principali negotio, in pensis, & poena si qua adiecta fuisset: subla-
ta spe poenae solutae inquam repetendae, etiam si sententia arbi-
trorum pro parte, vel in totum infirmata fuisset. Veluit & ab ar-
bitris appellari Senatam eius diceceles, non ordinarium iudicem,
nisi de ea summa in sententia quaestio esset, quae intra fines
Praesidia-

Præficialis iurisdictionis effect: quo casu protocoatis ad Iuridicos præficiales deferunt. Cauerat quoque idem rex Franciscus secundus, mense Augusti millesimo quingentesimo sexagesimo, vt sententiæ arbitrorum mercatorum, a iudicibus ordinariis regis summarie, & de plano demandarentur executioni, siue streptu iudicij non obstante intercessione seu oppositione, nec admissa appellatione, perinde ac si transactum esset, vel supremo iudicio res decisa fuisset. Subinde vult, vt si conuenit noli mercatores de arbitris, cogantur a iudicibus causarum illorum: & si intra dilationem ipsi non nominarint, vel non eligerint, iudex possit ex officio nominare & eligere, sine prouocatione aliqua. Idipsum sanctum in negotiis & controuersis proximorum pro bono patris, vt in communi diuidendo, familiaritatis & iudicij, in libris bonorum patris, matris, a uorum, a uiarum, filiorum, nepotum, fratrum, sororum, in casu restitutionis dotis inter sanguine coniuictos: tamen maiores, vt teneantur nominare & eligere idoneos aliquos, probosque tres viros ex proximis, vel amicis, vel vicinis, ex quorum sententia fiat diuisio, tutela redditus, dotis restitutio, aut constitutio. Addit & horum iudicium, eius vis & efficacitæ fore, vt possit mandari executioni per iudices ordinarios locorum, non obstantibus oppositionibus seu appellationibus quibuscumque, & sine illarum præiudicio. Statuens nihilominus appellationem non prius admitti, quam si re ipsa & in solidum arbitrium fuerit mandatum executioni, nec alibi quâ ad curiam supremam eius diocesanos esse appellandum: & si prædicti nolint sponte de arbitris conuenire, cogi posse a iudicibus secundum ea, quæ dicta sunt paulo ante de mercatoribus. Hoc ipsum Carolus nonus, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, mense Februarii, in constitutionibus apud Molinenses editis, articulo octuagesimo tertio confirmauit, & denuo mandauit arbitrorum prædictam constitutionem seruari, in diuisionibus & aliis controuersis proximorum, seu sanguine coniuictorum, sine quoquam impedimento.

¶ Sic palam est maximam vim leges Gallicæ tribuisse sententiis arbitrorum, & parem illis dedisse auctoritatem, quæ est transactionibus, & summis iudiciis, quod certe acceptum, quæ est iuramento, quodque seruari potest & debet sine detrimento salutis æternæ. *de pact. in 6. l. 2. de iur. iur. and. P.* Et variatio improba via est eius hominis, quem semel in fide uincit negotij approbaueris. *Pomponius de negot. gestis, P.* Neque etiam incognitum est, omnimodo custodiri debere iustitiam, aduersus eum, qui contentus eo fuit cum deferret, *l. qui iurasse, 26. de iur. iur. P.* Adde pactio nem ligatorum, quæ neque determinat lites, ac iudicij sententia, *l. eod. propter datam fidem obligationis, et qui potuit se non obligare, nec se committere arbitrio ab initio alicuius, & quæ habet postea necessitatem promissionis exsequendæ, sicut, de action. C. l. in commodato, §. sicut commod. P.* Et si male contra se quis putat arbitrium prolatum, debet sibi imputare qui talem arbitri & iudicem sibi delegerit, *l. diem proferre, 32. §. sicut, de recep. arbit. P.*

¶ De molthenes etiam in oratione secunda, aduersam Bæotum, ratione ducta a sententia arbitri tutam & sine controuersia negotium probat, cum maxime præsentem partem & non pronocantem prolata fuit. Vbi & sæpe alibi & apud Græcos *δυναμεις* vocatur arbitri, & *δυναμεις* arbitrium: eo quod a conciliatoribus istis & arbitris, seu mediatoribus, certæ leges constituuntur dissentientibus, quas si seruare uoluerint, putant vitæ concordiam salutarem iaducturos. Sic enim *δυναμεις* victus ratio & modus a medicis dicitur. Vnde forsan & conuentus solemnes, qui habentur in Gallia & Germania, dicitur *Diætes*, nisi malimus fessis illas dici, quasi diales, a die ista qua fiunt, quod vero proximum est.

¶ A iudicibus a bitris Atheniensium, non a compromissatis, fiebat etiam ex causa absentis prouocatio, quod Vlpianus in oratione Demosthenis contra Midiam sciat, ad verba illa *τὸν δὲ δίκην ἀντιπαρὸν ἐξ ἀποσπένει* & *τὸν δὲ τὴν ἀποσπένει* & *τὸν δὲ τὴν ἀποσπένει*. *ei uoluntatem aduersus, ἀντιπαρὸν τὴν ἀποσπένει* & *τὸν δὲ τὴν ἀποσπένει* & *τὸν δὲ τὴν ἀποσπένει*. Cum arbitri sententiam rescidisset, maris erat, vt condemnati absentes, si iniuriam sibi putarent factam, restituerentur apud Nonemuiros, quod est, culpa reuocatum, & dicerent, se de integro uelle experiri. Plato libro undecimo, de legibus, dum de diuortio componendo agit, hos mediatores iudices esse tradit, qui ex legum cultodibus delignantur, qui medi sint cum mulieribus concubibus conuuloribus, quorum sententia, si non possit conciliare male confedentes

coninges, vt perpetam adhibita opeta, permittantur diuortium facere, & aliam viam, quam arbitri dicti statuunt, eligere.

De Administris iudiciorum, & iudicium.

C A P. 40.

- 1 Apparitores iudicum vari nominis, unde.
- 2 Executores unde.
- 3 Cohors quid.
- 4 Sergens unde dicti, & quot species.
- 5 Satellitum varia nomina & nu. 6.
- 7 Viator quis, & quibus esset Magistratibus.
- 8 Tribumplebis non habebant uocationem, sed intercessionem.
- 9 Lictores qui erant, & nu. 10.
- 11 Regii custodes & sepatores, & nu. 12.
- 13 Reges alloqui libere non licuit, nisi per admissioa'em.
- 14 Apparitoris qui dicantur, de quibus crearentur, & a quibus, nu. 16. & 17.
- 15 Accensorum & licitorum differentia.
- 16 Mandata generalia, nec dari a iudice, exsequenda non sunt ab apparitoribus, & quando possint illa exsequi: qui quidem exsequuntur per se, non per substitutos, rebus adhibitis, intra finem suos sine excessu, eorum multatio & punio eorumq. auctoritas, ut sint, inuolabiles, & inuanda, nu. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 27.
- 25 Histarii magni consilij ubiq. in Gallia Pretoriana decretæ.
- 26 Executio non fit in aliena iurisdictione sine licentia iudicis proprii.
- 27 Satellitibus in carcerem ducentibus excimemus reum, qua pœna puniendi.
- 28 Literas de manu apparitoris excimemus vel consingens, qua pœna puniatur.
- 29 Apparitori dicenti se fuisse uerbratum, vel sibi adempta mandata, quomodo credatur, & in quantum.

¶ **G**ent qui manus publicum gerunt, pluribus administris, vt congrue & expedite mandata exequantur, & occurrentibus negotiis subieruant. Apparitores dicti generaliter illi, quorum opera utuntur rectores prouinciarum, magistratus, & iudices. Variæ tamen & diuersæ appellationes, vel ratione muneris inueniunt, vel ratione nominis, quo placuit Principi eos insignire, vel ex aliis causis, quæ uix epitome comprehendere possunt.

¶ Ceterum, ea quæ quotidiano usui expedita faciunt sectionem, breuiter tantum commemorabo. Inuenies itaq. eos administris uocatos, ut *libet ex lib. 12. Cui. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.* excentores, *l. aut pretor, §. si executor, de negot. gest. P. l. si quora, de euit. §. replic. de act. ab exequendo, Cælianos & Catholicanos, l. pen. §. fin. de bono. proscripti. C.* quod illi essent in causa Cæsaris, præfecto Orientis per totum Orientem administris: id enim catholicum, uniuersale & generale significat.

¶ Item cohortales, *ut. de cohort. lib. 12. C. l. 2. de off. præf. vigil. §. deinde, de defension. qui cohorti vel numero certo adscripti sunt.* Est etiam cohors, militum certus numerus, quæ aut milliaria, pedum 1050. equitum uero 132. uel quingentaria, quæ constabat 550. pedibus, & equitibus, 60. *Alex. ab Alex. lib. 1. Genial. dier. c. 5.* uel proprie militum pedum ducatus, ut equitum turma. Ex quorum tamen similitudine, omnis congregatio plurium, dicitur cohors: & ita Magistratum etiam comitatus & satellitium, cohors dicitur, & eius administris cohortales, & cohortalini. Sed proprie etiam defensores, & alii iudices, habebant ex statibus prouinciarum cohortalibus administris, qui iussa eorum exequerentur. *§. ex prouincialibus autem, de defension. in Anth. consuet. 2. §. d. d. & administris, quod causas præparent, §. ut qui causas præparent, de iud. in Anth. consuet. 32.*

¶ Sunt Lutetie & alibi in Gallia, satellites seu viatores, aut prehensores, qui dicuntur *Sergens*, ab uno eorum officio, quod incarcerent homines: id enim significat nomen compositum, *de serferre los gens*. Quamuis alia sint horum officia, nempe uocandi in ius & exequendi iudicia, uigilias & excubias agendi. In duplici genere, nam uel sunt viatores peregrini, seu eques, uel pedites, quos uocant, *Sergens a cheual, & sergens a verge*. Tholose plura genera sunt horum satellitum, nam quidam regij, ut alibi, qui in potestate regia officium exsequendi habent: quidam ciuici, qui uocantur capitolini, & excubiarum, *Sergens des capitoli, & du gnet*. Cohortales cum familiam habeant propriam, & sint sub cohorte præfecti uigilum, quem uocant *Capitaine du gnet*, & illius cohortales, *Forrans*, a nomine uulgaris *Forrer*, sine ratione & confi-



transigerentur: adeo ut nec cōspici Regem a quoquam fas esset. Quod apud Reges obtinuit, ad Magistratus translatum est, & eorum admissioales constituti sunt a Rege. Sicutque iidem & apparitores & administri. ¶ Apparitores ¶ quippe quamvis dicantur omnes qui Magistratum imperio præsto erant, l. apparitores, de exact. tribut. C. l. i. C. de sport. l. cum clericis, de epis. & cler. C. ut lictores rapientes in carcerem, ut l. Reg. ca. 19. præcones, interpretes, accessus, carnifex, & similes plures, quos enumerat Sigonius lib. 2. de antiq. iure Rom. c. 15. tamen qui perpetuo in iure dicundo apparent, ipsis Magistratibus apparitores dicuntur significantius, quos vocamus, *Huissiers a verge*. Val. Max. id subindicat lib. 2. c. si in prin. Est illa quasi privata censura, maius clarorum virorum sine tribunali fastigio, sine apparitorum ministerio, potius in amplitudine sua obtinenda. ¶ Accensio ¶ quoque ministratores Cato esse scribit, Varro lib. 5. de ling. Lat. officium accensi & nomen his verbis demonstrat. In commentariis consularibus scriptum sic invenit. Qui exercituum imperatoris erit, accessio dicit hoc: Calpurnius voca in locum omnes Quiritis huc ad me. Accensum dicit sic, omnes Quiritis in licium viri huc ad Iudices. C. Calpurnius dicit, voca ad conventionem omnes Quiritis huc ad me. Accensum dicit sic, omnes Quiritis ite ad conventionem, huc ad Iudices. Deinde Consul loquitur ad exercitum, impero qua convenit ad comitia centuriata. Quare hic accessio, illic præconi dicit, hac est accessio. In aliquot rebus idem, ut Praeco accessus acciebat: a quo accessus quoque, dicitur. Accensum quoque, solum cive Boatie ostendit, quam comitiam alii esse dicit: hoc veris, ubi primum accessus clamari meridiem. Hoc idem Consensus in actionibus scribit, prætorum accessum solum esse iudicare, ubi et videbatur horam esse tertiam, in clamare horam esse tertiam: ut magis, meridies & horam nonam, &c. Vatie sententiæ de Accensi declinatione latinis disputatores, idem & lib. 6. Putat enim Varro in 6. de ling. Lat. a Censio, quod sint a censura & potestate pendentes eius cuius ministri sunt: vnde & dicit Censores. Ad censum, autem Festo, dicebantur, qui in locum militum subrogabantur: dicitur ita, quia ad censum adhibebatur. Sed Varronis hic magis quadrat sententia: vel a ciendo dicitur, quod ceteris vel vocarent, quos iuberet Consul, & horam iudicii & comitorum nuntiarent. Ut videamus quoque nunc etiam in curiis superis, tempore audientiae aperienda: per hostiarum percussione virgæ, vel alio modo ex procuratorum aula, ipsos advocatos, procuratores & clientes in auditorium mox referendum vocari: subinde vero dissolvens consilio hora decima, vel quinta pomeridiana audita: signum ab iisdem percussio plateo vel scamno eadem virga abeundi dari. Et virga illa nostri hostiarum, Accessus Consulium videntur referre, cum accessio licet tribus dicitur: referre videantur: quod accessus non ferrent fasces, ut lictores. Idque indicat Suet. Tranqu. de Julio Cesare, c. 20. loquens, antiquum etiam retulit cum esset Consul morem, ut quo mensis fasces non haberet, accessus ante illum iret, lictores pone sequerentur. ¶ Accipiebantur ¶ isti apparitores ex cohortibus interdum militum provincialium, interdum de alius personis hanc muneri idoneis. Et viles fere erant horum personæ, & ex feruorum genere, quod colligi potest ex Strabone in 5. & Gellio lib. 10. c. 3. qui scribunt Romanos, abeunte Annibale, Brutios ignominie causa a Romanis præliis quibusdam ante a superatis, non milites scribi statuisse, nec pro sociis haberi, sed Magistratibus in provincias abeuntibus parere, & administrare feruorum vice. Idem & aduersos Pícentos & Lucanos obseruatum qui viatorum & tabelliariorum loco habiti sunt. Et munus certe licitorum propemodum infame est, ligandi & prehendendi, vimque inferendi necessitate habens. Omitto plura quæ ipsi inter exsequendum coguntur audire & pati, præter animi ingenui mentem. Statutum etiam in Gallia, ne satellites seu nuntius esse possit clericus, sed laicus tantum, aut clericus coniugatus: elique lex imposta, ut vestem variam vel virgata deferat ut agnosci possit, si de iussore se det idoneos, qui soluere possint, si quid perperam, malitiose, aut cum culpa sua damni dederit, in stylo Castellæ titi des Sergeans, art. 14. conf. Franc. sur les canes & forests, art. 19. Ipse que non nisi idoneus admitretur, conf. Caro, 5. art. 6. per Thraciam, de cohortali, lib. 12. C. In Curia tamen spirituali, solent clerici & personæ ecclesiasticæ, decreta superioris episcopi significare personis ecclesiasticis, puta citationes, monitiones, excommunicationes, executione armata relicta brachio seculari impetrata. Quia vero longissime Barth. Chall. profequitur qualitates quæ prohibent, ne quis fungi possit officio apparitoris seu nuntii, in §. 6. ad ver. des messagers & sergeans, ann. 9. v. 9. v. 9. tit. des iustices & droits d'icelles, in conf. Burg. plura non adferam hæc de re, sed ad eum te relegabo.

Nuntii ¶ isti & apparitores vel creabantur a Magistratibus, pro sua iurisdictione, aut dabantur ab eo, qui Magistratum & iurisdictionem concedebat. Iure cōi, quilibet iudex, siue ordinarius, siue delegatus creat & eligit discretionem præuia sibi apparitores, qui eius mandata exsequi possint, c. pastoralis, 27. §. item cum totum negotium, de off. del. & ibi Bal. idem & Sal. in l. 2. de sport. in. C. §. necessarias, de iud. in aut. sed & arbitri, per nuntium sua mandata exsequi possunt, sed & interpellatur, §. 1. & l. diem præfero, §. 1. de recept. arb. P. Poterant antiquitus Senarchi & alii iudices in Gallia, apparitores seu viatores creare, donec cōstitutio ne regia prohibitum fait, & cautum, vt qui a Senarchis vel eorum iuridicis creati essent, si vellent viatoris fide & potestate vt impetratē codicillos eius officii a Rege. Idipsum de aliis a reliquis regis iudicibus creatis statutum, l. qui cumq. chartas, & seq. de cohort. lib. 12. C. l. in his officiis, de diuer. off. eo. lib. 12. u. 12. quod ad certum numerum pro necessitate arbitrata redactis, singulisq; adscripti locis & curiis, vt & apud Romanos factum legitimus, l. 2. §. 3. de appar. Proconf. & lega. lib. 12. C. l. de appar. comit. Orien. lib. 12. C. l. per filyr. de cohort. d. lib. 12. Quare & Franc. l. ord. des eues & forests, art. 51. prohibuit, ne huiusmodi apparitores darentur posthac a Magistro seu Præfectis aquarum, vel nemorum. Permissum tamen est dominis territoriorum iuridicis, & qui iurisdictionem altam (vt vocant) habent, habere pro exercitio, & executione rerum suæ iurisdictionis viatorem seu apparitorem, quem vocant bialum, si cōsuetudo talis obseruata sit: nam in creatione horum officialium, seruandus est mos antiquus, alias perperam fit, non tamen de decur. C. Bar. in l. actuario, de numer. & actuar. lib. 12. C. Chall. ad §. 6. des iustices & droits d'icelles, ad ver. messagers & sergeans, nu. 7. ¶ Officium ¶ hoc secundum formulas præscriptas legibus, & constitutionibus regis, & mandata iudicum illis commissa exerceri debet. Nam sine mandato iudicis nemo vocari, exhiberi, vel affigi debet, l. neminem, c. de exhib. reis, c. 1. de iud. 70. Fab. in §. 1. de pæn. semer. litig. l. cum clericus, de epi. & cle. C. Gni. Pap. dec. 62. n. 3. quin & illa mandata esse debent nominatim de certis, & pro certis concepta. Neq; ex mandato generali vocare aut exsequi potest apparitor: neq; mandatum etiam a iudicibus generale concedi debet, Ang. in d. l. neminem. Et proinde recte constitutum edito regio Ludo. 12. c. 60. an. 1513. mense Iulii, ne darentur posthac a iudicibus mandata generalia de debitis, quæ erant generalia ad omnia debita: neve darentur guardæ generales. Sic factam resoluat in l. fin. 2. collat. de edic. D. Adri. sol. vide Chall. ubi 5. nu. 63. post Ang. non esse a iudicibus, dandam generalem licentiam capiendi quoscunq; debitores: in quo si peccetur, & apparitor exsequatur, nulli multæq; obnoxium est, quod gestum erit. ¶ Sed ¶ & quod alioquin recte gerere possit, & exsequi apparitor, exigit mandatum in scriptis præcedens, iure cōi, quo possit constare de potestate, vt non credatur regulariter iudici asserenti ita illud commississe, potissimum si de vocatione agatur, vel alio actu controuerso, c. quoniam contra, & ibi 70. Andr. de probat. Quamquam soli nuntio aliquando credi reatum sit, etiam in magnis negotiis, §. 1. ibi. per nuntium, & ibi Bar. quom. in l. s. m. i. est. cri. proced. sit. in aut. in extr. auag. c. prudeniam, de off. del. Obtinuit autem cōi vsu idipsum, si de leuioribus ageretur causis, vel stylus obseruatus & cōsuetus scripta nõ requireret, vel si de prehensione comperti in flagitio ageretur, Bar. in l. neminem, de exhib. reis, C. Pan. in c. cum non ab homine, de iud. Fetur tamen Senatuf. consulis in iudicibus, ne iubeant Episcopi vna voce citationem, Boer. ad §. 15. de iuris. om. iud. in conf. Butur. ¶ Probatur ¶ vero mandata seu commissiones vocandi, exsequendi, vel aliud agendi: per literas, per iudicem, vel eius actuariam subscriptas, vel sigillo iurisdictionis, vel iudicis, vel Regis sigillatas, ex more cuiusq; fori. ¶ Ad hæc ¶ iubet Lud. 12. conf. an. Dom. 1499. art. 15. vt ipsi apparitores per seipos mandata iudicum exsequantur, non per substitutos, vel vicarios, in dicta secus factis tribus pœna nullitatis corum, quæ gesserint & multæ. Idque etiam constituit Phil. Pulcer art. 23. ¶ Placuit ¶ etiã deinde, vt testator quæ gesserint in breuicolum conscribant, referantq; iudici & suo chirographo subscribant. Vt enim fraudibus illorum obuiam iretur, neve litigantibus, in quos mandata exsequuntur, calumniandi daretur locus, recte sancitum est, vt, ni velint pro nullo gestum haberi, duobus testibus præsentibus, illorumque nominibus cum loco originis scriptura comprehensus, & relatione factum confirmet, & subscribant, relicto apographo eis contra quos exsequuntur, quod vocant, *Coppie ou double*, conf. Fran. 1. ann. 1539. art. 22. Et si illi non aderint, antiquaphum assignat foribus, vt redeuntibus denuntiationis certi fiant, vel ex gestis, vel inquisitione adhibita, cum testibus quos denuntiant.



tiationi adfuisse refert scriptura. *facit l. 4. §. prator ait, de damn. inf. P. l. aut qui aliter, quod vi aut clam, in P. vide Guidon. Pap. q. 445.*

23 ¶ Observandum autem est, iure scripto Romanorum non licuisse apparitoribus designatis certis iudicibus vel Magistratibus ad alterius provinciam, vel curam, vel officium transire: sed oportere suo ministerio esse intentos, *si cohortalis, & l. nullus, & l. fin. de cohortal. lib. 12. C. l. 1. de apparit. pref. ann. eo. lib. 1. de divers. offi. eo. lib. 1. quicumq. palatio, de except. eo. lib. 1. 2. de except. & l. in provinciis, de numer. a. lib. vbi ratio, & l. in consulta diuina, C. de testa.* Sic etiam in hoc regno, apparitores ibi habent ex officio potestatem, vbi ordinatur & præficiuntur. Siquidem non vbiq; officio apparitoris fungi possunt, nec in omnibus: sed tantum in præscriptis locis, & limitatis, curisque assignatis. Alii enim sunt Senarchii adscripti, alii curiis supremis, & eorum mandatis, hostiarum videlicet curiæ supremæ: alii recuperatorum libellorum ad basilicam, alii aquarum, alii traiectorum, alii nemorum causis, alii foro præfecturarum, alii viciorum seu Vigueriorum, alii Castellanorum, alii salinorum, officialium & aliorum votis. ¶ In quibus Princeps illis fines potestatis, & veluti territorium attribuit, quos non licet illis transgredi, *vide Bar. in l. 1. de off. consul. & in l. 1. §. præfides, de requi. reis, P. Guido Pap. q. 436.* vel si transgrediantur, perperam & nihil agunt, possuntque comprehendi & castigari a iudicibus loci, in quorum excedunt territorio, & extra potestatem quiplam temere amoluntur vel exsequuntur, *Io. Fab. in l. 2. C. de off. præf. urb. Guid. Pap. q. 318.* Eo ad h. bito temperamento, vt viatores seu apparitores Regii non possint ab aliis, quam iudicibus regii castigari, ob spretam veniæ petitionem exsequendi, quod vocant pragmatici, *pour n' auoir demande licence d' exécuter, ou pareatis.* Verumtamen licebit cuilibet iudici apparitorem retinere, & iubere eorum se sistere, vt de mandatis seu commissione doceat, ratione cuius exsequutionem parat, *Imber. lib. 1. Instit. Forens. circa prin. A iure communi, quod in Gallia seruari etiam Io. Fab. tradit, in d. l. 2. C. de off. præf. urb. priuilegium apparitorum est: vt coram alio conueniri non possint, quam coram eo cuius ministerio ad dicti sunt: & ita etiam Ioannes de Platea annotat, ad rub. de appar. præf. urb. lib. 1. C. tit. 54. & probat. l. 2. de off. mag. milit. lib. 12. C. tit. 32. l. officium, de re milit. in si. ne a ministerio, cui deputati sunt, auelantur, l. 2. de decan. lib. 12. C. tit. 27. l. penul. de silentia, lib. 12. C. tit. 16.* Sed hoc in aliis criminibus, quam in officinando apud alios iudices, & in præiudicium iurisdictionis illorum commissis, cum vnicuique iudici liceat etiam poenali iudicio iurisdictionem tueri, *l. si de off. eius cui mand. est iurisd. P. l. si quis ex aliena, de iud. P. l. 2. de iurisd. om. iud. P. & cognoscere etiã contra alienigenas in sua iurisdictione delinquentes, l. 3. de off. præf. in P. l. 1. & Auth. qua in provincia, C. vbi de crim. agi oport. l. 1. vbi Senat. vel clarif. C. Cognoscat & proprius iudex de delictis ministri & officialis sui iugiter in reliquis, & de his quoque, si is remittatur ei a iudice in cuius territorio abatebatur munere, vt solet fieri. Ita enim statutum generaliter est in omnibus officialibus & accensis, seu administris, vt sub eo Magistratu & præfide conueniantur, ad cuius prouidentiam & illorum officia & ministeria noscuntur pertinere. Sit exemplum in fabricensibus, qui conueniuntur coram Magistro officiorum, ad cuius curam armorum fabrica & ministeriales fabricenses pertinent, *l. pen. & fin. de fabricens. lib. 11. C. tit. 9.* dummodo iudex, sub quo apparitor reus versatur, sufficientem habeat iurisdictionem cognoscendi de controuerso crimine vel negotio, de quo apparitor interpellatur, non aliter, *l. si de re milit. lib. 12. C. l. Magisteria, de iurisd. om. iud. C.**

25 ¶ Receptum tamen est in hostiaris seu apparitoribus Prætorianis seu Magni consilii, vt mandata consilii eius exsequi possint, vbi que in Gallia, sine alia veniæ petitione exsequendi. Quia certum non est territorium consilii Prætoriani, & de causis sibi attributis totius Gallie notionem habet, & proinde exsequi illi iudicare hoc consilium possit, vt pote quod curia stata non sit.

26 ¶ Alioquin enim iure communi receptum est, iudicem non posse mandata sua exsequi in aliena iurisdictione per alium, quam per nuntium illius provincie vbi est iudex, *Bar. in commen. ad extrava. ad reprimendum, ad ver. per nuntium, quo in cri. la. mai. f. proced. sit. in Auth. facti §. deinde, de defen. ciuit. in Auth. la. dno Pio, de re iud. P. Et proinde venia seu licentia exsequendi in aliena provincia impetrari debet, vel a cancellaria regia, vel a iudice seu domino loci, vel per eius apparitorem exsecutio fieri debet. Exstat tamen constitutio regis Fran. eius nominis 2. an. 1560. mens. Aug. qua cautum est, quia regii omnes iudices nomine & auctoritate*

eiusdem principis & monarchæ indicant, vt omnia placita supremarum curiarum, & iudicia præsidialium, Senarchorum, & iudicium regalium: item decreta, commissiones, seu mandata eorum, & codicilli cancellariarum in causis ciuilibus vel criminalibus impetrati, executioni mandari possint in quacumq; parte regni, sine necessitate postulandi veniam vel licentiam, & vt constitutio loquitur, *sans que les parties soient tenues de demander aucune permission, placet, visa, ne pareatis,* a curia qualibet parlamenti, Senarchi, præpositi, aut aliorum iudicum vel eorum viciorum: & si quis prætextu eius, quod non fuerit impetrata venia vel licentia exsequendi, impedierit executionem mandatorum, statuitur, vt si obnoxius sit omni damno & expensis remoratur executionis: & insuper, vt si appellatio ob id, vel alia de causa interponatur, a prædicta executione, ne ea alibi quam coram eo a quo mandata processerint, tractetur & agatur: in iudicia eius rei notione omnibus iudicibus aliis quæ mandantibus, qua intercessio seu oppositio, vel appellatio obicitur exsequentiibus, prohibita omni cognitione & potestate iudicis eius loci, in quo executio fit. Quædam curia contemnant hanc constitutionem, sed certe cum ea sanctissima sit, videbunt qui clauum tenent, ab eum hunc castigationem mereri. Verumtamen vbi qui intercessit eorum, qui tulit dictum acceperit est, licet ad suum forum reuocare, nihil eum si debeat prohiberi. ¶ Apparitorum potestas, ex persona principis, qui eos hac facultate donat exsequendi, pendenda est, non ex propria persona, non secus quam legatorum: vt etiam sacrosancti & inuolabiles videantur, & oes ciuitates, pagi, hominesque, cuiuscumq; sint generis, interpellati ab illis opem ferre, non possunt impune negare auxilium, alioquin tanquam regiam auctoritatem contemnent, arbitraria poena plecti a iudicibus possunt, vt cautum est. Molinensium Cat. 9. art. 33. cautum etiam eadem cons. est, ar. 31. vt qui ab apparitoribus, virga seu caduceo per illos deferendo tanguntur & iudicuntur eos qui ex mandato iudicum, statim veniant: & si venerint, habeantur pro reis conuictis eius criminis quo accusantur. Verum in art. 32. ne auctarii intersint executionibus huiusmodi, ne rixarum occasio oriatur, prohibetur: neve comitentur alii apparitores, quam testes ei negotio necessarii. Quod si quis eos iniuria, dū officium exsequuntur, affecerit, capitis poene obnoxius est, & manus ei amputatur in Gallia: excepta patria Delphinat, vbi pecuniaria poena ex corporali debitori constat, vt disputat & probat Guido Pap. dec. 577. Tractat & Bar. in l. si quis, §. si quos, de poen. P. in l. si non comitit, C. de mis. ¶ Porro, si quis eximat a manu satellitem in carcere tenendum, punitur secundum *l. add. eos, C. de epis. aud. Et tanquam reus maiestatis, L. cuiusq;, §. si ad l. lul. mai. P. vide de hac poena, Gui. Pap. dec. 579.* Sed & qui exemit debitorem confessum aut conuictum, tenetur non aliter, quam si pro eo fidelissimè, l. 3. de exal. trib. lib. 10. C. tit. 19. alioquin punitur poena legis Iulie de viptinata, §. corripitur, & ibi *Bar. vt om. obe. d. iud. prouin. in Auth. Et Vlp. ad edictum, Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, ait, in eum qui vi exemit, in factum iudicium dari, in quo non cōtinetur, quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore aestimata, de qua controuersia est: si modo cum est: & exemerit: nam si non oblatte conatu eximendi quis adductus sit, cessat edictum, l. si per alium, §. §. 1. & §. final. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. lib. 2. P. tit. 7.* Veluti locū illud non habet, secundum Ofsilium & Paulum Iuriconsultos, si persona quæ in ius vocati non potuit, exemit: quia sane, si deliquit qui vocat, non deliquit qui exemit, l. §. Offitium, eod. Et fortius dicendum est, non videri vi eximi eum, cui fit ius ibi non conueniri, l. 2. eo. Quæ tamen mihi vera videntur ratione actoris, ad cuius instantiam iudex mandauit apparitori comprehendere, vel duce, vel vocari eximere, vt non possit is tunc agere iure contra eximentionem, sed mutua compensatione delicta actoris & eximentis tollantur, *l. vtro & vxore, solus. matrimon. P. l. fina §. fin. de eo per quem fact. erit, & c. P.* Ceterum ratione exequentis & mandantis, delictum non potest excusari: quia eius erat cognoscere, num vocatus esset sua iurisdictione: vocati autem partes, non contemnerent debent auctoritatem vocantis. Legati enim ceterique, qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, vt in ius vocati veniant priuilegia allegaturi, *l. si quis ex aliena, §. de iudic. in P. Neque peccat apparitor, si ex forma mandati exsequatur, Baldus in cap. nouis, de appellatiombus. Ioan. Andreas in cap. fin. de restit. sibi hat. c. venerabili, de offic. del. qua nudum ministerium cum auctoritate principalis exercet. Et proinde violentia & temeritas delinquentis vel eximentis, compensari non potest cum facto iudicis vel apparitoris, quia in eo non est delictum: & compensatio non fit*

De Scribis, & Amanuensis. Cap. 41.

- 1 Scriba iudicum qui, & notarii. Synonyma & species quales eligendi, nu. 2. 3. 4. & 5.
- 6 Senatus Amanuensis & Scriba. & nu. 7.
- 8 Amanuensis iudicii a quibus recitur, & eorum leges, nu. 9.
- 10 Scribarum officia & munera per constitutiones iudicata. Qualia Athenis num. 11.
- 12 Scriptura & scribarum finis & causa.

Inter administratos necessarios Magistratibus & iudiciis, Scribae, exceptores, seu Amanuenses, vel ab eis, & magistratuum annuntiantur: autem sunt, qui dicta aetate excipiunt, & inquisita omniaque iudicialia bona fide describunt, & quotiens contra, de probat. §. his qui lites de iud. in Auth. Et erant notarii, qui per notas, quae in iudicia dicerentur citius excipiebant, exceptores. Vnde & notarii nomen habent παρρηγοί. Et, ut est apud Martialem lib. 14. Epig. 208.

Curant, verba licet manus est velocior illis, Nondum lingua sanum, dextra peregit opus.

Sed et de notariis & notis postea agetur. Dicitur & plerumque; qui in seruit iudiciis, γραμματεὺς, scriba, γραμματεὺς, aetnarius, grapharius vulgo a verbo γραφω, scribit: tabularius, totque sunt ferre species horum, quot Magistratus quibus inserviunt, & ratione horum maiores vel minores: ratione etiam negotiorum, quae describantur diversae nomenclaturae, libellares, epistolares, memoriales, criminales, civiles, praesentationum, audientiales, &c. Quocirca pro magnitudine & pondere seu dignitate negotii, personarum ad hoc munus habetur delectus, quod totum explorata sit diligentia, fides vel capacitas pro negotio expediendo. Hoc officium vix fuit apud Graecos aliquando, vnde per contumeliam Alcibiades vocatur a Demosthene orat. de Corona, ἀλεβὴς γραμματεὺς, pestifer scriba. Vide & hoc munus tabulis publicis excipiendi destinatum, & ideo fere de feruis, publicis istis ministris praeferebantur ut plerumque, l. 2. rempub. sal. fore, P. docet. Archad. & Hone. id emendarent & inhaerent, ne ferui hac munus obirent. l. generalis, de tabul. lib. 10. C. Summa quippe fides requiritur in personis, quarum scripta habitura sunt formam publicam & auctoritatem, ut non immerito de personis magis probatis huic officio providendum fuerit. Quare paulatim rem melius considerata, coepit scribarum ordo honestus haberi, ut ex Cic. orat. 3. in Verrem liquet. Et Iustinianus §. ex provincialibus, de defen. civit. in Auth. ex probatis iam viris, habere defensores civitatum voluit Amanuenses, constit. 15. Nouel. πρὸς τὸν δὲ δυνάστη, de defensoribus, & §. τὸν ἀμνηστὸν τῆς πόλεως ἐξ ἑνὸς καὶ δύο ἀποστόλων αὐτοῦ ἀποστολῆς καὶ δύο λαβῆστας. αὐτὸν παρ' αὐτοῦ ἀποστολῆς παρ' αὐτοῦ. id est, Et habeant, scilicet defensores civitatis, ex cohorte illi provinciae destinata exceptorem suum unum illis in ministerio, & duos cohortales, qui ab ipsis iudicata exsequantur. Et rursum, Nouel. 8. πρὸς τὸν δυνάστη, &c. de iudiciis, τὸν τῆς δυνάστη ἀποστολῆς ἑστὸν ἑνὸς ἀποστόλων αὐτοῦ ἀποστολῆς καὶ δύο λαβῆστας. αὐτὸν παρ' αὐτοῦ ἀποστολῆς παρ' αὐτοῦ. id est, his qui lites preparant eadem forma existantibus, ut haellenus definitum est: unoquoque, iudice duobus vidente amanuensis, & duobus qui lites preparant & introducant, §. his qui lites preparant, de iud. in Auth.

Et erat apud Caesares Primicerius notariorum, sub cuius cura erat notitia omnium dignitatum & administrationum tam civilium quam militarium. Erant & notarii Principis, qui decreta eius antequam publicarentur, & perfecta essent, conscribentibus & celabant aliis quam veris gravissimis, ut constat ex formula notariorum apud Cassiodorum, lib. 6. variar. c. 16. Et tandem transfuit in officium certum munus scribae, quod ante mercenarium erat, ut ait Aelius Probus. Et Adrianus, teste Spartiano in eo, ab epistolis & a libellis equites Romanos habuit, vnde & hoc munus postea honorabile magis, legitimumque eos qui tempore Imperatorum eorum rescripta, placita, edicta, mandata, & pragmaticas sanctiones scribebant sacro encausto, dictos eo nomine, & scriptis dictata a Questore sacri palatii: istemque fuisse subadiutores & adiutores libellenses, epistolares, scripti memoriales adiutores primicerios, vide de his omnibus l. praecipuus, §. in his, & §. nostri vero, de appell. C. l. fin. de diuer. rescript. C. l. hac parte, de praepos. sacri. C. l. eos, de excus. milit. C. l. 1. & 2. de privil. eor. qui in sac. palat. m. lit. C. l. sacri, §. hoc autem, de diuer. rescript. C.

Notarii Imperiales dici possunt Secretarii Regis, quorum erat privilegium, ut vbiq; instrumenta authentica conficere possent, ut notat Bart. in l. 2. de offic. procons. P. Fuerunt aliquando

nisi cum eo qui delictum commisit, iuxta arg. l. 1. de compen. P. & l. fin. eo. C. Sed neque delicta publica compenari possunt, quia vniuersumque ex delicto ad poenam solvendam Reipub. obligatur. Respublica autem non dicitur delinquere, quia vindictam repositit malefactorum, l. ita vniuersus, ad leg. Aquil. P. Atque maxime interest Reipub. mandata iudicum & Magistratum executioni demandari: & ne elusoria fiant edicta, huc bene siue male pronuntiata sunt, propter auctoritatem publicam, l. si prator, 75. de iudic. P. l. fin. ne quid in loc. pub. P. l. fin. de bon. que lib. C. Cum liceat coram iudice eodem, aut superiore, si quid per errorem aut suggestionem falsam adversarii vel iniuste aliter statutum sit, ita per Magistratum & non per priuatiu meritoriam emendare, l. nemo, C. de iudicis. Neque est singulari concedendum, quod per Magistratum expediti potest & debet, non est singulari, de reg. iur. P. Si quis etiam reum dignum morte exemerit, recte rescriptum est capitali poena puniendum, quia supplicio publico eum eripuerit, l. fin. de male. & Martens. P. Et Paulus, legis Iuliae de vi priuata, crimen ait committi, cum certum aliquis & concorsium fecisse dicitur, quominus quis in iudicio produceretur, l. Iulia, ad l. Iul. de vi pub. P. Martianus ultra, lege Iulia de vi publica caseri respondit, ne quis reum vinciat, impeditur, quominus Romae intra certum tempus addit, Mart. in l. lege Iulia, §. eod. Viparianus quoque; eum hac lege de vi publica teneri vult, qui dolo malo fecerit, quominus iudicia tuto exercentur, l. qui dolo malo, 10. eod. Itaque qui obstitit executioni, qui eam impedit, ut rebellis iustitiae & principis, punitur atrocioribus poenis in Gallia maxime.

Sed et qui literas curiae Parliamenti vel Cancellariae vel alterius iudicis, quibus mandata exsequendi continentur ademerit, vel extorsit de manibus apparitoris, falsi poenis subiicitur, Guid. Pap. decif. 579. num. 5. Bald. ad l. si quis id quod, de iurisf. omn. ind. P. Multo magis si fecerit, quia corrupti alibi Praetoris poena teneretur, d. l. si quis id quod, & ibi Bald. l. hodie, ad leg. Corn. de fals. P. vel alia arbitraria, Ioan. Fab. in §. poenales, de action. habita ratione facti, & quo animo factum est: non fecus ac si sequeretur, de eo qui statuas principis deiecerit vel confragerit, vide distinctio in l. 4. §. final. & l. non contrahit, §. l. qui statuas, 6. & l. furio, §. 7. ad l. In iura maiest. P. l. si quis imp. malef. C. l. pen. & l. fina. C. de stat. & imagin. Etenim imaginis principis impressione solent sigillatae litterae auctoritatem recipere. Et Ioan. Gallus in decisibus arestorum, quae st. 12. refert quendam famulum Magistri Guidonis Beaulaigne, fuisse multa honoraria & pecuniaria damnatum, ob iniectionem manuum in apparitorem, quem vocant seruientem.

Ceterum et quamvis olim crederetur relationi gestorum impus apparitoris: tamen quando fere dicebat vel in iura affectum, vel verberatum, vel literas sibi fere mandata fuisse erepta, non illi credebatur omnino, sed illius relatio pro denuntiatione habebatur, ut possit de eo delato inquiri, non autem ex delatione, vel relatione illius possit quis damnari, quod iure statutum videtur in l. 1. quidem, Cod. de accusat. Hodie quoque id ipsam verum erit, cum non simpliciter relationi executoris credatur, nisi duorum ad minus testium praesentia ea t. boretur: idque iustissimis de causis, ne cui fraudi via aperiat. Multo minus fides ei habebitur, si dicat sibi iniuriam factam fuisse: nam tunc & in causa propria suspensa est testimonium: neque admittitur, nisi in quantum, propter eam relationem iudex debet inquiri de re latius inquiri, data licentia reo etiam contrarium probandi, iuxta l. optimam, §. fin. de contrab. & comm. stip. C. Et ita resoluti Guido Pap. decif. 577. Sunt enim apparitores eatenus privilegiati, quatenus secundum mandata munus obeunt: at si abutantur, vel insolentius se gerant, ut est huiusmodi hominum genus, vniuersumque que insolens sit & temerarium, castigandi diligenter sunt & accitit, ne inde oriatur iniuriam occasio, vnde iura nasci debent, l. meminerint, C. vnde vi. & grauiorem poenam meretur, qui priuilegio flectitur, eo in perniciem alterius vitur, Authem. presbyteri, de ep. sc. & cler. C. Et priuilegium meretur amittere, qui concella sibi abuitur potestate, in l. iudeos, & ibi gloss. de iudicis, C. l. qui sine, de negot. gest. P. ca. priuilegium, 2. quaestio. 3. Executores mandatorum Magistratum, seu apparitores, nudi & simplices sunt administrati, nec debent vel latum vnguem excedere mandata, nullam enim habent cognitionem, l. executorum, C. de excus. vel iudic. l. ab executorum, 4. & ibi gloss. de appellat. & rela. P. Ideoque inuito minus excedere possunt, l. diligenter, mand. P. c. cum dilecta, de rescript.

in Senatu Romano ex Senatoribus delecti scribæ, qui singulari fide pollerent. Itaque, inquit Cicero pro Sylla, *introducitis in Senatum iudicibus, constitui Senatores qui omnia iudicium dicta, interrogata, responsa præscriberent.* At quos viros non solum summa virtute ac fide, cuius generis facultas in Senatu maxima, sed etiam quos scirebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendæ facillime que dicerentur persequi posse: C. Cofonium, qui tunc erat prætor: M. Messalam, qui tunc præturam peribat: P. Nigidium, Appium Claudium: credo esse neminem, qui iis omnibus aut vere referendis, aut etiam scribendis prout ingenium defuisse. Adhibebantur autem tum maxime scribæ isti authentici & temporanei ex Senatoribus, quando Senatusconsultum tacitum faciendum erat: nam et ceteris curia scribis communitibus, eo tempore vnus ex Senatoribus officium scribæ explebat, ne quid forte proderetur, vt ait Iulius Capitolinus in Gordiano.

7. Et fallum etiam fuisse in Senatu Romano Amanuensem, dictum Rectorem decumanarum, non erit difficile colligere ex epitolis per Theodericum Regem Gothorum scriptis, vna Capuano, 21. altera Senatu, 2. apud Cassiodoro, lib. 5. Variar. Nam in 21. concedit recturam, vt vocati decumanarum, Capuano viro illustri, & in 2. explicat, quid ei concesserit. *Capuanum, inquit, perstabilem virum estimatio nostra respexit, qui curia vestra sententiam maioris natus sacundus ediceret, & Senatus forma conscientia puritate seruaret: vt actus illius mundo celeberrimos sua reddat. integritate laudandos.*

8. In suprema Parisiensi & Tholosana Curia, sunt notari & secretarii curiæ, qui ex constitutione etiam antiqua Car. 7. art. 104. assiduitatem habebant in Curia iniunctam, vtque gnaueret & diligenter incumberet expeditioni delegationum seu commissio-num & mandatorum Curie. Fuit Amanuensis seu secretarius consilii magni seu Prætoriani, vna cum collegio Senatorum institutus, vt constat ex const. Lud. 12. an. 1498. Actuarii seu Amanuenses præficiuntur interdum a iudicibus, qui notariis vel viros idoneos fideique probatæ sibi eligunt, pro actis excipiendis, vt in l. *quoniam contra falsam, de probat.* Interdum Principes vel domini iurisdictionales, eligunt & officia conferunt, eademque per loca iurisdictionum, quæ ab eorum ditione pendunt, distribuunt. At Honorius & Arcadius C. C. *in l. nullus iud. cum, S. de ass. de mest. & Cancell. eud. C.* prohibent iudicibus qui itam habent iurisdictionem, ne sibi eligant cancellarios. *Periculo enim, inquit, primarium officii, cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos, iudicibus applicari iubemus.* Sed nec in Gallia ordinario iure licet curiæ, sed tantummodo actuariis, qui singulis tribunalibus præficiuntur actis describendis, neque illis nisi vni Amanuensis acta describenda delegare, ex const. Lud. 12. art. 30.

9. Quæ tamen leges sint præscriptæ actuariis & Amanuensibus, vix facile docere poterit. Illæ tamen maxime reducuntur ad duo præcipua capita, vt fide primum & cum diligentia acta conferbant & expediant. Iustinianus in §. *quæ veto* aguntur ab eis, de defensor. ciuita. in Auth. *conqueritur de iudicibus*, quod non carent hoc munus scribarum in illis perseverare, & ita conqueritur, primum, vt quæ ab ipsis agerentur, instar actuum non essent, nec confici iuberent acta monumentorum, si quid eis iuberent superiores iudices, per omnia eis inferniertes & eorum nutibus. Item, quod si quod monumentum aliquando conficerent, illud venundarent: & postremo, quod nullam haberent archiuum, in quo gesta apud se reponerent, & ita deperiret, quod apud illos fieret, quæ nec fieret postea, cauet & emendat. In Gallia actuarii munus (quæ citatione redemptoribus conceditur, vt prouentus domant regis in ætatum eius inferatur) omnino idoneis cõceditur. Et si is qui licitatione vicerit talis non reperitur, temerariam refacit licitationem, ex const. Lud. 12. an. 1499. art. 60. Cauet id eo & Franciscus in ne actuaris, seu vt dicunt, *les Grefses* vna vni generali redemptori locarentur, ne ipse pluribus subinde negotiationis causis subiret, const. *Franc. 1. sur le reformation de la iustice de Normandie, art. 34.* Leges præscriptæ illis, ne actuarii ad libellos rescribant, nisi ex curia decreto, const. *Car. 8. art. 103.* rege-
ta actuum iudicialium conficiant, veluti ephemerides, const. *Lud. 12. art. 129. an. 1499.* dum curia se debet, ad finem, nec tunc temporis expeditioni decretorum vacent, const. *Car. 7. art. 76.* edita curiæ non euulgent, antequam penes litis acta habeant: nec subfignent edita sententiarum alibi, quam in vno proprioque regeste inscripserit. Et si abesse eos contigerit, eorum nomine qui subscribat eligant vnum, eumque solum, const. *Lud. 12. an. 1499. art. 99. 101. 113.* Non dent acta, quæ vocantur *proces*, cuiuspiam Senatori

vel consiliario iudicii habendi, vel referendi causa, quin prius per distributionem curiæ & iussu Præsidis statutum sit idque propter fraudes, *Car. 7. ord. art. 107.* Recipiant etiam iudicialia & edita iudicia: ad illorum enim vnus & curam pertinet ratio omnium actuum, siue producantur siue edantur a litigantibus, siue repetantur, vt neq; apud acta iam conclusa & instructa editorum: reneantur copiam facere litigantibus, vel alius ex cõsilio, in iussu curiæ, siueq; subscriptione recipientis, *Franc. 1. ord. sur la iustice de Norman. art. 26. & 27.* Et hinc est, quod causæ apud actuarii non edantur instrumenta, nisi cum repertorio vel inuentario, const. *Lud. 12. sur le fait des aides, art. 12. Franc. 1. sur l'abrenation des proces, art. 12.* vt sciatur quid edatur, quidve in iudicium venient. Exigunt insuper constitutiones, vt assidui sint actuarii, const. *Car. 8. art. 6. Car. 9. in comitiis Aurel. art. 77.* cancellarios habeant & scribas ab auaritia immunes, pro illis alioquin responsum, vtq; nihil pro opera sua accipiant. De actuario criminali, vide const. *Car. 8. art. 8. & Henrici 2. publicatam 4. Aug. 1550. art. 1. Sur le reiglement de la iustice criminelle.* De actuario prelatationum, stylium parliamenti, *Des Grefses, art. 3. 4. 5.* De actuariis cõmuni: seu curiæ rationalium vel computorum & eorum munere, const. *Henr. 2. sur les finances, editam 22. Decemb. 1557.* De actuariis ordinariis ledis Præfidiæ, *Henrici 2. const. Sur l'ampliation de l'edit de creation des Conseillers, Magistrats, & Juges Præfidiæ, 6. April. 1551.* de actuariis appellationum Curie Præfidiæ, & eorum munere, const. *Henr. 2. mensis Iulii, 1552. publ. Paris. an. 1552. mens. Augusti, art. 6.* De actuariis electorum, quos vocant *les Esleus*, vide const. *Ludo. 12. Sur le fait des aides, art. 12. 24. 33. 34.* De actuariis iustificationum, in sedibus iudicum regionum constitutis, eorumque munere & potestate, abunde in const. *Henr. 2. Sur les insinuations, m. de Mai, 1553. & mensis Martii, eiusdem an.* De actuariis & tabularis impositionis foraneæ tractationis, const. *Franc. 1. Sur l'imposition foraine.* De actuariis salinorum, const. *Franc. 1. Sur le fait de la gabelle, art. 4.* Stylii insuper parliamenti de munere & officio ciuilium & criminalium actuariorum, docet & stylii cuiusq; iudicialis fori, atque melius quam referri possit, quid amanuensibus & exceptoribus, aliique scribis obseruandum sit, planum facit. Si quidem omnibus iurisdictionibus & negotiis publicis fere adhibentur scribæ, & vt diuersa sunt negotia, sic cuiusq; actuarii diuersa erunt officia, & diuersi fines. Iulius P. Pollux lib. 8. *περὶ γραμματικῶν*, tradit, scribam vnum Athenis delectum ad tabulas ferendas & decreta: alium secundum, ad seruandas leges: item antigraham, quem dicimus *Controvolleur*, primum delectum, sed postea forte creatum, qui omnia transcriberet, & apud Senatum deponeret. Erat & Græcis *γραμματεὺς*, vel *διογραμματεὺς*, seu scriba publicus vel cancellarius, cuius officium erat *διὰ τὴν ἀρχαίαν*, id est, iudicia in acta referre, eademque si poscerentur lecturare: vt Aristophanes innuit in *Neulis*,

ἢ πότε γραμματεὺς δὴ δίκην ὀ γραμματεὺς. Id est, *Nunquam scripsit hoc iudicium amanuensis.*

Omnia amanuensium & scripturarum principis finis & ratio est, memoria gestorum, ne ea interpolari vel mutari possint, & vt constet quid actum sit, *in contractibus, de fid. inst. C. l. contrahitur, de pign. l. non figura, de act.* Et ita curare maxime debet iudex, vt sit salutarum probatio, *l. current, de testib. in P.* In honore consilatus cum M. Bibulo, Iulius Cæsar primus omnium instituit, vt tam Senatus quam populi diurna acta conficerentur & publicarentur, *Suet. in Jul. Cæs. c. 30.* hoc est, vt ait M. Sabellicus ad d. c. 30. *Suetonii* curauit vt quæcunq; cum populo aut in curia agerentur eodem die quo mota essent, ad exitum perducerentur, perductaque in publicum referrentur. Quo sane instituto, omnem longioris consultationis adimebat facultatem. Et *Vop. scv. s. ex actis populi & Senatus, se historiam summisse scribit.* Sic Plinius *lib. 35. c. 2. Tablita*, inquit, id est, *γραμματεὺς ἢ διογραμματεὺς*, *in actibus implebantur & monumentis rerum gestarum.* Scriptura memoriam longiorem gestorum excipit, fides publica & publicatio, immutationem, veritati præscripta prohibet, *et quoniam contra, de probat. ne clandestinis & domesticis fraudibus, quæ actis publicis inscripta vel insinuata sunt, adulterari possint, l. data tampridum, C. de don. Et quod antea maliciis hominum poterat corrumpi vel negari, publicatione facta fidem indubitata accipit in posterum veritatis, *in donationibus, C. eo. l. 2. & l. testamenta omnia, C. de test. a. l. in modo coram competenti iudice fiat publicatio & insinuatione, l. consulta diuina, C. eo. l. repetita, & l. placet, de epi. & cle. Et hinc insinuationum formulæ originem habuerunt. Et olim iure Romano adibatur iudex, apertendi testamenti, vel alterius vltimæ voluntatis**

voluntatis causa, & his publicis a petitione consignata, secundum hanc formam, l. 1. 2. & fin. quem ad testat. ap. C. Quod & in dationibus in l. donationes quas parentes, C. de don. inter vir. & uxo. l. in hac, l. si idem, C. de don. alij. & recipiunt esse, vide que insinuari debeant hodie apud actuarium in sinuationum consuet. Henr. 2. mens. Mar. an. 1573. & in consuet. Molinens. Car. 9. art. 58. Ita & auctoritate iudicis per publicam personam transcrita tantam habent vim, quantum autographa, ex quibus transcrita fuerit, c. 2. & si de fid. instru. l. sancimus, de diuer. rescri. C. l. si quis in aliquo, C. de eden.

De aliis Notariis, seu Tabulariis publicis.

CAP. 42.

- 1 Scriba aliis personis, quam Magistratibus necessarii, & seq.
- 2 Legiste, tabularii, & tabelliones qui, & tabellionum munus, nu. 3. & 10.
- 3 Notarii Gallici, varii, regii & apostolici, academiarii, capitularum, uel munitum, quis possit esse notarius, & a quo creentur, nu. 13, 14. & 16.
- 4 Notarii notariorum, & num probent, num. 6. & 7.
- 5 Notariorum minuta.
- 6 Instrumenti ingressio & in mundum reditio, quid.
- 7 Tabellionum & notariorum in Gallia alteratio.
- 8 Insinuationum actuarius qui sublati.
- 9 Notarii apostolici a quo examinentur, & cui iurent.
- 10 Notarii officium sibi usurpans, qua pena puniendus, Leges notariis in prescribendis actibus date. De quibus uetatur illis contra actus perferbere: & que contractibus inferenda, ex constitutionibus regis, & iure, nu. 18. & 19.
- 11 Notarius quibus tenetur edere & ostendere protocollo.
- 12 Instrumenta quando dicuntur esse in forma authentica, iure civili & Gallico.
- 13 Notarii certis locis designati & adscripti.
- 14 Notariorum inducendorum causa, & finis.
- 15 Notarius num emendare possit, qua scripsit, & quomodo, & in quibus possit.
- 16 Rasura scripturae quando facta suspicionem habeat.
- 17 Instrumentorum per notarios conscribendorum leges Gallica quedam noua, & testibus dicentibus, minus uel plus dictum quam scriptum, quomodo credatur.
- 18 Protocollo notariorum, quando faciunt fidem in iudicio.
- 19 Notarius mortui protocollo quomodo in mundum rediguntur.

Cum dixerimus quod monumenta & probationes rerum gestatum conscriuari scripsit, scribas quoque, aliis personis quam Magistratibus necessarios per se constit. Habeat ita & Quæstor Scribas, unde & Scriba Quæstorii, apud Suet. in Clau. Cæs. c. 48. Et ita Logistæ, qui rationes corrigebant, ac data & accepta in tabulas referebant, unde & Tabularii, Logographi, l. 1. & 101. tit. de tabell. scri. & logogr. lib. 10. C. tit. 69. Boethii illorum subadiuuæ: & illorum consiliarii, Medogrammatei: & rationum distinctores, Diastolæ dicti, de quibus omnibus in l. si. co. tit. C. Tabelliones sunt & tabularii a tabulis, quibus olim scripturatum fuit, Felan. c. fraternitas, de her. l. in l. prator, col. 2. de eden. P. unde tabellionatus officium, c. si quis, & ne cler. uel mon. secul. neg. se immis. Fœderit & fide publica donatae quædam personæ, quæ conuente, & priuatis literis inter priuatos præscripta publicæ fidei dedicabant. Tabelliones sunt quoque, a lultio dicti, l. contractus, de fid. instr. C. Nouel. de tab. in Auth. qui uulgo in Gallia dicuntur notarii, a notis quibus solent voluntates priuatorum excipere, ut postea latius & ad formam authent. perducant. Ita & notarius Græcis *μυζαγισ*, qui per signa nota sibi fere tantum, ut dicunt, per abbreviaturam scribit. Vti de notis Iulii Cæsaris, quibus interdum scribebat, quibus celaret omnibus madata, refert Suet. Tranq. in Iulio Cæs. c. 56. Exstant, inquit, & ad Ciceronem & ad familiares domesticis de rebus epistolæ, in quibus si qua occultius perferenda, erant per notas scripta, id est, si scilicet, uelto literarum ordine, ut nullum uerbum effici possit: qua si quis inuestigare uellet, aut persequi quartam elementorum litteram, id est, d. pro a. & proinde reliquas commutet. Est quædam ars notariatus, scribendi scilicet per notas, & celeriter excipiendi, ut exceptorum, qui in auditorio iudicium, Aduocatorum partium & Iudicum sermones & sententias præscribunt, qui notis maxime utuntur, sibiq; cognitæ consingunt. Solet tamen inde uulgus uocare tabellionum primas exceptiones & præscriptiones informes, notas, ut in c. cum P. tabell. de fid. instr. factas præsentibus conuenientibus, aut in presenti negotio, quas deinceps transcribit in proprio codice notarum. Dicunt & hanc notationem uel notam, scilicet hedâ originalem, a Græco

nomine *γιδία*, quæ sunt assule & fragmenta, quæ sibi materia illi assignis quæ dolant decidant, a uerbo *γιδω* findo, secundo, secundo, de *γιδος* & *γιδω*, & per diminutionem *γιδος*. S. lenti interdum notariis dicere, *Le broillard* Itali uocant hanc tabellionum primam notam, *Bastardellum*, cuius scripturam se non probare, ait Bal. in rub. de fid. instr. quod explicat Lanfr. ad c. quoniam contra, ad uer. instrumentorum productiones, n. 2. de prob. quando notæ non sunt cognitæ alii, quam notario, quæ fit in hunc modum breuiter adiectis notis. T. alii Petrus, talis loci, uen didi, & c. alem re, & c. Marino, & c. presentibus talibus, & c. renuntiam, & c. In quibus non esset illis fidem adhibere, quæ propemodum nihil significat, uel quæ in diuersas clausulas trahi possunt, uide abiit in prouerbium, pro re periculosa, Et cetera notariis. Quod facere exprimit quicquam Italus in facietis uulgari idiomate scriptis, dicitur *Pioquano Ariato*. Interrogatus enim, quam orationem singulis diebus Deo dicere oportet, respondit, cum lecto surges post patrem & matrem dicendum, *Signor mio Iesu Christo guarda me da furia de uillani de qua ambaglio, di medici, da cetero de notari, & c.* Alberi. autem ait, ad l. contractus, de fid. instr. C. Si in d. & Bastardello sic appositum dicitur, uel annus Domini, & signum notarii, fidem plenam fieri ex eo, id ipsum & tradit Masuer. in prax. tit. de lite. not. & notat. §. item si in nouela §. 32. Quia tamen notarius simpliciter regius, & ap. postuisset clausulas confiteras, Alex. cons. 12. incip. In causa & hie, & cons. 28. & 105. inci. Reuere de domine, 2. uel Choff. ad §. 12. ad uerb. & qui non ont point payes, n. 3. ut. des droiis appartenans a gens mariez, in cons. Burg. Quare & facit plenam fidem, quod in libro notarii extenditur, quodque uocant imbreuiatura, Bal. ad d. rub. de fid. instr. Alb. ad d. l. contractus, eo. C. Felan. c. cum P. tabell. de fid. instr. Quid porro continere hæc imbreuiatura debeat, docet Alex. 2. uolunt. Cons. cons. 51. §. Vocant tamen & istas primas completas descriptiones, exceptis uulgariibus clausulis, quæ omnibus contractibus similib. apponi solent, Protocollo, *aportuolæ*, i. prima membra, uel primas membranas: quæ postea latius extendi debeat, & facile sine damno conuenientium a solo notario suppleri possunt, uel dicemus cum duplici l. & o. *aportuolæ*, protocollo, a glutine: quod iste primæ annotationes fuit membra hæc exceptæ, postea cõglutinatur & iungatur in unum uolumen per exceptorem. Dicitur tamen gluten, *κόρυ*. Solent etiam notarii plures, hæc præscripta prima minutis literis excipere: unde & uocant illa excepta, *les minutes*, in quibus, si quid inter contrahendum uel explicent uel corrigat uel addant qui conueniunt, uel alii qui interuentu notarii utuntur, inducitur, corrigitur, & additur. Quare tamen postea, habita relatione ad minutatim prius scripta, quod in forma probante exhibetur, instrumentum dicitur ingrossari uulgo: & habita ratione autographi, primis literis & correctionibus quodammodo maculati, illa transcriptione scriptura dicitur in mundum redigi, d. l. contractus, de fid. instr. C. Cuius tamen ueritatis probatio ad primam scripturam extendam & minutam refertur, si de fide ingrossati dubitetur. Et proinde Franc. i. eius nominis Rex optime cauit, integra conseruanda nec cõsurgenda protocollo, ut ad illa recurri possit, si de fide completi instrumenti dubitetur. cons. Franc. i. ann. 1539. art. 173. & 174. Si n. protocollo & instrumenta ingrossata producantur eiusdem negotii, sibi inuicem fide abrogantia, potius protocollo credendum est. l. Sempronius, 158. de leg. 2. Item si arguatur de falso instrumentum, debet protocollo exhiberi, Bar. in l. fin. de fun. instr. P. & in l. ubi. C. de sal. sum. l. §. illud, de iabel. in auth. ubi & c. l. Personarum tamen quæ conuentiones priuatum perferberent, aut fide publica donarent, non unum solum est productum genus: nam aliquando Magistratus municipales perferbere instrumenta pactorum, l. si quis decurio, C. de pact. l. 1. & 2. de tabel. lib. 10. C. in quorum locum si fidei notarii, ueluti exceptores conuentorum: quibus additi tabelliones, ueluti eorum officii exactores, qui perferbere prima & excepta, auctoritate donarent, ut in tit. de tab. in auth. Nouel. Instin. Quare tamen aliquando in Gallia Car. 7. lege publicæ munus notariis ademit, & tabelliones instituit, qui tamen possent pro pactorum præscriptione & exceptione sufficere, uel delegare notarios, qui singulis trimesibus contractuum instrumenta tabellioni deferre tenerentur, in publicas authenticas tabulas redigenda, & ut haberent publicum auctoramentum. Idque statuit mense Quintili, anno 1433. Sed & hic abrogauit postea tabellionum manera: & remansit notariorum auctoritas, cum potestate excipiendi obligationes & alios actus, & in mundum reducendi. Verum Ludouicus 12. ann. Dom. 1512. articulo 62. numerum notariorum esse definiuit ex inquisitione Senatorum & Bailliuorum, & arbitrio officiariorum Regis. Franciscus iterum



eius nominis primus, restituit tabelliones per edictum, *De notariis & tabellionibus*, eosque distribuit per Castellanas, Senarchias, & iurisdictiones, cum sigillis ordinariis, ad sigillandas obligationes & sententias: cum iis quoque restituit officia sigillatorum, & custodiam sigillorum, voluitque Notarios illorum esse administratos & veluti substitutos, neve tabelliones alios quam Notarios regios excipiendis actibus subrogare possent, contra quam aliquando ex arbitrio subrogare possent, & quantum in ararium Principis pro sigillo transmittendum. Inhibens omnibus notariis, ne instrumenta pactio- num vel obligationum in mundum reducerent, sed id munus tabellionibus relinquerent: exceptis Notariis ciuitatis Parisiorum, quos eo privilegio donauit, vt & emolumento, vt loquitur, prescriptionis & infractionis seu instrumenti authentici conficiendi, potirentur, nullo tabellione inibi creato. Sed displicuit postea hoc tabellionum munus, veluti populo onerosum, & notariis restituta integra potestas plene, acta, obligationes, & alia excipiendi, & ingrossandi. Atq; recente const. comitorum Aurellae habitorum, art. 85, abrogata tabellionum officia per Franc. 1. & post per Henricum 2. introducunt. ¶ Et art. 86. infinuatum quoque actuarii translata auctoritas infinuandi in iudices ordinarios, exceptis actuariis infinuatum verum & personarum ecclesiasticarum. ¶ Notarii dicuntur regii, qui hac auctoritate donantur publica prescribendarum conuentionum, obligationum, & excipiendorum testamentorum, & actuum fide publica insigniendorum, qui tantum de rebus temporalibus actus prescribunt. Pro spiritualibus namq; quibusdam excipiendis, alii sunt notarii, qui dicuntur apostolici, qui procuraciones ad renuntian- dum, & de aliis in curia Romana faciendis acta conficiunt, & fidem adhibent actus eius muneris circa spiritualia. Sunt & notarii capitulorum & academi- arum qui Secretarii dicuntur, in institutione eius officii fidei faci- endae auctoritate donati. ¶ Notarii persona, quamuis de idoneis huic muneri deligenda sit, tamen vilis habetur, utpote omnium seruitio & obsequio necessario exposita, l. 2. *rem pup. sal. fore. P. l. non enim, de adop. P.* & eius officium dicitur, *glos. in l. vniuersos, de decur. lib. 10. C. vide Barb. in l. post. cessionem, nu. 4. de proba. & in rub. de fide instrum. Bal. in c. Messana, de electio. Guido Pap. sing. 34. 139. 280. 624.* vt etiam Notarii munus suscipiens perdat privilegium officii, l. 2. *de tabular. lib. 10. C.* Nec Notarii possunt esse Deuotiones, l. *vniuersos, de decur. lib. 11. C.* Prohibitum & Ecclesiasticis ne tabellionatus laici munus exerceant, *et sicut, ne alr. vel mon. secul. negot. se immiso. officium, de her. in 6. Spec. in tit. de sta. monach. Interdictum & Procuratoribus curiarum supremarum, ne munus hoc exerceant. Num autem spiritus possit esse tabellio vel notarius, tractat Ioan. Lupus in c. per vestras, de don. inter vir. & vx. C. Constitutio porro Car. 9. Aurellae decreta, art. 82. statuit notariatus officium dandum maioribus 25. ann. tantum, cum attestatio- ne ea de re facta Cancellario magno, & de probis moribus, & re- rum experientia eorundem. ¶ Apostolici quoque notarii tales esse debent, qui ab Episcopis aut Archiepiscopis vel officialibus, seu vicariis eorundem examinari, si sufficiens per se huic muneri & idonei inueniantur, iuramentum fidei in manibus eorum pre- bent. Ea que de re codicillos testimoniales recipiant, quos delcri- bicurant regestis Episcoporum, Archiepiscoporum, & Senachorum, secundum constitutionem Henrici 2. ann. 155. *touchant les impetrations des benefices Ecclesiastiques.* ¶ Creantur quoque Notarii publici & authentici, tantum in Gallia a Rege, sublata potestate concedendi officia notariatus Senarchis, aliisve Magistratibus, ex co- nstitutione Philippi Pulcri, art. 20. Ludoui 12. an. 1312. art. 42. Fran- cisi. *Des Notaires & Tabellions.* Apostolici creantur a summo tantum Pontifice. Sic exoleuit etiam potestas concessa iure comuni Magistratibus creandi sibi notarios, vt in *§. ex prouinciali, de defen. civ. in Aurb. Pan. & Felin. in c. cum P. Tabellio, de fid. instrum. Old. conf. 85. incip. quis possit, c. quoniam contra, de probat.* habent tamen Magistratus per se, & in sua iurisdictione auctoritatem publicam, vt actus coram illis facti, & prescripti publicam habeant fidem, l. *fi. C. de magist. munic. l. 1. de off. iur. sat. Alex. C.* Sed hoc ratione potestatis publicae, & iurisdictionis contentio- re & maioris dignita- tis, quam notariorum: neque etiam ipsi qui hoc habent a Princi- pe, aliis committere possunt, & ita nequeunt notarios publicos creare nec ab alio, quam a Principe potest hoc munus impetra- ri. Ius enim publicum in solum Principem translatum est, & eius ministerium, is autem ex arbitrio, proutque bonum sibi viderit, distribuit singulis. ¶ Et proinde qui instrumentum tanquam no-*

tarius fecerit, cum tamen non sit, reus mortis est, *Leos, ad leg. Cor. de fals. P. Bal. in l. data opera, in vers. dubitatur de eo, C. qui accu. non pos. Quod intelligendum explicat Hippod. de Marf. sing. 35. si is, qui nunquam fuit tabellio creatus, conficit instrumentum tanquam tabellio: contra in eo, qui aliquando creatus, sed postea eo munere priuatus fuit, qui tanquam tabellio faciens instrumentum non punitur poena mortis, Bal. in l. si quis, de aqua. lib. 11. C.* quia hic inuatur primordio veritatis, *arg. §. quia vero, de non alien. reb. eccl.* sed alia poena tamen dignus est.

¶ Notariis leges, secundum quas prescribere acta debeant & munere fungi, plures appositae sunt. In breui namque seu imbreuiatura vel notis primis, vnde reductio fiat in mundum, eos obseruare par est: vt nomina & cognomina contrahentium scribat, quibus agnoscere possint qui contrahunt, l. *ad recognoscendos, de in- gen. C. l. 1. de muta. nom. C.* Sed & iubetur ne contractus conscribat vel excipiant, nisi cognouerint contrahentes, vel nisi sufficienter edocti fuerint tales esse, quales dicuntur qui contrahunt, vel ne- gotium gerunt. Idq; sanctissime constituit Lud. 12. an. Do. 1499. art. 66. Fieret enim aliter facile perfonatum suppositiones & imposturas, potissimum in testamento conficiendis. 2. Debent eorum qui gerunt negotium, qualitates seu dignitates, vel officia exponere: num aduocati, meretores, Magistrali, & c. nam ex istis contractibus valletur aut inutilium oriuntur peritales, & si controversia de gestis agiteretur, mouent in diuersas sententias iudices, l. 2. *de ro iudic. P. l. medicum, de var. & extraor. cogn. P.* Item locum domicilii contrahentium apponere debet ex const. Fran. 1. an. 1539. art. 67. 3. Scriptura debet esse ita plena, vt quid actum fuerit sine dubio intelligatur, iuxta tit. *De tabell. in authen. 4.* Per eam exprimi debet, quid, quale, quantum, quis, & cui promittatur, d. l. 2. *de ro iud. l. Pedius, de incen. rus. & naufr. l. vbi autem non appareat, de verb. obl. P.* quantitas pecuniae, & species eiusdem, aureae, argenteae, vel alterius generis, vt cauit Fran. 1. an. 1539. art. 179. Iubet insuper art. 179. Iubet insuper art. 180. vt in contractibus, venditionum, donationum, permutationum, & similibus rerum immobilium, addiciantur, num res nobiles sint, vel clientelares, & sub cuius domini censu sit, & quantum census nomine praestet. Pra- hibet etiam notariis Lud. 12. in const. ann. 1512. art. 65. ne contractus vlturari recipiant, iudicata poena si fecerint multam arbitratie & priuationis officii. Item de rebus quae prohibentur venire in contractum, contra prohibitionem legum conficere actus non debent: imminet enim si fecerint, & damnum & poena corporalis, vt in l. iubemus nulli, l. 14. §. iis tabellionibus, de sacrosan. eccl. C. l. 1. de eunuch. lib. 4. C. tit. 4. l. 1. vt nemo ad suum patrem, fusc. rusti. lib. 11. C. §. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & §. illo. & §. callidis, de prohib. feud. alien. per Feder. in vrb. feud. Et §. cautus conuentionis, sine qua contractus non est efficax, l. *iurif. genium, §. sed cum nulla, de pact. P. l. 2. §. circa, de dol. except. P. 6.* Si agatur de mutuo, dies solutionis faciendae, & locus adici debet. 7. Annus, mensis, & dies, quo actus sit, perferri debet, §. *fi. de tabell. in auth.* Et ex recenter hoc anno 1580. publicata Blesensi constitutione debet adici hora ante vel post meridiem, & locus vbi sit actus. 8. Iubetur, vt subscribant illam notam testes, duo saltem qui adfuerint: & si non norint literas, subnotetur aliquo signo, cum inferdote a notario in actu facta, quod non nouerint literas, vel se subscribere, & quod ideo subnotarint tantum, in const. Aurellae, art. 84. ¶ Ita & §. 9. notarii debent per se scribere, complere & subsignare, §. 1. *de tabellion. in auth. l. hac consultiissima, de restam. l. contractus, de fid. instr. C. 10.* Statuit Franc. 1. const. ann. 1539. art. 17. & 174. vt notarii conscribant libros regestorum & protocollorum, in quibus ordine describant & inserant summaria illa seu minuta actuum receptorum in extenso cum signo vel subscriptione notarii, *idem in §. fin. de tabellion.* Vetatur autem inibi art. 177. ne notarii seu tabelliones, illa regesta seu protocolla propalent, vel ostendant in illis scripta aliis quam contrahentibus, vel heredibus eorum, vel iis quorum intere: nisi a iudice mandatum sit. Quando autem allicuius interesse dicatur dispicere rationes vel instrumenta aliorum, docebit Vlp. in l. si quis, §. pertinere, de eden. P. Sed & eod. art. 178. statutum, ne notarii pluries quam semel instrumenti copiam edant, nisi a iudice causa cognita & parte vocata dictum fuerit, vide quid tradat, hoc de re Masuer. *in de lite. notis & notariis, §. item aduertendum, §. 17. in praxi.* quod & ius scriptum decreuerat, l. *si quis ex argentario, §. prator ait, & fin. de eden. P. & ibi Bar. Masuer. in rub. ic. de liter. notandis, §. item postquam, num. 4. Spec. in tit. de instrum. edit. §. postquam, verfic. quid si solum.* Nullo tamen modo tenentur instrumentum edere, quod fuerit cancellatum tanquam inutile

inutile & nullum, *Jacob. Rebus. in l. Eabo. in l. lectu. in fin. de pact. P.*
 ¶ Subinde pro forma authentica, iure cautum est, non prius authenticum dici instrumentum, quam in mundum redactum sit, & perfectè extensum, iuxta *l. contractus. de fid. instrum.* Nec habere iure poterat executionem paratam, nisi in instrumentum publicum redudatur, & sigillo munitur regio, vel alio authentico, *Rebus. in 3. par. prax. benef. in tit. de brevi apostolico. nu. 14. vide DD. in c. 1. de fid. instrum. gl. in l. generali. de tabul. lib. 10. C. Quæ autem in instrumenti forma publica requiratur, seu ut loquuntur, in ingrossatione, tradit gl. in l. generali. ad ver. servitute. de tabel. lib. 10. C. Panor. in c. 1. de fid. instrum. vide & Spec. in tit. de instrum. edi. Barr. in l. si quis. §. si initium. de eden. ubi tandem & concludit inspicienda esse loca, in eo conf. vide & gl. in c. ut circa. in ver. publico. cum gl. seq. de v. l. in 6. Constitutum tamen inuenio in comitiis Aurel. habitis, art. 84. & hoc iure consensum notat *Masuer. in prox. tit. de liter. not. & nota. §. item danda est fides. §. 19. & 20.* Notarios cogi edere contractus contrahentibus & aliis quibus ius est petendi, sub breui scriptura, & non in forma vere authentica instrumenti, subscripta tamen & signata per ipsos; eaq; brevia tantæ esse auctoritatis & fidei ac instrumenta authentica antiqua; idq; ut pateat sumibus superfluis. ¶ Sed & hic debent distinguí loca cuius fuerint notarii, si quidem fuerint tantum certis prouinciis & locis & municipiis adscripti & designati, qui suo intra illos fines tantum munere fungerentur, non possent alibi conscribere authenticas actiones, tanquam extra territorium, ut notat *Pau. Cast. in conf. 226. 2. vol. arg. in agris. de acq. rer. dom. C. & ita ex tempore iudicatum in senatu Thololano, 6. Maii, 1566. dum ageretur de causa notariorum loci de Conchis, quibus quia concipiti erant suo loco, & redacti ad certum numerum, curia iniunxit ut abstinerent a vicinis locis & intra suos limites se continerent. Ceterum, ut ait *Imbertus, lib. 1. §. 1. forens. licet instrumentum extra tabellionum iurisdictionis territorium sit confectum, mandari tamen potest executioni intra illius territorii metas: nam & in consuetudine veneticæ referit *Fel. ad c. cum P. Tabellio. de fid. instrum.* ut instrumentum extra territorium notarii possint conscribere, ac id nusquam non gentium vires habeat, cum id spontanea sit iurisdictionis, ut etiam tradit *idem Pau. Cast. in l. fin. de tempor. in int. ref. C.* Et hoc etiam Pictonum statuto municipali cautum est. Ita procul dubio, qui generaliter notarius nulli adscriptus loco creatus est a Rege, Principe, Imperatore, seu summo Pontifice, ubique in ditione & imperio creatis poterit instrumenta conscribere, ut ait *Ægidius Bellame. conf. 42.* Sicut & qui adscripti sunt collegio notariorum in Parisiis, Montispessulæ, & Aureliæ. §. 368. in *conf. Aureliæ.*
 ¶ Fines & rationes harum personarum publicarum notariorum, accedunt ad rationes Amanuensium & scribarum publicorum, de quibus superior capite acti est. Nam & hi notarii genus non mutant scribarum, sed speciem eius constituunt. Et præcipuus finis erit probatio certa, quæ fidem sine dubio gesturum faciat. Et magis statui si dei notarii, quam apparitoris contrarium referentis, *Cyn. in l. si quis decur. C. de fal. Masuer. tit. de lit. notis & notatis, §. 24. in.* ¶ Ut non immerito dubitatum fuerit, num notarius possit emendare, in quo dicit se errasse. Et certe, si de incongrua latinitate agatur, licet neq; ideo scriptura in veritate vitietur, *Io. Fab. in l. fin. nomine. C. de test. vide c. ex parte. de fid. instrum. l. errore, & l. antiquitate. eo. C. quamuis respõsum sit, falsam latinam vitiate relecta summi Pontificis, c. ad audiendam. de rescri. Et actorum verba emendate, tenore sententia persentate, non est prohibitum, *Hermog. in l. actorum, §. 6. de re iudic. P.* Licet & addere in extenso clausulas communes, quæ sunt de natura contractus vel actus; alie autem additiones vel diminutiones non permittuntur, nisi vocatis partibus quarum interest. Eaque de causa iubetur notariis, ut mentem prius intelligant eorum, qui actum gerunt, deinde perscribant, & scripta presentibus gerentibus & testibus legant, & recenseant. & interrogent vtrumne ita contraxerint. an addere vel subtrahere quippiam ex recensitis velint, a *Pessille du chafellet de Paris. ca. de notariis. art. 7. & 8.* quia conclusio negotio neq; notarius ipse, neq; alter ex contrahentibus altero inuito vel infcio, quippiam alterare, minuere, vel addere potest, *Liuxta. l. fin. C. de act. l. in commodato. §. licet. commod. P. reg. iur. mutare con-*
 ¶ Quinimo si falsæ sit appõsitæ in loco suspecto, illæ****

etiam in ingrossato fidem vacillare faciunt. *Liubemus. C. de probat. §. 1. de fid. instrum. & caut. in Auth. Cyn. in l. fin. de edict. d. m. Adria. tol.* Ceterum si latius videre desideres, quæ reddunt raturam non suspectam, & de materia raturæ, consule *Panorm. in c. ex literis. de fid. instrum. cui accedit. l. fin. de edict. d. m. Adria. tol.* C. Et quando ratura dicatur esse in loco suspecto, idem *Panor. docet in c. inter dilectos. de fid. instrum.* Et an certificatio notarii tollat suspicionem, docet *in c. cum venerabilis. de religio. domi.* Et an ratura in loco inspecto præsumatur facta ab officiali, vel a parte seu aduersario, idem *in c. si. de crim. fal.*
 ¶ Constitutio Caroli 9. in comitiis Aureliæ edita, pluribus dubiis obuiam iuit, quæ ex notariorum præscriptionibus oriri possent, dum art. 84. statuit, hoc etiam fuerat statutum in *constitut. Ludov. 12. art. 66. in primo publicatis, & in l. si quis ex argentariis. §. si. de eden. P. §. sed et si instrumenta publica. de instr. fide. & caut. in authent. ut notarii eurent instrumenta eius notas & protocolla sua signaria contrahentibus, & testibus: alioquin nullo actu declarato. Quo fit, ut dubium tollatur de testibus, quibus creditur minus scriptum fuisse quam dictam asserentibus, etiam si vnus sit qui id dicat, qui tamen referatur in instrumento præfens fuisse. *Len. fide. quemadmodum. selt. aper. P.* Nam si extra testes qui scripti fuerint in instrumento, is qui hoc asserit, fuerit, non facit vacillare fidem instrumenti: vel si scriptus is quidem sit, sed dicat se non recordari, *Liuxterandi. C. de testib. c. cum Ioannes Eremia eod. tit. vide Io. Fab. in l. excedendis. C. de fid. instrum.* Quæ omnia non obinere mihi videntur, quando subscripti testes sunt: nisi & illi forsitan causam dicere, cur inter contrahentes placuerit, ne quod conuictum est, perscriberetur omnino. Nam tunc, si conuenientia sint testimonia, tanquam de rebus extra actum in scripturam redactum, si aliunde non reprobentur, admitti ad probationem possent.
 ¶ Subinde quia contrahentes se subscribunt vel subsignant, videtur indubitæ fidei protocollum, dum accedit illi notarii subscriptio. Et si dubitetur de ingrossatione vel exemplario authentico, ad protocollum perueniendum est, unde sanctum fuit instrumentum, *Authen. si quis in aliquo. C. de eden.* Verum tamen si ante expeditionem instrumenti subscripti a notario, mortui notarius, abbreviatura ipsius non facit fidem in iudicio, ut ea sequatur effectus propter clausulas, quæ extendi debent a perito notario.
 ¶ Et ideo debent prius in mundum redigi per alium notarium ex mandato iudicis, iuxta *c. cum P. Tabellio. de fid. instrum.* ubi Felinus tractat hanc materiam per 15. quæst. Obierunt autem in illa transcriptione per alium notarium faciendâ, ut postulat pars, vel aliquis a iudice fieri illam descriptionem, vel instrumenti editionem cuiuspiam committi. 2. ut statuat iudex. 3. ut notarius ad id delegatus exsequatur, idque 4. fideliter. & 5. ut in formam publicam reducat, *d. c. cum P. Tabellio. de fid. instrum. 6.* Vocentur in descriptione vel exhibitione protocollorum, quorum interest, *c. charta. §. 9. c. cum dilecta. de consir. vii. vel inu. aliter ingrossata non faciunt fidem, ut ait Guido Pap. decis. 2. qui tamen addit semper postremum requisitum non exigere, ut si curia vel iudex alicui notario, ut nunc fit ex constitutione, ingressas da vel expedienda generaliter protocolla mortui, et si nõ agatur de instrumento debiti. Nisi in hoc casu quæstio sit de instrumento alias ingrossato, quod etiam notarius si viueret, nõ posset rursus edere parte non vocata: ut id ipsum quoq; in eo, cui commissa est ingrossatio seruandum sit. Remanebit nihilominus in omnibus potestas & facultas aduersario, contra quem editur instrumentum, arguendi ipsum de falso, vel de alia omissione, vel aliis exceptionibus vtendi, *Pau. Cast. conf. 195. incip. visis. ver. sed in illa. in 2. parte consil. Interim tamen per se fidem faciet liber protocollorum. §. oportet. de instr. fid. & cau. in authent. l. fin. circa medium. de assess. Bar. in l. contractus. de fid. instrum. C. ut ait Innocen. in c. 1. de procurat. Et disputat Guido Pap. consil. 48. incip. circa definitionem: si modo imbreuitatura sit extensa, & sit talis qualem requirit constitutio regia. Gui. Pap. q. 19. Bal. super rub. de fid. instrum. C. ut editio tantum requiratur. Quæ tamen post mortem notarii, ex stylo curiarum, nõ potest fieri, nisi præcepto iudicis etiam per heredem notarii, quanquam de iure communi heredi permittatur, ut ait *Panorm. in d. ca. cum P. Tabellio.****